BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 M
20

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOACHIMI JUNGII
LUBECENSIS

DOXOSCOPIÆ PHYSICÆ MINORES,

ſive

ISAGOGE PHYSICA DOXOSCOPICA.

In qua præcipuæ OPINIONES IN PHYSICA paſſim receptæ breviter quidem, ſed accuratiſſime examinantur.

EX RECENSIONE ET DISTINCTIONE
M. F. H.,
cujus ANNOTATIONES quædam accedunt.



BIBL. SS. IO. & PA. DE URB.

HAMBURGI.
Sumtibus Johannis Naumanni Bibliop..
TYPIS PFEIFFERIANIS.
ANNO M DC LXII.

ISOCRAT. *in Eaugora poſt principium:*

Τὰς Ἐπιδόσεις ὁρῶμεν γιγνομένας καὶ τῶν Τεχνῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐ διὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς καθεστῶσιν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐπανορθοῦντας, καὶ τολμῶντας ἀεί τι κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων.

Augmenta videmus fieri tum Artium, tum aliorum omnium, non per manentes in uſitatis, ſed per corrigentes, & audentes ſemper quid mutare eorum, quę non recte ſe habent.

Digitized by Google

PHYSYCÆ,

QUÆ HACTENUS TRADITA EST.

SCIAGRAPHIA,

EXCERPTA

EX

EPISTOLA QUADAM

M. F. H.

1 Ea eſt Intellectûs Humani Natura, ut, quæ aliter ſe habere nequeunt, Propoſitionum, & quibus ob unius, alteriusve Hominis Auctoritatem, aut Conſentientium Multitudinem creditur, Diſcrimen, vel nunquam, vel minus ſufficienter, inſtitutus obſervare, in Scientiis, tum percipiendis, tum tradendis, a Regia Via facile ad Salebroſa Opinionum Diverticula deflectat, adeo, ut, cum Junonem ſe apprehendere arbitratur, Nubem teneat, ubi Scientiam ſibi pollicetur, Contradictionibus, Abſurditatibus, Erroribus aliis, tantum non ubique intricatus, ab Apodictico deprehendatur.

PHYSICAM qui hactenus, partim integris 2
Commentariis, partim Compendiis exhibuerunt, cum Ariſtotelem, ex quo Naturæ Arcana interpretari malunt, quam Experientiam conſectari, in Acroamaticis libris Apodictice verſatum plerique profiteantur, quid Apodictica differat a Dialectica, aut Scientia ab Opinione, parum, vel prorſus nihil intellexiſſe, meritò cenſendi ſunt.

DEFINITIONES enim, primarium Scien- 3
tiæ docendæ Requiſitum, vel omnino omittunt; vel ſi quas ex Ariſtotele proferunt, tum craſſiſſimis Homonymiis, quarum ipſæ Remedia eſſe deberent, tum multiplici Amphiboliâ, laborant; vel Circulo vitioſæ ſunt; vel denique per Subreptionem, quaſi Certis, obtruſis, quæ Probatione indigerent, incautum Lectorem inſidioſe circumveniunt.

AXIOMATA verò, & HYPOTHESES, 4
tantum abeſt, ut Scientiæ ſuæ Veſtibulo præfigant, ut nulla plane, quæ iſto nomine appellari mereantur, ex reliquo Syſtemate exſculpere liceat.

Qua-

5 Quapropter mirum eſſe nemini debet, ſi
Lectorem SCIENTIÆ inhiantem, Lubricorum
Textuum Ariſtotelis Explicationibus, & Conci-
liationibus, Opinionum Variarum Enarrationi-
bus, & Adverſarum Refutationibus, Quæſtio-
nibus, & Quæſtionum Solutionibus, ad faſtidi-
um uſque ſatiatum, omni tandem Scientiâ va-
6 cuum deſtituant; interea vero Catachreſibus
Abſurditates Dogmatum diſſimulent, Nugatio-
nes manifeſtas, & Pleonaſmos varios incurrant,
propriorum Dogmatum obliti, eadem ipſi con-
vellant, multa gratis ſumant, & nullis Experien-
tiis, quæ ab omnibus credi volunt, ſtabiliant, imo
Manifeſtæ Experientiæ non raro adverſentur,
atque ita Opinionum Portenta ubique accumu-
lare non vereantur.

7 Longe rectius quidem, & ſuo, & aliorum Intellectui, conſulunt, qui vel INANIMATORUM, vel ANIMATORUM Corporum THEORIÆ Specialiori dediti, Naturæ Librum potius verſare cupiunt, quam Diexodicis ejuſmodi Tricis fatigari, ideoque Metalla, Sales, & Saliformia Corpora, item Pinguedines, & Lapides, contemplanda ſibi ſumunt; aut Plantarum Ad-

ſpectu

Digitized by Google

ſpectu magis Vario ducti, ipſis deſcribendis, & digerendis occupantur, (Animalia cognoſcendi ſtudio pauci fere afficiuntur): verum, cum 8
partim pravâ Phyſicâ Generali Specialis ipſorum nitatur, partim Mathematicas Literas, quibus Naturæ Liber ſcriptus eſt, vel publicâ Temporum Infelicitate, vel ſuâ Negligentiâ, Contemtuve edocti non fuerint, ut ad infallibiles Scientias Phyſicæ Certitudinem noſſent exigere, aut ad earum Normam Scientiæ Syſtema Intellectui congruenter condere; Opinionibus hos carere poſſe æque impoſſibile eſt, atque Morbi vim illis minui, qui Corpus ſuum Cacochymicum Cibis quidem boni ſucci nutriunt, Medicamenta vero, quæ vel abducant pravos Humores, vel ab iis præſervent, ſumere reſpuunt.

Quæ cum ita ſint, *Phyſicæ* hactenus *Umbram* tantum *haberi*, *Corpus* autem e Democriti 9
Puteo, per multiplices Experientias, quibus rite adminiſtrandis unius Hominis Ætas non ſufficiet, *eruendum* adhuc reſtare, quilibet Opinionibus Præconceptis Liber facile, ſpero, aſſentietur.

Digitized by Google

Digitized by Google



JOACHIMUS JUNGIUS.

... et Med. D., Gymnaſij olim Hamburg. Rector, illiusq; ut et Gieſsenæ, Roſtoch., et
...liæ Academ. Prof. P., Mathematicus ſummus ceteraq; Incomparabilis Philoſophus

Google

INDEX
PARTIUM MAJORUM HUJUS OPERIS,
QUO ORDINE SINGULÆ SE SUBSEQUANTUR.

INDEX
ANNOTATIONUM GENERALIUM
quæ PRÆFATIONIS loco ſunt.

ANNOTATIO I *de Edendi hujus Operis Cauſis.*
II *Auctore hujus Operis.*
III *Inſcriptione hujus Operis.*
IV *quomodo Schedis tam Continuis, quam Diſperſis uſus ſim.*
V *de Diſtinctione hujus Operis in Genere.*
VI *Varia & Diſtincta Operis hujus Scriptura.*
VII *Orthographia quarundam Vocum.*
VIII *Verſuum Diſtinctione.*
IX *Locis Auctorum adjectis & interpretatis.*
X *Argumentis Capitum.*
XI *Signo* ☞
XII *Aſteriſco* *.
XIII *iis quæ Auctor forſan præfari voluit.*
XIV *Annotationum Specialium Uſu.*

Digitized by Google

INDEX
PARTIS I,
quæ
DEFINITIONES
compleƈtitur.

PROOEMIUM, hoc eſt, *Monita Definitionibus præmittenda*,
SECTIO I Definitiones REFLEXIVAS continet.
SECTIONIS II, quæ RECTAS,
PORTION. I, quæ PERIPATETICAS,
CAP. I de *De Principiis Synhypoſtaticis*, ſive Actu-potentialibus.
II *Mutatione in Genere.*
III *Contrariis.*
IV *Materia Tranſeunte.*
V *Tranſmutatione Actupotentiali.*
VI *Alteratione Actupotentiali.*
VII *Continuo & Contiguo.*
VIII *Mutatione ſecundum Quantitatem.*
IX *Elementis.*
X *Miſtione & Miſto.*
XI *Miſti Reſolutione.*
XII *Temperie.*
XIII *Cauſa Efficiente.*
PORTION. II, quæ SYNDIACRITICAS,
PROOEMIUM, id eſt, Definitiones *Phoranomicæ*.

CAP. I

Digitized by Google

CAP. I de *Syndiacriſi & Metaſyncriſi*
II *Corpore Permanente.*
III *Reliquis Corporis Permanentis Attributis.*
IV *Corpore Fluxo & Semifluxo.*
V *Superficie Compendiaria & Exquiſita.*
VI *Corporis Stabilis Speciebus quibusdam.*

INDEX
PARTIS II,
quæ
ASSERTIONES
comprehendit.

SECTIONIS I, de DOGMATIBUS PROTOPHYSICIS,
PROOEMIUM *de* *Modo Sciendi Phyſico.*
CAP. I de *Principiis Corporis Naturalis in Genere.*
II *Principiis Synhypoſtaticis.*
III *Formæ Ortu & Interitu.*
IV *Privatione.*
V *Principiis Hypoſtaticis & Syndiacriſi.*
VI *Principiis Anaxagoræ.*
VII *Principiis Democriti.*
VIII *Principiis Hermeticis.*
XI *Natura & Naturali.*
X *Cauſa Efficiente & Fine.*
XI *Motu, ejusque Speciebus.*

Digitized by Google

CAP. XII de *Tranſmutationis Actupotentialis Indiciis.*
XIII *Elementis.*
XIV *Elementorum Tranſmutatione.*
XV *Imperfecte Miſtis.*
XVI *Miſtione* & *Miſto.*
XVII *Actione Elaborativa.*
XVIII *Qualitatibus Secundis.*
XIX *Generatione Foſſilium.*
XX *Miſti Reſolutione.*
XXI *Combuſtione & Petrificatione.*
XXII *Putredine.*
XXIII *Vini Qualitatibus & Corruptione ejus in Acetum.*
XXIV *Coctione.*
EPILOGUS.
APPENDIX de *Sono Articulato.*

SECTIONIS II, quæ de SPECIEBUS SIMILARIUM inſcribitur,

CAP. I de *Similaris Corporis Speciebus in Genere.*
II *Foſſilis Corporis Speciebus.*
III *Simplicis Foſſilis Speciebus.*
IV *Ordine tractandi Species Similaris Corporis.*
V *Metalli Speciebus.*
VI *Lapidibus Igni invictis.*
VII *Salis Speciebus.*
VIII *Nitro.*
IX *Sale Petræ.*
X *Vitrioli Speciebus.*
XI *Aluminis Speciebus.*
XII *Reliquis Salibus, puta*
Sale Tartari,
Cinerum Clavellatorum,
Calios, &
Vitri.

XIII

Digitized by Google

CAP. XIII de *Sulfuris Speciebus.*
XIV *Arſenici Speciebus.*
XV *Bituminis Speciebus in Genere.*
XVI *Bitumine Liquido & Concreto.*
XVII *Bitumini Cognatis*, puta
Caſura,
Benzoino,
Succino,
Spermate Ceti.
XVIII *Lapide Fiſſili.*
XIX *Terris Pinguibus & Lætaminibus.*
XX *Lapidis Speciebus.*
XXI *Gypſite & Gypſo.*
XXII *Calce Viva Leodicenſi.*
EPILOGUS.

SECTIONIS III, quæ de PLANTIS inſcribitur,
FRAGM. I, de PLANTÆ SPECIEBUS CONSTITUENDIS,
PROOEMIUM.
CAP. I *de Summis Plantæ Speciebus.*
II *de Inferioribus Plantæ Speciebus.*
FRAGM. II de NOMINIBUS PLANTARUM.
FRAGM. III de HOMOIDIA IN QUIBUSDAM PLANTIS NEGLECTA,
PORT. I de PLANTIS HOMONYMIS, ORDINE ALPHABETI,
CAP. I ſive Litera A.
II B.
III C.
IV D.
V E.
VI F.
VII G.

Digitized by Google

CAP.	VIII	ſive Litera H.
	IX	I & J.
	X	L.
	XI	M.
	XII	N.
	XIII	O.
	XIV	P.
	XV	Q.
	XVI	R.
	XVII	S.
	XVIII	T.
	XIX	V.

PORT. II de PLANTIS RELIQUIS PERPERAM HETERONYMIS,

CAP.	I	ſive Literæ A,B,C.
	II	E,H,I.
	III	L,M,O.
	IV	Q,R,S,V.

FRAGM. IV de PARTIB. QUARUND. PLANT. CONFUSE COGNITIS,

CAP.	I	*de Folio.*
	II	*Caule.*
	III	*Flore.*
	IV	*Semine.*
	V	*Radice.*

FRAGM. V de VITA PLANTARUM.

Digitized by Google

INDEX
ANNOTATIONUM SPECIALIUM
Ad
PARTEM I.

ANNOTATIO	I	*de*	*Schedis, ex quibus* hæc Pars fuit *deſcripta.*		
	II		*Diſtinctione Definitionum.*		
	III		*Galeni loco* Definitionibus *præfixo.*		
	IV		*Proœmio.*		
	V		SECT. I *Def.* 4.		
	VI		5.		
	VII		SECT. II PORT. I	CAP. I *Def.*	1.
	VIII				2.
	IX				4, ejuſque *Nota,*
	X				5.
	XI				6.
	XII				8.
	XIII				9.
	XIV				10, 11, 12, 13, & 14.
	XV				16.
	XVI				17.
	XVII				18, & 19.
	XVIII			CAP. II Def.	6, 7, ejuſque *Nota,* & 9.

** 2 XIX

Digitized by Google

ANNOTATIO	XIX	de	SECT. II	PORT. I	CAP. II	*Def.*	8.
	XX						9, & 11.
	XXI						12, & 13.
	XXII						14, & *Scholio.*
	XXIII				C. III	Def.	1, & 2.
	XXIV						4tæ *Nota.*
	XXV						5.
	XXVI						8, & *Nota*, 11, 12, 13, & ejus *Nota.*
	XXVII				C. IV	Def.	1, 2, 3, & 4.
	XXVIII				C. V	Def.	7, & 8.
	XXIX				C. VI	Def.	1æ *Notis*, 2, 3, & 6tæ *Scholio.*
	XXX						4.
	XXXI						5, & 6.
	XXXII						9.
	XXXIII				C. VII.		
	XXXIV				C. VIII	Def.	1, & 2.
	XXXV						3.
	XXXVI						4, ejus *Scholiis* & *Nota.*

Digitized by Google

ANNOTATIO XXXVII	de SECT. II PORT. I	C. VIII	Def.	5, & *Schol.*, 6, 7, 8, 9, & *Scholiis*,
XXXVIII		C. IX.		
XXXIX		C. X	Def.	3 x *Scholio*.
XL				6.
XLI				14 tx *Scholio*.
XLII				18 vx *Nota*.
XLIII				21.
XLIV		C. XII	Def.	2.
XLV				3.
XLVI		C. XIII.		
XLVII	S. II PORT. II	PROOEM.	Def.	17.
XLVIII				18, & *reliquis*.
XLIX		CAP. I	Def.	2.
L				12,
LI				16, & *Nota*.
LII				17.
LIII				18.
LIV				19.
LV		C. II	Def.	6.
LVI				11 mx *Scholio*, & 13.
LVII				14, 15, & 19.
LVIII				
LIX				23 x *Scholio*. 29, & 30.
LX				31, & 32.

** 3 LXI

LXI	de SECT. II PORT. II	C. III Def.	1, 2, & Nota, 3, 4, & Nota, & 5.
LXII			6, & Nota, 7, 8, 9, 10.
LXIII		C. IV Def.	4.
LXIV			5, & 8.
LXV		C. V.	

INDEX ANNOTATIONUM SPECIALIUM

ad

PARTIS II

SECTIONEM I.

ANNOTATIO I *de Schedis, ex quibus hæc Sectio eſt deſcripta.*
II *Diſtinctione hujus Sectionis.*
III *Cauſis non continuatarum Annotationum ad hanc Sectionem.*

Ad

PARTIS II

SECTIONEM II

ANNOTATIO I	*de Schedis, ex quibus hæc Sectio eſt deſcripta.*			
II	*Diſtinctione harum Aſſertionum.*			
III	CAP. I		*Aſſert.*	3.
IV				4.
V	C.	III	Aſſert.	13.

VI

Digitized by Google

Index Annotationum Speciallium ad Part. 2 Sect. 2.

ANNOTATIO VI	de SECT.II CAP.III	Aſſert.	14
VII	C. IV	Aſſert.	1
VIII			2.
IX	C. VI	Aſſert.	1
X	C. VII	Aſſert.	5
XI			6
XII			10
XIII	C. VIII	Aſſert.	1, &
		ejuſd. *Scholio*	1.
XIV			2.
XV			3.
XVI		Aſſertionis 3 *Scholio*	1, & 3.
XVII			4.
XVIII		Aſſertionis 4 *Scholio*	4.
XIX			5.
XX			6.
XXI		Aſſertione	7.
XXII		Aſſertionis 8	*Scholio.*
XXIII		Aſſertionis 9 *Scholio*	1.
XXIV		Aſſertione	10.
XXV	C. X	Aſſertionis 7	*Scholio.*
XXVI	C. XI	Aſſertionis 4 *Scholio*	1.
XXVII			2.
XXVIII	C. XII	Aſſertionis 4	*Scholio.*
XXIX		5	*Scholio.*
XXX	C. XIII	Aſſertionis 1	*Scholio.*
XXXI	C. XIV	Aſſert.	5.
XXXII	C. XV	Aſſert.	4.
XXXIII	C. XVI	Aſſertionis 5	*Scholiis*
XXXIV	C. XVIII	*Scholio.*	
XXXV	C. XX	Aſſert.	3.
XXXVI			4.
XXXVII			5.

XXXVIII

ANNOTATIO XXXVIII de SECT. II CAP. XX Aſſert. 6.
XXXIX 8, &
9.
XL C. XXI.

Ad

PARTIS II

SECTIONEM III

ANNOTATIO I *de Cauſis, ob quas prioribus ſuperaddita fuerit hæc Sectio.*
II *Unde ſit deſcripta* hæc Sectio.
III de *Diſtinctione hujus Sectionis.*
IV FRAGM. I *Proœmio.*
V CAP. I.
VI II.
VII FRAGM. II.
VIII FRAGM. III.
IX FRAGM. IV.
X FRAGM. V.

Digitized by Google

ANNOTATIONES GENERALES,

quæ PRÆFATIONIS loco ſunt,

ad

JOACHIMI JUNGII LUBECENSIS

DOXOSCOPIAS PHYSICAS MINORES,

Auctore

M. F. H.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNOTATIO GENERALIS

I

DE EDENDI HUJUS OPERIS CAUSIS.

Quanquam *Phyſici Operis aliquid edere* AUCTORI bis, terve ANIMUS fuit, & de proferenda inprimis *Iſagoge* quadam Phyſica, una cum Diſputationum duarum *de Principiis Corporum Naturalium Theſibus*, jam olim quidem, cum Examini publico in Gymnaſio ſubjicerentur, *impreſſis*, ſed recenſitis poſt, & non parum *auctis*, contentius ex eo tempore, cum ex lapſu æger factus eſſet, cogitavit: factum tamen eſt, neſcio, quo Fato, ut modo *nova Curæ* ipſum in diverſiſſimas Cogitationes *averterint*, modo oblatas Conditiones *Bibliopolæ* repudiaverit, modo *Typorum*, præſertim Græcorum, *Forma* diſplicuerit, ſæpe *accuratius* quædam *proponendi Conſilium* iſta, ut reliqua Opera, diſtulerit, denique MORTE INTERCEPTUS Spem omnem ab ipſius manu aliquid perfecte ordinati exſpectandi præciderit.

2 NE igitur tanti Viri Meditata vel BLATTIS & Tineis erodenda *relinquerentur*, vel *in manus* cujuſdam Jungianarum rerum IMPERITI aliquando inciderent, EGO quoque FIDEM meam, quam editâ Hiſtoriâ Vitæ & Mortis Auctoris obſtrinxeram, quodam modo *liberarem*, ſtatim poſt mortem Auctoris Teſtamenti ipſius Curatoribus Conſilium meum expoſui de edendo in lucem Phyſico aliquo Opere, meumque ſtudium, quantum adhibere valerem; in eo curando lubens promiſi.

3 Scilicet, *cum Logicorum Gymnaſmatum* de Demonſtratione, Zabarellæ oppoſitorum, *Recenſionem meâ curâ commendaſſet* Auctor, ego vero *Logicam in Phyſica*, meis ſtudiis convenientius, *exercere mallem*, *Phyſici Operis Recenſionem* Logici Recenſioni *præmittere* volui.

4 Acceſſit, quod *in Logicis* ex parte ſuam *Sententiam* jam *expreſſerit*, quam quilibet, qui cupit, in Hamburgenſi Logica legere poterit; in Phyſicis vero præter Exercitationes Protophyſicas nihil de ipſius Scriptis impreſſum exſtet.

5 Ut nunc nihil dicam DE ARISTOTELE REFORMANDO præcipue EX PHTSICA. Quod ipſe in Epiſtolâ ad Andream Svartzium 1641, 11 Sept., perſcriptâ, *monuit*, & in aliâ ad Seldenerum eodem anno, 22 Sept., explicatius his verbis repetiit:

a *Phyſica ordiendam* eſſe *Philoſophiæ Emendationem* ſemper exiſtimavi, & adhuc in eâ ſum Sententiâ. *Logicæ Controverſiæ* niſi caute tractentur, *in Pſychologiam*, & *Metaphyſicam* elabuntur.

Cum igitur Conſilium meum Curatoribus Teſtamenti probaſſem, 6
conſtitueram Diſputationum Phyſicarum, in Gymnaſio olim habitarum, Theſes, Exercitationibus Phyſicis hactenus non editis junctas, prælo committere, PRÆLECTIONES item PHTSICAS, quæ præſentis Operis maxima Pars ſunt, Appendicis loco ſubjungere. Hæc enim ex Phyſicis Scriptis 7
ſunt ab Auctore, ut edi poſſent, Continuo Stylo connexa.

Sed PROPTER DEFINITIONES Prælectionibus adhærentes, quas 8
ab Aſſertionibus earundem Prælectionum divellere nolebam, videbantur Prælectiones Appendicis Titulum non commode mereri.

Quare, mutatâ iſtâ Sententiâ, Prælectiones *præmittere Exercita-* 9
tionibus e Lectoris commodo magis futurum putavi, quippe, in quibus Definitiones quædam continentur ad Exercitationes intelligendas neceſſariæ.

Præterea fore, ut BREVIUS primum legere, quæ prolixius in 10
Exercitationibus tractata ſunt, Intellectui etiam gratius multo accidat, non dubito.

Nec contra Auctoris mentem præmiſero Doxoſcopicas Syſtematicis 11
ejus Scriptis, cum *ipſe* hoc Ordine ſe uſurum promittat in Scheda, quæ adhæſit Prælectionum Autographo:

Ariſtoteles nunquam proponit ſuam *Sententiam*, *ante*quam *refutarit* Contrarias. *Ego* utar eadem Methodo. Propoſiturus ſum *meam* Sententiam, ubi *Averroem* & *Zabarellam deſtruxero.*

De Cauſis ſuperadditæ Sectionis de Plantis ſuo loco dicam.

II
DE AUCTORE HUJUS OPERIS.

Cum non parum Utilitatis ex Studiis, Vitâq; Auctoris recte cognitis in Le- 1
ctorem redundare poſſit, operæ pretium facturum arbitror Lectorem, ſi *de Incomparabili Auctoris* tum *Judicio*, tum *Ingenio*, tum *Eruditione* judicare antè didicerit *ex Hiſtoria Vitæ & Mortis* ipſius, quæ ſecundum prodiit *Argentorati*, auctior quidem, quam quæ *Hamburgi* impreſſa eſt, ſed præcipitatâ tamen per errorem ejus Editione, interea dum plura ſubmittenda colligebam.

Hanc vel Integram, vel quoad Particulas, auctam hic exhibere, Tem- 2
poris præſentis ratio non patitur.

Exhi-

Exhibebo eam alias, ſi Deus voluerit, *juſtæ Magnitudinis Volumine* comprehenſam.

Nunc ſufficiat ex Schedis meis JUDICIA duorum Clariſſimorum Virorum huc inprimis pertinentia appoſuiſſe.

Quorum alter eſt Joannes PELLIUS, Anglus, Profeſſor Matheſeos in Amſtelodamenſi Gymnaſio primum, deinde Bredano, quem Gerardus Joannes Voſſius, (ſive potius Foſſius), libro de Scientiis Mathematicis cap. 105 2 a Varia Eruditione, & Summo Ingenii Acumine non vulgariter commendat.

Alter eſt Joannes Amos COMENIUS, Conatibus Didacticis celeberrimus.

Ille *(Pellius)* in Epiſtolâ *ad* Joannem Adolfum *Taſſium*, Mathematicum olim Hamburgenſem, Virum Summum, 1645 Amſtelodami pridie Cal. Maij ſcriptâ:

„ *Cordatus Juvenis Bernhardus Varenius, quanti te,* (Taſſi), *atque*
„ OMNIUM MORTALIUM ΛΟΓΙΚΏΤΑΤΟΝ, *Collegam illum tu-*
„ *um,* D. JUNGIUM, *facere viderer, aliquando fortaſſe in ſuis ad te de-*
„ *ſcribere conabitur. Quod ſi ullis verbis aſſequi poterit, Incomparabili*
„ *illum Eloquentiâ præditum arbitrabor.*

Et paulo poſt:

„ *Ego rigidiſſimam Cenſuram etiam Accuratiſſimi veſtri Apodictici expe-*
„ *to. Quam ſi impetravero, ſummo me beneficio affectum arbitrabor.*

In Epiſtola ad Jungium 1645 Amſtelodami Id. Mai ſcript.:

„ *Etſi tuam, Vir Eximie, Sententiam de noſtra Refutatiuncula valde*
„ *ſcire aveo, quippe qui te Incomparabilem demonſtrative docendi, & de-*
„ *docendi Artificem eſſe probe ſciam; tamen, quum piaculum putarem, He-*
„ *roicos tuos labores vel tantillum interpellare,* ——— *decrevi a ſcri-*
„ *bendo abſtinere.*

In aliâ Epiſtolâ ad Jungium 1645, Amſtelodami 6 Calend. Septemb. ſcriptâ:

„ *Poſtquam vero tam Incomparabilem Apodeicten viderem aliquantu-*
„ *lum* αὐταρκείας *ibi* (in Demonſtratione mea) *deſiderare; egomet con-*
„ *tinuo mecum; Oportet aliquid ſubeſſe, quod meos oculos fugerit.* Non
„ *temere eſt, quod* Jungius *aliquid in* Pellii *Apodixi deſiderat, quo-*

 rum

a *Phyſica ordiendam* eſſe *Philoſophiæ Emendationem* ſemper exiſtimavi, & adhuc in eâ ſum Sententiâ. *Logicæ Controverſiæ* niſi caute tractentur, *in Pſychologiam*, & *Metaphyſicam* elabuntur.

Cum igitur Conſilium meum Curatoribus Teſtamenti probaſſem, 6
conſtitueram Diſputationum Phyſicarum, in Gymnaſio olim habitarum, Theſes, Exercitationibus Phyſicis hactenus noneditis junctas, prælo committere, PRÆLECTIONES item PHTSICAS, quæ præſentis Operis maxima Pars ſunt, Appendicis loco ſubjungere. Hæc enim ex Phyſicis Scriptis 7
ſunt ab Auctore, ut edi poſſent, Continuo Stylo connexa.

Sed PROPTER DEFINITIONES Prælectionibus adhærentes, quas 8
ab Aſſertionibus earundem Prælectionum divellere nolebam, videbantur Prælectiones Appendicis Titulum non commode mereri.

Quare, mutatâ iſtâ Sententiâ, Prælectiones *præmittere Exercitationibus* e Lectoris commodo magis futurum putavi, quippe, in quibus Definitiones quædam continentur ad Exercitationes intelligendas neceſſariæ. 9

Præterea fore, ut BREVIUS primum legere, quæ prolixius in 10
Exercitationibus tractata ſunt, Intellectui etiam gratius multo accidat, non dubito.

Nec contra Auctoris mentem præmiſero Doxoſcopicas Syſtematicis 11
ejus Scriptis, cum *ipſe* hoc Ordine ſe uſurum promittat in Scheda, quæ adhæſit Prælectionum Autographo:

Ariſtoteles nunquam proponit ſuam *Sententiam, ante*quam *refutarit* Contrarias. *Ego* utar eadem Methodo. Propoſiturus ſum *meam* Sententiam, ubi *Averroem* & *Zabarellam deſtruxero.*

De Cauſis ſuperadditæ Sectionis de Plantis ſuo loco dicam.

II
DE AUCTORE HUJUS OPERIS.

Cum non parum Utilitatis ex Studiis, Vitâq; Auctoris recte cognitis in Lectorem redundare poſſit, operæ pretium facturum arbitror Lectorem, ſi 1
de Incomparabili Auctoris tum *Judicio*, tum *Ingenio*, tum *Eruditione* judicare ante didicerit *ex Hiſtoria Vitæ & Mortis* ipſius, quæ ſecundum prodiit *Argentorati*, auctior quidem, quam quæ *Hamburgi* impreſſa eſt, ſed præcipitatâ tamen per errorem ejus Editione, interea dum plura ſubmittenda colligebam.

Hanc vel Integram, vel quod ad Particulas, auctam hic exhibere, Tem- 2
poris præſentis ratio non patitur.

Exhi-

Exhibebo eam alias, ſi Deus voluerit, *juſtæ Magnitudinis Volumine* comprehenſam.

Nunc ſufficiat ex Schedis meis JUDICIA duorum Clariſſimorum Virorum huc inprimis pertinentia appoſuiſſe.

Quorum alter eſt Joannes PELLIUS, Anglus, Profeſſor Matheſeos in Amſtelodamenſi Gymnaſio primum, deinde Bredano, quem Gerardus Joannes Voſſius, (ſive potius Foſſius), libro de Scientiis Mathematicis cap. 10 § 2 a Varia Eruditione, & Summo Ingenii Acumine non vulgariter commendat.

Alter eſt Joannes Amos COMENIUS, Conatibus Didacticis celeberrimus.

Ille (*Pellius*) in Epiſtolâ *ad* Joannem Adolfum *Taſſium*, Mathematicum olim Hamburgenſem, Virum Summum, 1645 Amſtelodami pridie Cal. Maij ſcriptâ:

„ *Cordatus Juvenis Bernhardus Varenius, quanti te*, (Taſſi), *atque*
„ OMNIUM MORTALIUM ΛΟΓΙΚΩΤΑΤΟΝ, *Collegam illum tu-*
„ *um*, D. JUNGIUM, *facere viderer, aliquando fortaſſe in ſuis ad te de-*
„ *ſcribere conabitur. Quod ſi ullis verbis aſſequi poterit, Incomparabili*
„ *illum Eloquentiâ præditum arbitrabor.*

Et paulo poſt:

„ *Ego rigidiſſimam Cenſuram etiam Accuratiſſimi veſtri Apodictici expe-*
„ *to. Quam ſi impetravero, ſummo me beneficio affectum arbitrabor.*

In Epiſtola ad Jungium 1645 Amſtelodami Id. Mai ſcript.:

„ *Etſi tuam, Vir Eximie, Sententiam de noſtra Refutatiuncula valde*
„ *ſcire aveo, quippe qui te Incomparabilem demonſtrative docendi, & de-*
„ *docendi Artificem eſſe probe ſciam; tamen, quum piaculum putarem, He-*
„ *roicos tuos labores vel tantillum interpellare,* ——— *decrevi a ſcri-*
„ *bendo abſtinere.*

In aliâ Epiſtolâ ad Jungium 1645, Amſtelodami 6 Calend. Septemb. ſcriptâ:

„ *Poſtquam vero tam Incomparabilem Apodeicten viderem aliquantu-*
„ *lum* αὐταρκείας *ibi* (in Demonſtratione mea) *deſiderare; egomet con-*
„ *tinuo mecum; Oportet aliquid ſubeſſe, quod meos oculos fugerit. Non*
„ *temere eſt, quod Jungius aliquid in Pellii Apodixi deſiderat, quo-*

Digitized by Google

LXI	de SECT, II PORT. II	C, III Def.	1,
			2, & Nota,
			3,
			4, & Nota,
			& 5.
LXII			6, & Nota,
			7,
			8,
			9,
			10.
LXIII		C. IV Def.	4.
LXIV			5,
			& 8.
LXV		C. V.	

INDEX ANNOTATIONUM SPECIALIUM

ad

PARTIS II

SECTIONEM I.

ANNOTATIO I *de Schedis, ex quibus hæc Sectio eſt deſcripta.*
II *Diſtinctione hujus Sectionis.*
III *Cauſis non continuatarum Annotationum ad hanc Sectionem.*

Ad

PARTIS II

SECTIONEM II

ANNOTATIO I *de Schedis, ex quibus hæc Sectio eſt deſcripta.*
II *Diſtinctione harum Aſſertionum.*
III CAP. I *Aſſert.* 3.
IV 4.
V C. III Aſſert. 13.

ANNOTATIO	VI	de SECT.II CAP.III	Aſſert.	14
	VII	C. IV	Aſſert.	1
	VIII			2.
	IX	C. VI	Aſſert.	1
	X	C. VII	Aſſert.	5
	XI			6
	XII			10
	XIII	C. VIII	Aſſert.	1, &
			ejuſd. *Scholio*	1.
	XIV			2.
	XV			3.
	XVI		Aſſertionis 3	
			Scholio	1, &
				3.
	XVII			4.
	XVIII		Aſſertionis 4	
			Scholio	4.
	XIX			5.
	XX			6.
	XXI		Aſſertione	7.
	XXII		Aſſertionis 8	*Scholio.*
	XXIII		Aſſertionis 9	
			Scholio	1.
	XXIV		Aſſertione	10.
	XXV	C. X	Aſſertionis 7	*Scholio.*
	XXVI	C. XI	Aſſertionis 4	
			Scholio	1.
	XXVII			2.
	XXVIII	C. XII	Aſſertionis 4	*Scholio.*
	XXIX		5	*Scholio.*
	XXX	C. XIII	Aſſertionis 1	*Scholio.*
	XXXI	C. XIV	Aſſert.	5.
	XXXII	C. XV	Aſſert.	4.
	XXXIII	C. XVI	Aſſertionis 5	*Scholio.*
	XXXIV	C. XVIII	*Scholio.*	
	XXXV	C. XX	Aſſert.	3.
	XXXVI			4.
	XXXVII			5.

XXXVIII

Digitized by Google

ANNOTATIO XXXVIII de SECT. II CAP. XX Aſſert. 6.
XXXIX 8, &
9.
XL C. XXI.

Ad

PARTIS II

SECTIONEM III

ANNOTATIO I *de Cauſis, ob quas prioribus ſuperaddita fuerit hæc Sectio.*
II *Unde ſit deſcripta* hæc Sectio.
III de *Diſtinctione hujus Sectionis.*
IV FRAGM. I *Proœmio.*
V CAP. I.
VI II.
VII FRAGM. II.
VIII FRAGM. III.
IX FRAGM. IV.
X FRAGM. V.

Digitized by Google

ANNOTATIONES GENERALES,

quæ PRÆFATIONIS loco ſunt,

ad

JOACHIMI JUNGII LUBECENSIS

DOXOSCOPIAS PHYSICAS MINORES,

Auctore

M. F. H.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNOTATIO GENERALIS

I

DE EDENDI HUJUS OPERIS CAUSIS.

Quanquam *Phyſici Operis aliquid edere* AUCTORI bis,terve ANIMUS fuit,& de proferenda inprimis *Iſagoge* quadam Phyſica, una cum Diſputationum duarum *de Principiis Corporum Naturalium Theſibus*, jam olim quidem, cum Examini publico in Gymnaſio ſubjicerentur, *impreſſis*, ſed recenſitis poſt, & non parum *auctis*, contentius ex eo tempore,cum ex lapſu æger factus eſſet, cogitavit: factum tamen eſt, neſcio, quo Fato,ut modo *novæ Curæ* ipſum in diverſiſſimas Cogitationes *averterint*, modo oblatas Conditiones *Bibliopolæ* repudiaverit, modo *Typorum*, præſertim Græcorum, *Forma* diſplicuerit, ſæpe *accuratius* quædam *proponendi Conſilium* iſta, ut reliqua Opera, diſtulerit, denique MORTE INTERCEPTUS Spem omnemab ipſius manu aliquid perfecte ordinati exſpectandi præciderit.

2 NE igitur tanti Viri Meditata vel BLATTIS & Tineis erodenda *relinquerentur*, vel *in manus* cujuſdam Jungianarum rerum IMPERITI aliquando inciderent, EGO quoque FIDEM meam, quam editâ Hiſtoriâ Vitæ & Mortis Auctoris obſtrinxeram, quodam modo *liberarem*, ſtatim poſt mortem Auctoris Teſtamenti ipſius Curatoribus Conſilium meum expoſui de edendo in lucem Phyſico aliquo Opere, meumque ſtudium, quantum adhibere valerem; in eo curando lubens promiſi.

3 Scilicet, *cum Logicorum Gymnaſmatum* de Demonſtratione, Zabarellæ oppoſitorum, *Recenſionem meâ curâ commendaſſet* Auctor,ego vero *Logicam in Phyſica*,meis ſtudiis convenientius,*exercere mallem*, *Phyſici Operis Recenſionem* Logici Recenſioni *præmittere* volui.

4 Acceſſit,quod *in Logicis* ex parte ſuam *Sententiam* jam *expreſſerit*,quam quilibet, qui cupit, in Hamburgenſi Logica legere poterit; in Phyſicis vero præter Exercitationes Protophyſicas nihil de ipſius Scriptis impreſſum exſtet.

5 Ut nunc nihil dicam DE ARISTOTELE REFORMANDO præcipue EX PHYSICA. Quod ipſe in Epiſtolâ ad Andream Svarzium 1641, 11 Sept.,perſcriptâ, *monuit*, & in aliâ ad Seldenerum eodem anno, 22 Sept., explicatius his verbis repetiit:

 a Phy-

a *Phyſica ordiendam* eſſe *Philoſophiæ Emendationem* ſemper exiſtimavi, & adhuc in eâ ſum Sententiâ. *Logicæ Controverſiæ* niſi caute tractentur, *in Pſychologiam*, & *Metaphyſicam* elabuntur.

Cum igitur Conſilium meum Curatoribus Teſtamenti probaſſem, conſtitueram Diſputationum Phyſicarum, in Gymnaſio olim habitarum, Theſes, Exercitationibus Phyſicis hactenus non editis junctas, prælo committere, PRÆLECTIONES item PHYSICAS, quæ præſentis Operis maxima Pars ſunt, Appendicis loco ſubjungere. 6

Hæ enim ex Phyſicis Scriptis ſunt ab Auctore, ut edi poſſent, Continuo Stylo connexa. 7

Sed PROPTER DEFINITIONES Prælectionibus adhærentes, quas ab Aſſertionibus earundem Prælectionum divellere nolebam, videbantur Prælectiones Appendicis Titulum non commode mereri. 8

Quare, mutatâ iſtâ Sententiâ, Prælectiones *præmittere Exercitationibus* e Lectoris commodo magis futurum putavi, quippe, in quibus Definitiones quædam continentur ad Exercitationes intelligendas neceſſariæ. 9

Præterea fore, ut BREVIUS primum legere, quæ prolixius in Exercitationibus tractata ſunt, Intellectui etiam gratius multo accidat, non dubito. 10

Nec contra Auctoris mentem præmiſero Doxoſcopicas Syſtematicis ejus Scriptis, cum *ipſe* hoc Ordine ſe uſurum promittat in Scheda, quæ adhæſit Prælectionum Autographo: 11

Ariſtoteles nunquam proponit ſuam *Sententiam*, *ante*quam *refutarit* Contrarias. *Ego* utar eadem Methodo. Propoſiturus ſum *meam* Sententiam, ubi *Averroem* & *Zabarellam deſtruxero.*

De Cauſis ſuperadditæ Sectionis de Plantis ſuo loco dicam.

II
DE AUCTORE HUJUS OPERIS.

Cum non parum Utilitatis ex Studiis, Vitâq; Auctoris recte cognitis in Lectorem redundare poſſit, operæ pretium facturum arbitror Lectorem, ſi *de Incomparabili Auctoris* tum *Judicio*, tum *Ingenio*, tum *Eruditione* judicare antè didicerit *ex Hiſtoria Vitæ & Mortis* ipſius, quæ ſecundum prodiit *Argentorati*, auctior quidem, quam quæ *Hamburgi* impreſſa eſt, ſed præcipitatâ tamen per errorem ejus Editione, interea dum plura ſubmittenda colligebam. 1

Hanc vel Integram, vel quod ad Particulas, auctam hic exhibere, Temporis præſentis ratio non patitur. 2

Exhi-

3 Exhibebo eam alias, ſi Deus voluerit, *juſtæ Magnitudinis Volumine* comprehenſam.

4 *Nunc* ſufficiat ex Schedis meis JUDICIA duorum Clariſſimorum Virorum huc inprimis pertinentia appoſuiſſe.

5 Quorum alter eſt Joannes PELLIUS, Anglus, Profeſſor Matheſeos in Amſtelodamenſi Gymnaſio primum, deinde Bredano, quem Gerardus Joannes Voſſius, (ſive potius Foſſius), libro de Scientiis Mathematicis cap. 10 § 2 a Varia Eruditione, & Summo Ingenii Acumine non vulgariter commendat.

6 Alter eſt Joannes Amos COMENIUS, Conatibus Didacticis celeberrimus.

7 Ille *(Pellius)* in Epiſtolâ *ad* Joannem Adolfum *Taſſium*, Mathematicum olim Hamburgenſem, Virum Summum, 1645 Amſtelodami pridie Cal. Maij ſcriptâ:

„ *Cordatus Juvenis Bernhardus Varenius, quanti te*, (Taſſi), *atque*
„ OMNIUM MORTALIUM ΛΟΓΙΚΩΤΑΤΟΝ, *Collegam illum tu-*
„ *um*, D. JUNGIUM, *facere viderer, aliquando fortaſſe in ſuis ad te de-*
„ *ſcribere conabitur. Quod ſi ullis verbis aſſequi poterit, Incomparabili*
„ *illum Eloquentiâ præditum arbitrabor.*

8 Et paulo poſt:

„ *Ego rigidiſſimam Cenſuram etiam Accuratiſſimi veſtri Apodictici expe-*
„ *to. Quam ſi impetravero, ſummo me beneficio affectum arbitrabor.*

9 In Epiſtola ad Jungium 1645 Amſtelodami Id. Mai ſcript.:

„ *Etſi tuam, Vir Eximie, Sententiam de noſtra Refutatiuncula valde*
„ *ſcire aveo, quippe qui te Incomparabilem demonſtrative docendi, & de-*
„ *docendi Artificem eſſe probe ſciam; tamen, quum piaculum putarem, He-*
„ *roicos tuos labores vel tantillum interpellare,* ——— *decrevi a ſcri-*
„ *bendo abſtinere.*

10 In aliâ Epiſtolâ ad Jungium 1645, Amſtelodami 6 Calend. Septemb. ſcriptâ:

„ *Poſtquam vero tam Incomparabilem Apodeicten viderem aliquantu-*
„ *lum ἀὐταρκείας ibi* (in Demonſtratione mea) *deſiderare; egomet con-*
„ *tinuo mecum; Oportet aliquid ſubeſſe, quod meos oculos fugerit. Non*
„ *temere eſt, quod Jungius aliquid in Pellii Apodixi deſiderat, quo-*

" *rum ille ſupra omnes mortales optime poteſt, hic ardentiſſime cupit omnia*
" *pleniſſime & ἀυτάρκως demonſtrare.*

Hic (*Comenius*) in Panſophiæ Prodromo, (Præludiorum titulo Oxon. 1637 edito) p. 45 & 46 edit. Londin. 1639; ſive Didacticor. Oper. Part. 1. Panſophici libri delineation. ſection. 47 col. 426: 11

" *Deus, quia Æterna, & Immutabilis Veritatis Baſis eſt, non poteſt non* 12
" *eo rem dirigere, ut Veritati indies planius detegendæ, ac roborandæ ipſi*
" *Errores etiam ſervire tandem habeant neceſſe. Et* JUNGIUS Saxo *Lo-*
" *gicæ nunc Arti ad eam Perfectionem deducendæ inſudans, ut Propoſitio-*
" *num Veritas adſtrui, Sophiſmatum Deceptiones deſtrui queant eâ Certi-*
" *tudine, qua Euclideum quodvis Problema Apodeictice deducitur.*

III

DE INSCRIPTIONE HUJUS OPERIS.

Quoniam *Opiniones* paſſim receptas hic *conſiderari*, Lector Benevole, reperies, DOXOSCOPIAS Opus volui *inſcribere.* 1

Auctor ipſe *Opinatorum* meminit Partis 2 Section. 1 C. 12 Aſſ. 12. 2

Opinionum Portenta accumulari notat ejuſd. Section. C. 12 Aſſ. 13, ſectiunc. 2 fin.. 3

Et ad Similis Schedæ, quæ ejuſd. Capitis Aſſertionem 26 & partem Aſſertionis 27 complectitur, extremum hæc reperi: 4

Non propter hunc vel illum errorem, ſed *tota Philoſophandi Ratio* eſt *Sophiſtica.* Ideo hæc *Opinionum Portenta inde* pullulant.

Opiniones Somniis ſimiliores, quam Scientiæ, ex Naturæ Obſervatione elicitas, ejuſd. C. Aſſertio 12 affert, Theſis contra Burgersdicii Diſputationem de Putredine. 5

Placuit hic *Titulus, Specialior, quam Prælectionum Phyſicarum,* quem Apographum Polſianum, (de quo vide ad Part. 1 Annot. 1 ſectiunc. 6), præfixum habet. 6

Ceterum Doxoſcopiarum Titulus *Auctori non* eſt INFREQUENS, qui Doxoſcopica *opponit Syſtematicis* in Logicæ Phyſicæ Faſciculo, ſub Titulo Hypotheſeos. 7

Adſunt enim inter Manuſcripta *Doxoſcopia Zabarellæ Phyſica Generalis,* & Ἐιδικὴ ſive *Specialis,* item Doxoſcopia Zabarellæ *ad l. 8 Phyſic.; Mercenarii* Doxoſcopia, *Fernelii,* & *Sennerti* Doxoſcopia, *Galeni* Doxoſcopia, Doxoſcopia *Sporadica* &c., Sed vel maxime huc pertinet *Scheda* anni 1624 mox producenda. 8

Braunij

9 *Brauno*, Anglo, (Auctor is eſſe dicitur Religionis Medici), *Pſeudodoxia Epidemica* Inſcriptionem, libro ſuo Anglico, *non abſimilis argumenti*, dare placuit.

10 Non tamen omnes hujus Operis *Propoſitiones Doxoſcopica* ſunt, ſed *plera*que.

11 *Plurima* enim *in Iſagoge Syſtematicâ* aptius legerentur. Verbi gratiâ, *ex Definitionibus de Motu Locali* quædam, ex *Section.* 2 *Aſſertionibus* plurimæ.

12 Quædam vel integræ, vel ex parte & *hoc in Opere* legi, & in *Iſagoge Syſtematicâ* repeti debent, Inſtituto Doxoſcopico inſervientes.

13 Ut ex fere integris *Definitiones Syndiacritica*, *Aſſertiones*, ex Sectione 1, Procemii 3,4,5,8,9,10,11; Cap. 12 Aſſertio 17,18,19,20, & C.13 Aſſ.2, & 5,

14 & Cap.21 Aſſert.9 &c.. Item ex Sectione 2 plurimæ. Item ex Sectione 3 Fragm. 3 Port. 1 Cap. 5 Aſſertio 4, & aliæ *ad Hiſtoriam Plantarum* referri debent.

15 *Ex parte* ad Iſagogen Syſtematicam pertinet, verbi gratiâ, ex Aſſertionibus Sectionis 1, Procemii 7mæ ſectiunc. 5,6, 7, 13, &c., & Cap, 9 Aſſert. 11 ſectiuncula 5 &c.

16 *Crediderim*, Auctorem interdum, amœnitate intertextâ, *faſti-*

17 *dium Doxoſcopicum* Lectori *minuere ſoluiſſe*. *Mihi* in Prælectionum Opere *talia mutanda non* fuerunt, quamvis *ex Schedis*, quas ego in hoc Opus tranſtuli, *Propoſitiones Syſtematicas parcius* adjecerim, & Plinii Moniti (quod habet Epiſt. l. 5 Ep. 6, circa fin.) memor, *ad Titulum identidem reſpexerim*.

18 Interim, quæ *Confuſa* adhuc videri poſſint, *diſtinguet* olim, ſi Fautores Opus hoc invenerit, *Index*, Doxoſcopica a Syſtematicis accuratius ſeparaturus, *cum reliqua* etiam Auctoris Opera *lucem adſpexerint*.

19 Porro autem PHYSICÆ hæ Doxoſcopiæ dicuntur, *ab Objecto ſuo*. Nam & *Metaphyſica*, & *Logica adſunt* Doxoſcopiæ, quæ has aliquando, ſi Deus voluerit, ſequi poterunt.

20 Denique cum *Opiniones Phyſica in hoc Opere breviter*; in *Exercitationibus* vero, partim in Gymnaſio ad diſputandum propoſitis, & dudum impreſſis, partim non propoſitis, certe non impreſſis, *prolixius* ab Auctore conſideratæ fuerint; Doxoſcopias MINORES vocavi *cum Schedâ*, anni 1624 Septembris, Oct. & Nov. hæc exhibente ſub Titulo, Doxoſcopica: Vide Fernelium de Forma Pæoniæ.

21 Quæ maxime ſpectant ad *Antidoxa Minora*, ſive *Antidoxorum Theſes Prodromas*, ſive potius ad *Introductionem Præſervativam*, ſive *Doxoſcopicam*.

MONITA

Digitized by Google

MONITA
ASSERT.
DEFINIT.
EXPOSITIONES DOGMATUM.

Adeſt etiam *Titulus:* 22

ANTIDOXA PHYSICA, hoc eſt, DIEXODORUM PERIPATETICARUM IN APODIXES LIQUIDAS TRANSFORMATARUM EXAMEN.

In *Faſciculo Protonoetico* ſub Titulo Iſagoges Doxoſcopicæ, in Scheda anni 1624 Octobr.: 23

Ideo hæc *Antidoxa Minora edo*, *ut* aliquem eliciam confidentem Peripateticum, qui mihi Zabarellæ Dogmata compleat, ut eo certius *Procheremata conficere queam.*

Scilicet, *cum* grande illud *Protonoetici*, ſive Ereunetici *Collegii Inſtitutum* promovere agitaret, de quo in Hiſtoria Auctoris pluribus, Phyſicorum etiam Dogmatum receptorum, tum Falſitates, tum Abſurditates breviter, &, ni fallor, *Dialogi* modo proponere, in animo habuit. Superſunt enim 24 adhuc *Fragmenta* iſtius Dialogi, in quo *A Auditorem*, & P *Præceptorem*, colloquentes, ſignificat. Et præterea exſtat *Titulus*: *Dialogus 3 de Qualitatibus Primis.* 25 26

Quamvis vero *quædam Aſſertiones* hic compareant, quæ *propter Prolixitatem* ſuam *ad Majores Doxoſcopias referendæ* eſſe *videri poſſint*, quales ſunt Section. 1 Prooemii 7ma, & Section. 3 Fragment. 4 C. 3 Aſſ. 2, & 3; & ejuſd. Fragm. C. 4, 1; tamen hæ *Exemplis* ſuis *tantum* ita *extenduntur*, non, ut in Majoribus Doxoſcopiis ſæpiſſime fit, Excurſionibus, aut Diexodorum plurimarum Solutionibus ſe diffundunt. 27

Quod ſi quibuſdam forte, *propter omiſſas* interdum *Cauſas*, & *Declarationes* Uberiores, *Minima* potius, quam Minores appellandæ videantur, hi *Theſes* plurimas *acceſſiſſe meminerint.* 28

In Theſibus enim quædam *Obſcura ponenda* ſunt, *ut quærant* ii, *qui opponere non didicerunt*, ex Auctoris Schedâ.

Alterum Titulum ISAGOGES PHYSICÆ DOXOSCOPICÆ, (Platonis enim more geminum præfixi, ut Lector eligat, quem cupit), inveni in Scheda Auctoris, & in ea, quæ hîc ſectiunc. 21 adducta eſt, aliis verbis continetur. 29

In

30 In *Faſciculo Protonoetico*, modo dicto, ſub *Titulo Paraneſeos*, mentio eſt Operis Antiſagogici:

proximo Auguſto, aut Septembri, habebit non Sciagraphiam modo, ſed & *Specimen*, ſive Partem totius *Operis Antiſagogici in Protophyſ.*.

31 Quod ſupereſt, *omnium Opinionum* Phyſicarum *Examen* hic *ne requiſieris*. Recte enim Ariſtoteles Ethic. 1, c. 2 Zvingeri:

" ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν	*omnes quidem exquirere*
" τὰς δόξας, ματαιότερον ἴσως	*Opiniones, vanius forte*
" ἐστίν. Ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα	*fuerit. Satius vero maxime*
" ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας	*inſignes, aut quæ videntur*
" ἔχειν τινὰ λόγον.	*niti aliquâ ratione.*

IV

QUOMODO SCHEDIS, TAM CONTINUIS QUAM DISPERSIS, USUS SIM.

1 Cum *Opus* hoc non ex uno Autographo, aut Emendato Apographo, ſed ex pluribus SCHEDIS, partim Autographis, partim Apographis, utriſque autem vel CONTINUIS, vel DISPERSIS ita coierit; quomodo tum in Contextu Emendando, tum in Schedis ſeligendis verſatus fuerim, hic monendum duxi.

2 Ubi igitur plures Schedæ, Apographas præſertim intelligo, (ut in Definitionibus), *eandem Propoſitionem aliter* atque aliter exhibent, *Recentiorem prætuli Vetuſtiori*, quamvis Autographæ, niſi *Librarii* manifeſtum *Erratum* alia illa Lectio fuerit, (ut Part. 2 Sect. 2 C. 8 Aff. 8 ſectiunc. 4 manifeſto Errore Polſius Particulam *tum* poſtponit Particulis *per ſe*, quem etiam Autographum detegit), aut aliud quid obſtiterit. Poſteriores enim Curæ prioribus omnino præponendæ fuerunt. Vide, verbi gratiâ, ad Partem 1 Annotationem 9.

3 *De* POLTSIANO APOGRAPHO, ex quo pleraque hujus Operis Pars expreſſa eſt, (vide ad Partem 1 Annotationis 1 ſectiunc. 6), præcipue commonendus es, Lector, *diligenter* a me *collatum* eſſe *ad* ſuum *Autographum*, & *auctius* quidem multis in locis fuiſſe præ Autographo, (quod Aſſertionum fila ſæpe abrupit), ſed, quoniam *dictatum* eſſe, ſatis firmis, ut puto, Ar-

gumentis in Annotationibus Specialibus, ad Partem 1, & ad Partis 2 Sectio-
nem 1 & 2, adſtruxi, & *Librarius indoctior* fuit, *vitioſiſſime multa* proponere,
quæ etiam Auctoris relegentis Oculos effugerint.

Quare, *neceſſario inſerenda*, vel *per negligentiam Librarii*, vel per *Πα-* 4
ρόραμα Auctoris omiſſa, aut omiſſa *cenſenda*, (cum neſcias, utrum de con-
ſilio omiſſa ſint, an caſu, uti Partis 2 Section. 1 C. 22 Aſſertionis 19 ſectiunc. 3
& reliquæ), *ex Autographo inſerui*, interdum *etiam, quando* Omiſſa *Senſûs
Integritati nihil officere* potuerunt.

Ita *Exempla Expulſive Contrariorum non Mutuorum* in Definitionibus 5
Peripateticis C. 3 Def. 8, quæ ſectiuncula 8, 9, & 10 continent, in Apographo
omiſſa, ex Autographo ipſius inſerui.

Nec earundem Cap. 5 Definitioni 3 vocem *produci*, nec Definitioni 4 il- 6
las: *ad Nihilum, Annihilari*; nec Partis 2 Section. 2 C. 1 Aſſert. 1 ſectiunc. 1,
vocem *Margarita*, & ſectiunc. 2 vocem *Arte* a Polſio omiſſas addere ne-
glexi. Similiter ejuſd. Sectionis C. 2 Aſſert. 2 ſectiuncula 4, & C. 20 Aſſer-
tionis 4 ſectiunculæ 9 *Periodus poſterior* adjectæ ſunt.

Quæ vero Polſius *præter mentem Auctoru* adjecit, verbi gratiâ, ab 7
Auctore *Explicationis causâ dicta*, quod tamen rariſſime factum eſt, *ejicien-
da* fuerunt.

Sic Partis 2 Section. 2 Cap. 17 Aſſert. 3 ſectiunc. 2 vitioſe legitur: 8
BENZOINUM, Aſa Fœtida Teuffelsdreck, ſive *Aſa Dulcis*.
Ubi inſcitiâ Librarii in Contextum irrepſit, quod Auctor, ut intelligeretur,
cur Epitheton, Dulce, Aſæ addatur, monuit:

Quandoque *Auctor Apographi Vitia non ad Autographum correxit*, quod 9
ad manus non habuiſſe videtur, ſed conjectando quaſi Sententiam ſuam re-
ſtituit. Hic *ego Autographum* potius *ſecutus* ſum.

Ut in *Definitione* Reflexiva *Attributi Primigenii*, & alibi. 10

Denique, ubi *Autographum Diſtinctione* aliquâ, (valde late hic vocem 11
ſumo), Intellectui *magis* conſulit, *Autographum prætuli* Apographo, præſer-
tim ubi probabile fuit, Librarii potuiſſe intervenire negligentiam.

Pro *deprehendimus* igitur in Part. 2 Sect. 1 C. 22 Aſſ. 27, ſectiunc. 1 *malui* 12
Autographi *reprehendimus*, quod diſtinctius. In eod. Cap. Aſſ. 14 ſectiunc. 3,
præ *Diſſolutio Elementorum erit, ſive Mut.*, elegi Autographi Lectionem:
Diſſolutio erit, Elementorum ſive Mutatio &c.

In genere etiam monendum eſt, *mutata* quædam *in Autographis*, 13
quæ Auctori *Seniori minus probata*, vel ex aliis Schedis, vel ex ipſius Inſtitu-
tione recordari potui.

Propterea *Definitiones* quaſdam *Singulari Numero* propoſui, quæ *Plu-* 14
rali in Schedis, tam Autographis, quam Apographis legebantur. Vide ad
Part. 1 Annotation. 12 &c., & Annotat. 14.

Digitized by Google

15 Sic, cum *Diſcurſûs Vocem, pro Argumentatione* uſurpatam, tanquam *Barbaram*, rejectam ab ipſo meminerim, in Aſſertionum Sect.1 C.14, 8, ſectiunc.1 *ſubſtitui Argumentationis* vocabulum, quod & C.13 Aſſ 10 ſectiunc.3 in Autographo erat, ubi Apographum habebat DISCURSUS vocem.

16 Dixi hactenus de Schedis, quæ præcipuam hujus Operis Partem conficiunt. Quod vero SCHEDAS, UNDE hoc Opus AUCTUM eſt, ſpeciatim attinet, nullas inſerui, niſi *quas Auctor addi* expreſſis verbis *jubet*, aut ipſe, ſi vixiſſet, addidiſſet, id eſt, quas tum *Tractationis Modus*, tum *Vicinitas Argumenti*, tum ejuſdem *Nobilitas*, adjici *poſtulabit*.

17 [illegible] tan-*tis* adjiciendam putarim.

18 Alii vero Operi, quod *Doxoſcopiarum Phyſicarum Reſiduum* appellare licet, reliqui, Aſſertionis etiam, Theſiumque Titulo notatas *Propoſitiones de Anima*, quod *Paucitate* ſuâ integram *Sectionem* conſtituere debere *non* viderentur.

19 Eidem reſervavi *Variorum Opiniones*, breviter quidem propoſitas, ſed vel non Examinatas, vel Examinatas, at minus receptas, aut receptas, & prolixius Examinatas.

20 *Ex Antiburgersdiciis*, ſuo jure quaſi inſerendis, *pauca* etiam, *non digna* mihi viſæ, quæ hic legerentur, eidem relictæ ſunt.

21 *Quæ illuſtrandi* potiſſimum *Causâ* per me acceſſerunt, potuiſſem equidem hic omiſiſſe. Verum, ſi forte liberalior hic fui, *excuſaverint* me, ſpero, tum *Diſtinctionis Studium*, tum *Metus*, ne ſejuncta Tempore, & Libris haud perinde ad memoriam ſui valitura eſſent.

22 IMPERFECTE PROPOSITA *non facile inſerere Suppleta* auſus fui.

23 Ita Part.2 Sect 1 C.19 Aſſertioni 4 adhærebat in Autographo: *niſi quis putet, quaſdam Particulas Ignis vel Aeris.*

24 Sic inter ultimas Aſſertiones Sectionis ejuſdem Imperfectam hanc reperi:

„ Qui *nullum Corpus ita Durum*, & *Exſiccatum eſſe*, dicunt, *quin habeat*
„ *aliquid* Humidi, *quo Partes inter ſe conjungantur*, idque probant ex eo,
„ *quod Alchemiſtæ ex quolibet, quantumvis Arido Corpore, Oleum educant*,
„ *Humidum enim Continuans eſſe Craſſum, inſtar Olei, & hujuſmodi Oleaginoſo Humido cohærere Carnium Exſiccatarum Partes*, &c.*; hi jam manifeſte *nullum* ex *Conſiſtentibus*.

* Zabarel. l.3 de Miſt Gen. & Inter. c.7.

Digitized by Google

Raro etiam, Propoſitiones Aſſertionibus incluſas, QUÆ DISTINCTIUS proponi POTUISSENT, quam ab Auctore poſita ſunt, *aliter ordino.* 25

Feci forſan *ſemel* Partis 2 Sect. 2 C. 16 Aſſert. 5 ſectiunc. 8, ubi hæc: *ex Unctuoſis Fixis Salibus, in anteriora* promovi, quæ tam in Autographo, quam Apographo inter ſectiunculam 10 & 11 interjacebant in iſtis: Atque hæc ſunto *Unctuoſorum Fixorum Salium* Exempla. 26

Commodius enim accidit *Intellectui*, tum, *qualia Exempla exſpectanda* ſint, *ante*quam ipſa ponantur, ſtatim *cognoſcere*, tum *conformia* inter ſe eſſe *Periodorum* hujuſmodi *Initia*. 27

Attamen Partis 2 Section. 2 Aſſertionem 1, cum multo *Diſtinctius* ſectiuncula 5 eam *ordiretur*, ut hanc prima & reliquæ ſequerentur, ita, ut inveni, *reliqui*. 28

Ut nunc *nihil* dicam *de Definitionibus*, quæ *Aſſertionibus immiſta* manſerunt, verbi gratiâ, Part. 2 Sect. 2 C. 7. 29

Poſtremo, ſi, Benevole Lector, *Falſa* quædam occurrerint, (occurrent autem pauciſſima), aut ſi forte alio modo *contra ſua Dogmata* Auctorem peccaſſe obſervaveris, præterquam, quod *Operis Poſthumi* ea *excuſabit nomen*, ſcias, velim, *meum non* fuiſſe, *Culpam* iſtam *præſtare*, & *in alieno Opere Curionem* agere, ſed, ut quam emendatiſſime Opus legeretur, & Diſtinctione tum Partium, tum Scripturæ, tum Verſuum, Lectori amœnior Lectio fieret, inprimis operam dediſſe. 30

V

DE DISTINCTIONE HUJUS OPERIS IN GENERE.

In DUAS PARTES præſens Opus a me diſtributum eſt, quarum prima DEFINITIONES, ſecunda ASSERTIONES continet. 1

Has vero iterum in alias Partes, SECTIONES videlicet, & PORTIONES Sectionum, item FRAGMENTA, & CAPITA, cur diviſerim, in Annotationibus Specialibus ſeorſim expoſui. 2

Hic in genere primum monuiſſe ſufficiat, ſingulas Definitiones, & Aſſertiones eum utrarumq; Appendicibus, id eſt, Notis & Scholiis, quæ quidem Diviſionem ulteriorem admittere potuerunt, in SECTIUNCULAS, ſive Græcâ voce malis Tmematia dicere, diſtinctas fuiſſe. 3

Jam

4 Jam olim enim Auctor in *Didacticis Schedis* Auguſtæ Vindelicorum collectis ita præceperat:

Omnium *Librorum Catalogi* fiant *juxta Sectiones*, & *Periodos*, *non* juxta *Paginas*.

5 Hinc *Ornatus* ille, quo *ex* diligentiſſimi *Bernecceri inſtituto*, aliquot Latinos Auctores ita ſectos habemus, Nitidiſſimis quibusvis Belgicis Editionibus longe anteferendos, valde ab Auctore *commendabatur*, cum Juſtini a Bernecceero editi mentio aliquando fieret.

6 *Neque abſque Indignatione* inſpicere poterat *Ariſtotelis* Politicos *Libros*, magni cujuſdam Viri curâ, paulo *ante* ſuam *mortem*, *editos*, quod Contextum quidem diſtinxiſſet per Sectiones, *Numeros* vero *nullos Sectionibus* iſtis, alias parum profuturis, adjeciſſet.

7 Quod ad *mea Tmematia* attinet, *Periodo* fere *quodlibet* abſolvitur. Ubi *Prolixior* fuit Periodus, quam ut unâ Sectiunculâ diſtingui potuerit, *Semicolon*, raro *Comma*, (ut Part. 2 Sect. 2 C. 3 Aſſ. 7), Sectiunculas terminat.

8 Eo fine, ut ipſæ ex Indice olim prodituro invenienda, & nunc ex Annotationibus Specialibus conferenda, *promtius*, & *conſtantius*, quam *per Paginas*, aut *Verſus*, poſſint ſuggerere.

9 Deinde, cum *in Prælectionum Opere* per SCHOLIA Principales Propoſitiones ut plurimum *illuſtret* Auctor, *alibi Varias Opiniones*, (Exempli gratiâ, de Miſti Forma, & Miſtione in Definitionum Peripateticarum C. 10) ad ea referat; NOTIS autem *Æquivocationes*, *Reſtrictiones*, *Limitationes* &c. includat; ego quoque ad exemplum Auctoris *idem in Schedis*, *quas* Prælectionum Ope-
10 ri *adjeci*, obſervare volui. In *Prælectionibus ſemel* tantum, (ſcilicet in Definitionibus Peripateticis C. 4), ex *Scholio* feci *Notam*. Didici enim poſt, *Auctorem non perpetuo* id *Diſcrimen* curaſſe.

11 Ceterum *Ordinem*, quo Auctor vel *in Prælectionum Opere* uſus fuit, vel *Schedæ reliquæ* ſuggeſſerunt, *ſequi non* debui, poſtquam Capitibus Opus diſtinguere conſtitutum fuit.

12 Ideo modo *conjunxi*, quæ Disjuncta erant, modo a Conjunctis *disjunxi*, quæ ſeparanda erant, *Diſperſa* autem *ſuis* quæque *locis* intuli.

Digitized by Google

VI

DE VARIA, ET DISTINCTA OPERIS HUJUS SCRIPTURA.

Cum, *ad faciliorem* in Intellectu efficiendam *Apprehenſionem*, *Situs rei le-* 1
genda, *ornate diſpoſitus*, haud parum præſtet, de Diſtinctiore reddendo
noſtro Opere, *per* SCRIPTURÆ VARIETATEM, amplius cogitandum du-
xi, celeri hoc, facilique Compendio ſimul adjuturus omnes, qui multum
quærendo, aut legendo fatigari nolunt.

OBLIQUAM igitur Scripturam, quam *Currentem* vocant, iis *Partibus* 2
Orationis deſignandis, *quæ* Auctoris *Senſa* Intellectui Legentis quam *celerri-
me* ſignificare valent, ubi per *Unciales* RECTAS Literas *Objectum* Propoſi-
tionis *Primarium*, & hujus *Species*, *Partes* &c. indicata fuerunt, ut Compen-
dioſam magis, adhibui, quales Partes (Orationis) Lineis vel Rubris, vel ali-
ter Coloratis a reliquis inter legendum diſtingui a Peritioribus ſolent.

Rectam porro, quam & *Stantem* appellant, iis deſignandis, *quæ* quaſi *ab-* 3
eſſe poſſent, & Obliquam percurrenti, ſi hæſerit alicubi, *vice* brevis *Commen-
tarii* eſſe poterunt.

Deinde PROPOSITIONES PRINCIPALES a MINUS Principali- 4
bus, ut *Notis*, *Scholiis*, *Confectariis*, *Corollariis*; item ARGUMENTA, &
ANNOTATIONES ab ipſo Contextu per Typos ſecerni, & internoſci de-
buerunt.

Potuiſſent etiam *plures Propoſitiones Principales a* ſuis *Cauſis*, vel *Ex-* 5
plicationibus, eo modo ſeparari, quem in Aſſertionum Sect. 1 Prooemio cer-
nis, *niſi Bibliopola Sumtus* tantos facere *recuſaſſet*.

Quod ad NOMINA COMMUNIA, quæ Appellativa vulgo dicunt, 6
item VERBA, & PARTICULAS *Majuſculis Literis inchoata*, attinet, ea
quoque, dum *facilius ſe ingerunt Oculis*, Lectorem haud parum juvant.
Sed *Anomaliam* hîc *excuſandam* habeo, in Partis 2 Sectione 2 admiſſam. 7
Cum enim hæc Sectio ante reliquas Partes prælo committeretur, in Majuſcu-
lis Literis ita effingendis non fui accuratus, quarum *Uſum neglectum*, pro-
cedentibus demum Operis, *ſerius animadverti*.

TITULOS PARTIUM MAJORUM a MINORIBUS diſcretos 8
prætereo.

Quod reliquum eſt, ſi, *Majore Typorum Varietate uti* mihi *licuiſſet*, 9
Diſtinctius multo Opus hoc lectum fuiſſet.

VII

VII

DE ORTHOGRAPHIA QUARUNDAM VOCUM.

1 In ORTHOGRAPHIA, ubi *de* genuina *Scriptura diſſentiunt* Critici, eam *eligere* malui, quæ *ad Intellectûs Naturam* optime congrueret, id eſt, quæ vel *brevius* rem ſignificat, vel *Confuſionem tollit*.

2 Ita an *ſumſi, ſumtum, promſi, promtum*, an *ſumpſi, ſumptum, prompſi, promptum*, &c. ſcribendum ſit, diſputant.

3 *Lambinus*, Præfatione in Horatium, auctoritate Marii Victorini, deinde ratione etiam *priorem* Scripturam confirmat.

4 At *Antonius Auguſtinus* Tarraconenſis Archiepiſcopus Dialogo Numiſmatum 10, & poſt hunc *Joſephus Caſtalio* Obſervationum in Criticos Decadis 1, Cap. 1, *poſteriorem* Scripturam defendunt.

5 *Ego*, quamvis Auctor in Autographo hujus Operis Literam P cum Auguſtino, & Caſtalione poſt M ſemper expreſſerit, *malui* tamen P *omittere*, quæ *nullius usûs* eſt, & Auctorem, ſi Caſtalionis argumenta legiſſet, mecum omnino conſenſurum, mihi perſuadeo.

6 Ita malui Slatten quam Schlatten.

7 Contra S *poſt Ex* in Verbis, quorum Simplicia ab S incipiunt, inſerere malui, quamvis *Auctori* Exiſtere, & *Exilire* placuerit. *Confuſionem* enim *tollit*, verbi gratiâ, in *Exſputare*, (Sputum ejicere), & *Exputare*, (Ramos reſecare, item excogitare). Adde Voſſii de Arte Gram. l. 1 c. 43.

8 Quod ad reliquam Orthographiam, *Auctor* malui, quam Autor, ex Dionis Caſſii συνταγέλας l. 51 (p. 550 edit. Hanov. 1606), quem locum Jungio non puto obſervatum.

9 *Chemici*, quam Chymici, quia Suidas habet χημία Auctor ipſe quandoque per e ſcripſit, præſertim in poſterioribus Schedis.

10 In *Germanica Scriptura* cur 𝔉 Literam *pro* 𝔙 in iis Vocibus, quæ per 𝔙 ſcribuntur, ſubſtituerim, alias *peculiari Diatribâ* docebo.

11 In PEREGRINIS quoque Vocibus, quia *Auctor ipſe voluit* eſſe *accuratus*, ut oſtendit *Scheda*, quæ Titulo, *Percunctanda ex Arab. peritis*, hæc ſubjicit:

> *Tucia*, an *Tuzia*, an *Tukia*, quomodo Arabice ſcribatur. Ex Lexico Schindleri expiſcare.

12 Propterea *malui Caſura*, quam Camphora, & *Baurac* in Partis 2 Sect. 2 C. 8 Aſſert. 5 Scholio, quam Baurach, propter Literam ק Arabicam.

VIII

DE VERSUUM DISTINCTIONE.

Cum Situm legendorum ornate diſponere conſtitutum fuerit, NOVI 1
etiam VERSUS *crebro* uſurpari debuerunt.

Uſurpavit *Auctor* ipſe tum *in Schedis* paſſim, tum in *Logica Hamburgenſi*, 2
quamvis *Initiis inter ſe non diſtinctis.*

In hoc autem Opere Initia Verſuum modo ſibi Æquali Spatio reſpon- 3
dent, modo Inæquali.

Æquali autem Spatio ſibi reſpondere, ſive Æqualia eſſe, Initia Verſuum, 4
dico, ſi prima Litera Versûs ab utroque Paginæ Extremo, dextram verſus,
aut verſus ſiniſtram æqualiter diſtet.

Inæquali, ſi inæqualiter. 5

ÆQUALIA autem INITIA habent *Propoſitiones ejuſdem Or-* 6
dinis.

Exempli gratiâ, *Prima, Secunda, Tertia* &c. *Cauſa* ejuſdem Propo- 7
ſitionis.

Item *Exempla* ejuſdem Ordinis, quæ in unam Sectiunculam non po- 8
tuerunt cogi. Vide Part. 2 Section. 1 C. 12 Aſſert. 9, & Fragm. de Plantis 1
C. 1 Aſſ. 4, 6, &c., & C. 2 Aſſ. 3.

Item *ejuſdem Diviſionis Membra*, aut *Diſtinctionis.* 9

INÆQUALIA, *Diverſi Ordinis.* 10

Ut *Propoſitio*, & ejus *Cauſa*, & *Cauſæ Exempla.* 11

Quandoque SPATIIS MAJORIBUS Initia Verſuum Similia, vel Diſſi- 12
milia, ſed neutra ſatis ſibi Vicina, diſcernenda fuerunt.

Vide Partis 2 Section. 1 Procem. Aſſert. 7, & Fragm. 1 de Plantis 13
C. 2 Aſſ. 3, & Fragm. 4 C. 4 Aſſ. 1.

Huc quoque refer COMMATA MARGINUM, Verba Auctorum 14
aliorum a Jungii Verbis diſtinguentia, a Roberto Stephano forſan primum
in hunc Uſum Textui adjecta.

Varietatem tamen & hîc obſervabis, Commata ſcilicet in Diverſis 15
Propoſitionibus, ſibi Vicinis, quæ *verſus idem Paginæ Extremum* reſpiciunt,
Unius Auctoris Verba; quæ vero *verſus aliud* Extremum, quam proxime an-
tecedentia, *alius* a proximo Auctore Verba adducta ſignificare.

Idem intellige de INVERSIS *Commatibus.* 16

IX

Digitized by Google

IX
DE LOCIS AUCTORUM ADJECTIS, ET INTERPRETATIS.

1 Quamvis *plurima* AUCTORUM LOCA *Autographis* & *Apographis* ADJECTA *repererim*, vel ad Marginem notata, vel Contextui inſerta, *non pauca* tamen, ipſe *addidi*, partim ab Auctore plane *non indicata*, partim, *non expreſſis Libris*, vel *Partibus*, (aut non diſtincte ſatis expreſſis), indicata, ut Partis 2 Sect. 1 Proœm. Aſſ. 5 ſectiunc. 2.

2 Cum vero Auctorum Loca de una re Varia ſæpe, non tamen æque ſemper illuſtria exſtent; *ut*, *quæ Auctor* maxime *probaſſet*, *expreſſerim*, tum *Codices* ex ipſius Bibliotheca, tum *Schedæ* multum profuerunt.

3 Si quando, quamvis rariſſime, *Auctor* Rivulos conſectatus, Fontes ipſos non adiit, *non præter* ejus *voluntatem Fontes indicaverim*.

4 Verbi gratiâ, Part. 2 Sect. 1 C. 13 Aſſert. 5 ſectiuncula 19 *ex Sennerti Phyſica Epitome*, ubi de Terris agit, hauſta eſt. At *hic ex Cratonis Epiſtolis* hauſerat.

5 Ita quæ *de Melonibus in Peruvia Arboreſcentibus*, Fragm. 1 de Plantis C. 1 Aſſ. 6, ſectiunc. 2, *ex Laurembergio* accepit Auctor, Laurembergium *ex* Joſepho *Acoſta* accepiſſe ſuſpicor.

6 *Confer Annotationem* ad ejuſd. Capitis Aſſertionis 7 ſectiunculam 1.

7 Ceterum *Verba* Auctorum *ſingula non ſemper* enarramus, ſed alias contrahimus, alias Signo hoc (———) *Omiſſa* indicavimus, ut Fragm. 2 Aſſ. 1 Scholii ſectiunc. 3, & Fragm. 4 C. 4 Aſſ. 1 Corol. 1 ſectiunc 2.

8 Quod ad Loca INTERPRETATA, *Vulgatas* Interpretatio[illegible]s *non ſemper* ſecutus ſum, quandoque *Ambiguas*, quandoque a Fontibus [illegible]*berrare deprehenſas*.

9 Nec (etiamſi alias placere potuiſſent), ita *preſſe ſequi potui*, *cum* operam etiam dederim, ut *Græca Latinis* fere *reſponderent*, Columnis ſibi congruentibus.

10 *Tædioſum* enim eſt, in pleriſque Impreſſis Libris ubi Græca Latinis reſpondere debent, *ex imo paginæ* petere, *quæ media* debentur, & contra.

X
DE ARGUMENTIS CAPITUM.

1 Quem *Operum Epitoma* præſtant *Uſum*, eundem præſtabunt hic CAPITUM ARGUMENTA.

2 Quandoque etiam *Commentarii Vice* funguntur.

γ Quam-

Quamvis autem *quædam* Propoſitiones, ſatis *Breves*, nullâ Epitome in- 3
digeant, ut Part. 1 *Definitiones* pleræque, & Part. 2 Sect. 1 Procemii *Aſſertio* 12;
C. 1 Aſſ. 3; C. 5 Aſſ. 4; C. 11 Aſſ. 13, &c.; tamen, quia *plurium potior* fuit haben-
da *ratio*, propter paucas Breves Lectorem hoc Compendio carere nolui, præ-
ſertim, cum facilius etiam Scripturâ variâ diſtincta, *requirenda offerant*, &
Uſum Indicis, non adjecti, hactenus *ſuppleant*.

SECTIUNCULAS vero *quot qualibet* Propoſitio, ſi continet, conti- 4
neat, ſcire, eo potiſſimum pertinet, *ut de* Propoſitionum *Magnitudine* faci-
liore operâ cognoſcere queat, qui Breviores non cupit inſpicere.

XI
DE SIGNO ☞.

SIGNUM MANUS, alias a Criticis ad Loca maxime notanda apponi 1
ſolitum, hic *ad Annotationes* Lectorem Curioſum, *qui celerius cupiat ſci-
re*, quibus locis aliquid *inſertum* a me fuerit, non incommode, puto, *rele-
gat*, ideoque Index Manûs ſemper iſtorſum monſtrare debuit.

Auctor ipſe hujuſmodi Signa duo *ad Zabarella* libri 1 de Qualitat. Ele- 2
mentarib. cap. 5, unum ad Columnæ 492, F, & alterum ad Col. 493, A *Mar-
ginem* adpinxit, quibus a Lectore iſta vel *notari*, vel *conferri* inter ſe vo-
luerit.

Hic autem Signum iſtud, *Capitis* aut Majoris P*artis Titulo*, vel *Definitio-* 3
nis, & *Aſſertionis Numero*, vel *Nota*, & *Scholii Titulo*, aut *Numero*, vel *Ver-
ſui* denique Contextûs, in Margine *reſpondens*, ea omnia, vel *Integra*, vel
maxima ex Parte Prælectionum Operi *acceſſiſſe*, aut *aliter* quam Acceſſio-
nibus *mutata* eſſe, *rarius Verſui* Contextûs appoſitum, P*articulam inſertam*
indicat.

Aſſertiones quoque & earum *Appendices*, ut Notæ, Scholia, &c., & *Ver-* 4
ſus, *ſequentia notatos*, hoc Signo, tum *Titulos*, tum *Numeros*, tum *Verſus*, ſi
ex eadem Scheda ſunt, *per* proxime *antecedens Signum* ſimul *ſignificantur ad-
jecta* eſſe.

Quouſque autem Adjectio iſta vel alia *Mutatio ſe extendat*, Curioſus 5
Lector ſine Labore multo cognoſcet, ubi in Annotationibus ea, quæ Ma-
nûs Index monſtrat, *requirere cupiet*.

Semel *Margini* quædam *adjecta* indicat, Partis ſcilicet 2 Sect. 1 C. 12 Aſ- 6
ſert. 2 Schol 2.

XIII

Digitized by Google

XII
DE ASTERISCO (*).

1 ASTERISCUS, etſi Diverſum Uſum tam apud Veteres, quam apud Recentiores habet, hîc tamen ille Uſus præcipue placuit, quo *illuſtrantur* per eam Notam, (*quaſi per* Stellam vel *Lumen*) quæ *omiſſa* ſunt *in Contextu*, *ne* inſerta *Lectionis Curſum remorentur*, verbi gratia Auctorum, quorum Opiniones conſiderantur, Loca; vel quo
» *πρὸς τὴν Συμφωνίαν τῶν Δογμάτων*,] *ad Convenientiam Dogmatum*, (ut Laertius libro 3 pag. 220 loquitur), adhibetur.

2 Poſituram autem duplicem obſervabis,
alteram qua Aſteriſcus *Summitati Literæ*,
alteram qua *Baſi* adponi curavi, eo fine, *ne Confuſio accideret*, ubi in Margine repetendus fuit.

3 *Poſitus* autem eſt potiſſimum, *ubi* commode *inſeri potuit*, *ceteris* Locis *per* Particulam *adverſus* in Margine ſignificatis.

XIII
DE IIS, QUÆ AUCTOR FORSAN PRÆFARI VOLUIT.

1 S*cheda* quædam *Vetus* ſub Titulo PRÆFATIONIS IN ANTIDOXA Objectionem diluit hanc:

Quare tu itaque *ſolus contra Opiniones* pugnare conaris?

2 Si ſolus futurus eſſem, ne ſtylum quidem in Opiniones ſtrinxiſſem. Præſtitiſſet enim muſſare infelicitatem meam, quæ Opinionem pro Scientia mihi obtruſiſſet, & reliquum tempus Vitæ potius Scientiæ inquirendæ tribuere. 3 Verum *ſperavi*, *plures* natos eſſe eo Ingenio, *quibus non perinde* ſit, *utrum per Opinionem*, *an Scientiam Victum comparent*, hos a me vel *confirmari* vel *præſervari* poſſe.

4 *Alia ejusdem ætatis*, Titulo huic DOXOSCOPI PRÆFATIONALIA, ita ſolatur ſuos Lectores vel Auditores:

Triſtes eſſe *non* debetis, quia

1 *præſervamini ab Ærugine Intellectûs.*
2 a *Conſuetudine paralogiZandi.*
3 *ipſi* adhuc *ſufficitis ad Phyſicam inveniendam.*
4 quamvis *in Paralogiſmis*, & *Falſis* Dogmatibus, & *Vanis* Hy-

potheſibus verſemur, tamen *Apodictice* in iis *verſamur*. Omnis autem Apodicticus Proceſſus Intellectum demulcet, ac perficit.

Quæ ANTIDOXA, PROLEGOMENA inſcribitur, *Vetus* item, duo hæc 5. continet Monita:

Qui, vel *ob Ingenii* Inopiam, vel *Temporis Penuriam*, *aliamve* ob *Cauſam* ipſas *Diexodos* Actupotentialium *evolvere nequeunt*, adeoq; Dogmata eorum, non ut Concluſiones, ſed ut Traditiones, communes Opiniones, Decreta accipiunt, & ne inferiores aliis videantur, Certitudine infallibili ſe ea complexos ſimulant, eos *noſtra Antidoxa legere*, *nil proderit* vel ipſis, vel nobis. Numerus enim tantum tum ſunt.

Non omnes Ineptias aut *Errores probat Doxoſcopus*, *quos* diſſimulat ſive *præterit*. Nam interdum adeo Uberem offendit Materiam, ut defatigetur, priuſquam omnem exhauriat. 6.

Uni ex Prælectionum Phyſicarum Autographis, quæ Aſſertionem 101 & 7. 102, Sectionis 1 continet, hæc adhærebant:

Non impugno, illorum *Demonſtrationes*. *Nullas* enim *proferunt*.

Recentiſſima, anni 1655, Aprilis menſis, de Uſu IntroductionisPhyſicæ ita: 8

INTRODUCTIONIS meæ USUS hic erit, ut, *qui obſervare*, ob Paupertatem, &c., (ſupple, *nequeunt*), vel quia *feſtinandum ad Lucroſa* Studia, ii *ne ſeducantur* a Peripateticis.

Quibus vero *tantum otii* eſt, ut omiſſis Diſputationum Nugis *Obſervationibus ſtudeant*, ne tempus in Tricis Peripateticorum perdant.

Vetus denique, ejuſdem cum prioribus ætatis, quamvis in fronte Titulum 9. PRÆFATIONIS IN DEFINITIONES gerat, extendi tamen debet etiam ad Aſſertiones.

Viri Judicio & *Experientiâ* inſtructi libere *moneant*, *corrigant*.

Sophiſtæ vero, qui Judicium in Ariſtotelicorum Labyrinthis 10. decoxerunt, *quid judicent*, *ſuſque deque* facio.

Si me irritarint, Nugas eorum Germanico Lectori ita proſti- 11. tuam, ut eis Protervиæ ſuæ Pœnitentia ventura ſit.

Digitized by Google

XIV

DE ANNOTATIONUM SPECIALIUM USU.

1 *Qui* ſpeciatim *capit* cognoſcere, *ex quibus Schedis* quælibet Pars aut Sectio deſcripta ſit, *quomodo Auctor* ordinaverit, aut propoſuerit, quæ a me aliter ordinata, vel propoſita fuerunt, item *qua Ætas* Schedarum ſit, ut, quæ Juvenis Auctor ſcripſit, diſcerni poſſint ab iis, quæ Ætate Provectior annotavit, denique quæ *Loca* Auctorum *male verſa* fuerint; hunc ad ANNOTATIONES SPECIALES remittere volui, cum ad Marginem talia indicare non eſſet commodum, partim, quia iſte jam aliis Uſibus deſtinatus erat, partim, quia prolixior ſæpiſſime Annotatio eſt, quam ut a Margine capi potuerit.

2 Præterea quædam *Egregia* non ſupprimenda *in Schedis* proponuntur, quæ *in Contextum* qui[illegible]n *non* fuerunt *inſerenda*, quod vel Murila eſſent, vel aliter Commodum locum non reciperent, in Annotationibus tamen optime produci poſſe viſa ſunt.

3 Inſpice, verbi gratiâ, ad Part. 1 Annotationem 9 ſectiun c.4 & ſequ., & Annotat. 47, *de Obi Motu in Aqua*.

4 Quandoque *explicaverint Contextum*, quæ in Annotationibus his afferuntur, quod Contextui non inſeri potuerunt.

5 Denique *Auctoris Sententiam bis, verbe* ipſi *aſſertis*, Lectori magis confirmabunt.

CORRIGENDA
MAJORIS MOMENTI.

Primum omnium ADDENDA, partim fini cujuslibet Partis, & Sectionis annexa, partim Annotationibus Specialibus inſerta, ſuis ſingula Locis inſerantur.

Deinde

PARTIS I

Sect.2 Port.1 C.2 tum in Argumento, tum in Verbis Auctoris ex Def. 4 fiat 10
5 11
6 4

7 3 7 5

7 5
8 6
9 7
10 8
11 9.

C. 4 Def. 4 verſ. 1 leg.: dicitur A ipſius D quam C.

PARTIS II

Sect. 1 C. 2 Aſſertionis 2 Scholii fin. l. Analogiam.
C. 3 Aſſ. 7 ſectiunc. 4 in Græco l. παύει,
in Lat. *ceſſare facit præcedentem ſe Privationem.*

Sect. 3 Fragmenti IV Titulo poſt PLANTARUM l. FALSO NEGATIS, ET.

C. 4 Aſſert. 2 ſectiunc 2 l. *Acini Vinaceo.* Ita enim omnino legendum, quod *hactenus non obſervatum* Viris doctis non ſatis mirari nequeo, *ne* in Noviſſima *quidem* Editione Belgicâ *Schrevelii.* Et *Nonius* Marcell. de Indiſcret. Generib. voce Acina, expreſſe legit: *Acini Vinaceo.*

CORRIGENDA MINORIS MOMENTI.

TITULI pagina 2 leg. *Evagora.*

PARTIS I

Sect. 1 Def. 6 marg. lege c. 1 defin. 17 & 3.
S. 2 Port. 1 C. 1 Argumento 9 addend. Sectiunc. 3
2 Argumento 11 l. PERIMIT.
Defin. 3 e regione verſûs, autem, Margini adde 1 v. Port. 2 c. 1 Def. 2 & 5.
11, ſectiunc. 1 l. FIERI.
C. 3 Argum. Scholion 9næ ſubjectum ſcribatur poſt Notam 8væ 1; deleatur: Sectiunc. 3.
D. 2, ſectiunc. 1 l. *eodem.*
ante Def. 11 in ſummo paginæ l. C. 3.
C. 5 Argum. 12 pro SIMPLEX l. MERA,
D. 2, verſ. 4 l. *Peremtione.*
11, ſectiunc. 5 l. B, E.

C. 10 D. 21 omiſſum Signum ☞ e regione Numeri locandum.
C. 12 D. 4 ſectiunc. 2 l. & 900.
C. ult. omiſſ. ruſus Signum ☞ e regione XIII pingendum.
Port. 2 Procem. D. 22 omiſſus numerus ſectiunculæ 3.
C. 1 D. 17 Schol. ſectiunc. 2 l. quaſi expet..
C. 4 Titulo l. IV.
C. 5 omiſſum Signum ☞ e regione, CAP. V, pingendum, & appicta ad Def. 1 delenda.
C. 6 D. 1, ſectiunc. 3 poſt *Nitrum*, ponatur commatis Signum(,).

PARTIS II

Sect. 1 Procem. Argumento poſt Aſſertionis 11 Conſectarium 2 adde:
[Corollarium, *Immobiles Cauſas a Burgersdicio intempeſtive* proponi, notat.]
Aſſertionis 1 Scholii 1 ſectiunc. 2 inter ex & gr. punctum ponatur.
Schol. 2 deleantur, punctum poſt 7, & hoc ſequens Numerus alter 7natius.
Aſſ. 7 ſectiunc. 3 l. Occamus.
fin. in Margine l. v. aſſ. 6 ſectiunc. 7.
Aſſ. 8 ſectiunc. 19 l. Baſil. 1585).
Cap. 1 ante Aſſ. 4 ſectiunculam 3 ſummæ pag. inſere C. 1.
2 ante Aſſ. 4 Schol. ſectiunc. 4 ſummæ pag. inſere C. 2.
Aſſ. 5 Schol. 2 ſectiunc. 5 l. Phyſ. l. 2 t. 12.
3 Aſſ. 8 Scholii Manus dextrorſum ſpectet.
9 e regione IX Manus appingenda.
5 ante Aſſ. 4 ſumma pag l. *Princip. Hypoſt.*.pag adv. itidem.
9 Aſſ. 3 ſectiunc. 4 l. tota Def.
11 Aſſ. 9 ſectiunc. 5 numerus omiſ., ſcrib. e reg. verſ. Id Sim:
12 Argumento Aſſertionis 5 adde: Sectiunc. 3
Aſſert. 4 Margini l. Cæſalpin, Quæſt. Med. l. 2.
16 Aſſert. 2 6 l. Pæoniæ.
20 Aſſ. 7 ſectiunc. 9 l. *Serum, Caſ.*

PARTIS II

Sect. 2 C. 1 Aſſert. 1 marg l. confer c. 16. aſſ. 4;
& poſt Aſteriſc. v. c. 15 aſſ. 2 fin.
Aſſert. 6 marg. j. conf. c. 18 ſectiunc. 5.
C. 3 Aſſ. 8 fine l. *Talcus* (Literis Obliquis.
C. 8 Argum. ante Aſſertionis 2 Argumentum ſummæ pag. l. C. 8.
Aſſ. 4 Schol. 4 ſectiunc. 1 fine l. videtur.

Digitized by Google

Aſſ. 8, ſectiunc. 1 Liiſque (Literis Rectis).
Scholii Numeri deprimantur.
C. 10 Aſſ. 2 ſectiunc. 1 l. concreſcit.
Aſſ. 4 Scholii ſectiunc. 5 l. fom.
Aſſ. 7 ſectiunc. 4 fine exſiſtant.
ultimo l. infinitæ.
C. 11 Aſſ. 4 Schol. 2 ſectiunc. 2 conjunguntur Forocorn., & "adhærentia, ut eſt, expungantur.
C. 13 Aſſ. 7 ſectiunc. 2 poſt Nativi Parentheſis excidit.
C. 14 Aſſ. 4 ſectiunc. 1 l. aliquoties.
C. 20 fronte lii 4 omiſſus Numerus Aſſertionis 6, & delendus 3narius, in adverſa fronte expungatur 5 & 6, & l. 7, 8, & 9.

PARTIS II

Sect. 3 Fragm. 1 C. 1 Aſſ. 5 margine intimo leg. 1.
Aſſ. 6 poſt Fructifero inſere, Radice tamen perenni; & poſt Epit. adde lib. 2.
Aſſ. 11 l. foret.
C. 2 Aſſ. 3 ſectiunc. 32 marg. l. Fragm. 3 Port. 1 c 3.
50 l. *Specierum*.
Fragm. 3 Port. 1 Titulo pro JUXTA l. SECUNDUM.
C 8 Aſſ. 1 Sectiunculæ Numerus delend..
Port. 2 Titulo pro JUXTA l. SECUNDUM.
Fragm. 4 C. 4 Aſſertion. 1 Schol. 2 ſectiunc. 15 poſt *poſſe* Signum Interrogationis ponatur.
Poſt Signum Finis l. ANNOT. SPEC.

IN ANNOTATIONIBUS SPECIALIBUS
ad
PARTEM I.

Annot. 1, ſectiunc. 21 pro Compendii l. Collegii.
2 ſectiunc. 4 promoveatur verſus verſum: Et in
11 fine l. *præmittendas*.
Latercul. 2 col. 1, CAP. II pro VI & VII repone 1V, V.
2 adde poſt XLII, & quod adhæret XLIV.
3 ſectiunc. 5 l. ὅλη.
26 ſectiunc. 16 l. *Plænnieis*
item *Forma*
35 ſectiunc. 7 poſt *Definitiones* l. *Phyſica*.

Digitized by Google

JOACHIMI JUNGII
LUBECENSIS

DOXOSCOPIARUM PHYSICARUM MINORUM.

PARS PRIMA,

quæ

DEFINITIONES PHYSICAS
continet.

Digitized by Google

»» Θεμένου (Προσηγορίας) οὕτως ἢ
»» ἄλλως ὅπως ἂν ἐθέλῃ, σαφῶς καὶ
»» χρησίμως τοῖς ἀκούουσι, μηκέτι με-
»» τατιθέσθω, μηδ᾽ ἐξαλλαττέσθω τὴν
»» χρῆσιν, ἀλλ᾽ ἀεὶ φυλαττέσθω παρ᾽
»» ὅλον τὸν Λόγον, ἵνα καὶ μανθάνω-
»» μεν ἃ λέγει ῥᾳδίως, καὶ τὰς Ἀντι-
»» λογίας καὶ τοὺς Ἐλέγχους πρός
»» τι σαφὲς καὶ διωρισμένον
»» ποιώμεθα.

Poſitis (Nominibus) *ita vel aliter pro arbitrio, modo clare & ex uſu audientium, nec poſtea tranſponatur nec mutetur eorum uſus, ſed perpetuo obſervetur per omnem Diſputationem, quo & intelligam' quæ dicat, facile, & Refutationes & Redargutiones ad aliquid clarum & diſtinctum referamus.*

Scilicet, quia Definitiones præſuppoſitæ ſunt, aliquid vel efficere vel prædicere poſſumus, quod præſtare non poſſemus, niſi illæ eſſent præſuppoſitæ.

PARTIS I

Digitized by Google

PARTIS I

quæ

DEFINITIONES

complectitur,

PROOEMIUM

hoc eſt

MONITA DEFINITIONIBUS PRÆMITTENDA.

I

1 Non ita ſtricte ſe *alligatum* meminerit Lector hiſce *Vocaminibus*, ut ſi pertinacem offendat Adverſarium.

2 Verbi gratiâ ſi nolit admittere *Inhærentiam*, ſubſtitue *Ens Inhærens.*

II

1 Si objiciatur nobis Ambiguitas aliqua *adhuc* hærens in noſtris Phraſibus, dicimus de induſtria hanc aliaſque *relictas.* Nam ſi omnes fuiſſent eliminandæ, plurimorum Vocabulorum Innovatione opus
2 fuiſſet. Malui igitur nonnullas *Ambiguitates* tolerare, quam *Verborum Novatione* nimis *ſubita* omnes offendere. Memini enim me in Academiis offendere homines adeo Iracundos, qui, ubi Novum Vocabulum audiunt, quod ipſi non didicerunt, iraſcuntur & ſupera inferis miſcent.

Digitized by Google

III

DEFINITIONES PERIPATETICÆ dicuntur, non quod Peripateticis tribuantur tales Conceptus, aut talia Appellamenta, aut tales Definitiones, ſed quod *inſerviant* formandis Propoſitionibus, quæ proxime videntur accedere *ad Peripateticorum ſententiam.* 1

Ita Definitiones SYNDIACRITICÆ quæ inſerviunt *Theoria Syndiacriticæ.* 2

IV

Definitiones noſtræ, quibus *Differentias Generales Corporum Tactilium* exprimimus, *non* accipiendæ ſunt quaſi *totidem Qualitates* ponere velimus.

PAR-

Digitized by Google

PARTIS I
SECTIO I
quæ
DEFINITIONES
REFLEXIVAS
complectitur.

Argumentum.

1	Definitio eſt SENSILIS CONFUSI.	Sectiunculas habet	2.
2	ATTRIBUTI CORPORIS.		
3	ATTRIBUTI SIMILARIS.	Sectiunc.	2.
4	ATTRIBUTI DISSIMILARIS.	Sectiunc.	3.
5	SPECIE COGNATORUM.	Sectiunc.	3.
	Nota de voce ὁμογενές.		
6	ATTRIBUTI PRIMIGENII.	Sectiunc.	2.

I

1 SENSILE CONFUSUM, ſive *Corpus Confuſe ſumtum* dicitur *Totum* complexum ex quocunque Senſili Corpore, & quotcunque ejus Attributis conſtans, *abſque* ullo *præjudicio* Intellectûs *Dogmatico* (de Subſtantia, Accidente, numero Qualitatum, aliorumque Accidentium) *apprehenſum.*

Vel brevius: *Senſile Confuſum* dicitur Corpus Senſile abſtrahen- 2
do Mentem ab omni Dogmate ſive Democriti ſive Ariſtotelis Phy-
ſico.

II

ATTRIBUTUM CORPORIS dicitur quodcunque *de Corpore* aliquo *vere prædicari* poteſt, per experientiam in eo deprehenſum; ſive uno ſive pluribus verbis explicetur, ſive re idem ſit cum Corpore, ſive ab eo diverſum.

III

ATTRIBUTUM SIMILARE dicitur, quod ita Corpori conve- 1
nit, ut *cuivis* ejus *minimæ* Parti *Extenſivæ* (ſive Quantitativæ) conve-
nire non repugnet.

Exempli gratiâ. *Proclivitas ad* Motum *ſurſum* vel *deorſum*, quæ 2
Levitas & Gravitas dicitur; *Color*; *Odor* &c. Hæc enim non repugnant cuivis Parti competere. Utrum autem competant, alia eſt quæſtio.

IV

ATTRIBUTUM DISSIMILARE eſt, quod *cuivis* Corporis ſui 1
Parti Extenſivæ *competere recuſat*.

Ut *Poroſum* & *Spiſſum*, Πλατύπορον καὶ Στενόπορον (*Latos & 2
Anguſtos Meatus habens*). Non poſſunt enim Pori ſive Meatus in Corpore eſſe numero infiniti, ideoque ad Partes tandem Poris deſtitutas perveniendum. Nec ſecundi Pori primis, nec tertii ſecundis pares ſive æque Lati ſunt.

Ita Diſſimilare Attributum eſt *Spongioſum* (pro Σπογγιῶδες 3
Spongiæ ſimile, per Æquivocationem Adſignificationis) ſive Cavernoſum, ut *Panis*, *Pumex* &c. Item *Aſperitas* & *Levor*. Item *Fiſſilitas*. Item *Rotundum*, *Acutum*, *Cubicum* &c.

V

V

1 SPECIE COGNATA ſive *Ejusdem Speciei Infimæ* ſive *Ultimæ* CORPORA ſive *Conſpecialia* ſive *Conſpecifica* dicuntur, quæ *iisdem* prædita ſunt *Attributis*.

2 Sive *inter quæ Mutatio* eſt *reciproca.*

3 Ita *Glacies Aquæ* eſt Conſpecialis; itidem *Plumbum Liquidum* ſeu Fuſum Plumbo *Solido* Conſpeciale.

Nota ſæpe Ὁμογενὴς ſive *Homogeneum* uſurpari *pro* eo, quod eſt Ὁμοειδὴς ſive *Specie cognatum*.

VI

1 ATTRIBUTUM PRIMIGENIUM dicatur, quod Corpori *exacte Similari reſpectu* Corporis *exacte Similaris* competit. v. ſect. 2 port. 2 c. 2 defin. 2 & 3.

2 Uti *Salis Vulgaris* Attributum eſt *in Aqua liquari*: *Aquæ* Attributum eſt *Salem liquare*: *ab Igne* ſive Calore *in Vaporem agi*, *viduatam omnibus Ignis Atomis*, *ſubeunte Aere in Glaciem conſtringi*.

PAR-

Digitized by Google

PARTIS I
SECTIONIS II,
quæ
DEFINITIONES
RECTAS
continet,

PORTIO I.
ſive
DEFINITIONES PERI-PATETICÆ.

CAP. I
DE PRINCIPIIS SYNHYPOSTATICIS
ſive
ACTUPOTENTIALIBUS.

Argumentum.

1 Definitio declarat quid ſit PRINCIPIUM SYNHYPOSTATICUM.
2 quid PARS SUBSTANTIALIS.
Sectiunculas habet 3.
3 quid PENETRARE SE DUO ENTIA.
Sectiunc. 2.
4 quid INHÆRENTIA.
Nota *diſtinguit Inhærentiam ab Inhæſione* & *Inhæſivitate.*

5 quid

5 quid MODUS ENTIS. Sectiunc. 2.
6 quid FORMA. Sectiunc. 2.
7 quid FORMA SUBSTANTIALIS.
8 quid FORMA ACCIDENTALIS.
9 quid MATERIA SUBSTANTIALIS.
10 quid MATERIA PRIMA. Sectiunc. 5.
11 quid MATERIA SECUNDA. Sectiunc. 2.
12 quid MATERIA ACCIDENTALITER SECUNDA.
13 quid DISPOSITIO MATERIÆ.
14 quid MATERIA SUBSTANTIALITER SECUNDA. Sectiunc. 3.
15 quid FORMA SUBSTANTIALIS PRIMARIA. Sectiunc. 2.
16 quid ACTUS.
17 quid FORMA SECUNDARIA. Sectiunc. 2.
18 quid FORMA MATERIALIS. Sectiunc. 2.
19 quid FORMA IMMATERIALIS.
20 quid FORMA ABDITA. Sectiunc. 4.

I

PRINCIPIUM SYNHYPOSTATICUM Corporis Naturalis Conſtitutivum eſt *Pars Subſtantialis* ejuſdem.

II

1 PARS SUBSTANTIALIS ſive *Eſſentialis* ſive *Syſtatica* dicitur Pars quæ *ſuæ Comparti intime* (ſive penetranter) *unita* (ſive præſens) eſt, hoc eſt, ita Totum componit, ut ſe cum ſua Comparte penetret.

2 Sive, quæ Pars eſt *Totius ex Actu* & *Potentia* compoſiti.

Hujuſmodi Partes Peripatetici *Materiam* & *Formam* ſtatuunt. 3

III

conf. Sennert. Conſenſ. & Diſſenſ. Chemicor. c. 10 (ſect. 26).

PENETRARE SE invicem dicuntur DUO ENTIA, ſive etiam *Duo Attributa*, quæ *idem* prorſus *Spatium* occupant. 1

Ut *Frigus*, *Liquiditas*, *Limpiditas*, *in Aqua*; *Albor*, *Dulcedo*, *Friabilitas*, *in Saccaro*; *Flavus Color*, *Ductilitas*, *Gravitas*, *in Auro*; *Materia & Forma Subſtantialis in Corpore Naturali* ſe penetrant. 2

IV

INHÆRENTIA dicatur Ens quod natum eſt ita alteri inhærere, ut tamen *cum eo Ente cui inhæret non coeat in unum* aliquod Ens.

NOTA.

Quod alii vocant *Inhærentiam*, id ego voco *Inhæſionem* ſive Actum Inhærendi. *Inhæſibilitas* vero eſt Aptitudo inhærendi.

V

MODUS ENTIS ſive Semiens eſt *Inhærentia*, quæ ab *Intellectu* noſtro quaſi *extra Subjectum* conſiſtens *ne cogitari* quidem poteſt. 1

Alius *Subſtantialis*, ut *Unio Materiæ* & *Formæ*, ſive Penetratio earum inter ſe mutua; alius *Accidentalis*, ut *Tactus*, *Terminus*, *Figura*. 2

VI

FORMA eſt *Inhærentia* (ſi *late* ſumatur Inhærentia), quæ ſi *extra Subjectum* aliquod exſiſtere cogitetur, *Contradictio non* implicatur, ſive nihil adverſum Intellectui percipitur. 1

Eſtque vel *Subſtantialis* vel *Accidentalis*. 2

VII

FORMA SUBSTANTIALIS dicitur, quæ *cum Subjecto* ſuo *Ens per ſe* ſive Ens vere *Unum* (quod *Corpus Naturale* dicitur) conſtituit.

VIII

Digitized by Google

VIII

FORMA ACCIDENTALIS dicitur quæ eſt *extra Corporis Naturalis Eſſentiam*.

IX

1 MATERIA SUBSTANTIALIS ſive *Subſtantifica* dicitur *Pars Syſtatica Corporis Naturalis* quæ vel *diverſis Formis Subſtantialibus ſucceſſive ſubjecta* ſive ſubſtrata eſſe, vel ſaltem Formæ *alicui* Subſtantiali modo ſubſtrata, modo non ſubſtrata eſſe poteſt, ut *Anima Vegetativa Formæ Senſitivæ* vel *Rationali*.

2 Sive eſt quæ una *cum Forma Subſtantiali complet Subſtantiam*.

3 Alia *Prima*, alia *Secunda* dicitur.

X

1 MATERIA PRIMA dicitur *Materia Subſtantialis* quæ ex *Materia* & *Forma Subſtantialibus Syſtatice non* conſtat.

2 Sive eſt quæ *abſque omni* vel Subſtantiali vel Accidentali *Forma* concipitur.

3 Sive quæ nullam Formam in ſua eſſentia includit, ad omnes tamen ſuſcipiendas apta eſt.

XI

1 MATERIA SECUNDA dicitur *Materia Subſtantialis*, quæ *in Materiam* & *Formam Subſtantiales Syſtatice reſolvi* poteſt.

2 Alia *Subſtantialiter*, alia *Accidentaliter Secunda* eſt.

XII

MATERIA ACCIDENTALITER SECUNDA dicitur *Materia Prima cum Diſpoſitionibus* ſuis ſumta.

XIII

DISPOSITIO MATERIÆ eſt *Qualitas* ab Agente Naturali *in Ma-*

Materia genita, quâ ea *ad novam* Formam *Subſtantialem* ſive ſuſcipiendam ſive educendam ſive producendam præparatur.

XIV

MATERIA SUBSTANTIALITER SECUNDA dicitur *Subſtantia ex Materia Prima* & *Forma Ignobiliori* aut Formis Ignobilioribus compoſita, quæ *Nobiliori* ſive Perfectiori Formæ inſtar Materiæ ſubſternitur ſive *ſubjicitur*. 1

Ita *Subſtantia ex Materia* Prima *&* *Formis quatuor Elementorum compoſita* Forma *Auri Specificæ*; 2

Ita *Corpus Organicum Formis Partium Similarium* (Ligni, Corticis, Carnis, Oſſis, Membranæ &c.) *veſtitum* ſive informatum *Animæ ſubjici* dicitur. 3

XV

FORMA SUBSTANTIALIS PRIMARIA dicitur Forma Subſtantialis, quæ *Materiæ Secundæ ut Actus Actuando inhæret*. 1

Sive quæ *cum Materia* Secunda Totum *Syſtaticum* componit. 2

XVI

ACTUS eſt *Ens Inhærens* alteri Enti, idque *perficiens*.

XVII

FORMA SECUNDARIA ſive *Subordinata* eſt, quæ *Pars Syſtatica* eſt *Materiæ Secundæ*. 1

Sive quæ Materiam Secundam conſtituit. 2

XVIII

FORMA MATERIALIS eſt quæ non poteſt *exſiſtere extra Materiam*. 1

Sive

2 Sive quæ tum in Ortu tum in Duratione ſua (tum in Fieri, tum in Eſſe) dependet a Materia.

XIX

FORMA IMMATERIALIS quæ & *in Materia* & *extra Materiam* exſiſtere poteſt, ut *Anima Rationalis.*

XX

1 FORMA ABDITA dicitur quæ *nihil habet* quod *Senſile* ſit.

2 Sive quæ ſecundum nullam ſui Partem Senſilis eſt.

3 Exempli gratiâ. *Qui Ignis Formam Subſtantialem* aſſerunt eſſe *Calorem Summum*, *quatenus ſibi reliquas Igni peculiares Qualitates connectit*; item qui *Miſtorum Formam* dicunt *Temperiem Primarum Qualitatum*, *Formam Abditam nullam* ſtatuunt, quia hujuſmodi Formæ Senſiles ſunt, quamvis illa ipſa Connexio & Gradus ſive Proportio Temperiei Senſilis non ſit.

4 Contra major pars eorum, qui hodie in Peripato philoſophantur, & *Latinæ Scholæ* accenſentur.

CAP. II

DE MUTATIONE IN GENERE.

Argumentum.

1 Definitio docet, quid ſit ORIRI.
2 quid INTERIRE.
3 quid ORIRI B EX A PROPRIE. Sectiunculas habet 3.
4 quid PATI ALIQUID EXTRINSECUS. Sectiunc. 3.
5 quid PATI INTRINSECUS. Sectiunc. 2.
6 quid MUTARI CORPUS.
7 quid MUTATUM ESSE.
8 quid TERMINUS MUTATIONIS A QUO. Sectiunc. 4.
9 quid TERMINUS MUTATIONIS AD QUEM. Sectiunc. 4.
Nota *Peripateticos hic* quoque *Perplexiloquos* arguit. Sectiunc. 2.
10 quid AGERE A IN B.
11 quid PERIMERE RES A REM B.
12 quid PER SE FIERI. Sectiunc. 3.
13 quid PER ACCIDENS FIERI. Sectiunc. 2.
14 quid VARIARI. Sectiunc. 4.
Scholion quid ſit MUTARI EXTRINSECUS & INTRINSECUS declarat. Sectiunc. 6.

I

ORIRI ſive *Fieri* dicitur, quod *quomodocunque incipit exſiſtere* (ſive Totum ſive ex Parte).

II

II

INTERIRE dicitur, quod *quomodocunque deſinit exſiſtere* (ſive Totum ſive ex Parte). Confer Zabarel. l. de Miſtion. c. 1.

III

1 ORIRI dicitur B EX A PROPRIE, ſi *quid* ipſius *A intereat*, cui *ſuccedat quid* ipſius *B*, & *maneat* aliquid ipſi *B & A commune*. Dico autem *aliquid* ipſius A vel B, ſive *Pars* ejus *Hypoſtatica*, ſive *Synhypoſtatica*; ſive *Ens* ſive *Modus Entis* ſit.

2 Exempli gratiâ. Si *ex Aqua* fiat *Glacies*, & ſumatur utrumque Corpus, ut Senſile Confuſum, quia Attributa quædam Aquæ pereunt, & ſuccedunt Attributa Glaciei. *Commune* autem aliquid utrique *manet*, quodcunque id ſit.

3 *Præſupponit* enim *Intellectus*, *Naturam non eſſe Præſtigiatricem*.

IV

1 PATI ALIQUID dicitur EXTRINSECUS, cum *aliquid accipit* vel *amittit*.

2 Sive cum *Subjici* alicui *Inhærenti* vel *incipit* vel *deſinit*.

3 Ita *Prima Materia* patitur; *Subſtantia*, dum Accidentia accipit vel amittit.

V

1 PATI INTRINSECUS, cujus *Eſſentia diminuitur*.

2 Ut *cum Calor diminuitur*; cum *Vires* debilitantur; cum *Partes* aliquæ vel *intereunt* vel *ſeparantur*.

VI

MUTARI dicitur CORPUS, cujus *Attributum* aliquod *interit*, aut *novum oritur*; aut *unum* quidem *interit*, *alterum* vero *oritur*.

Digitized by Google

VII.

MUTATUM ESSE dicitur CORPUS, quod *aliis* quam ante erat *præditum* eſt *Attributis.*

VIII

TERMINUS MUTATIONIS A QUO eſt qui *per Mutationem interit.* 1

In Calefactione Terminus a quo eſt *Frigus.* 2

In Mutatione Terræ in Aquam Terminus a quo eſt *Forma Terræ.* 3

Cum *Lapis deorſum* cadit, *exiſtentia in ſuperiori Loco* eſt Terminus a quo. 4

IX

TERMINUS MUTATIONIS AD QUEM eſt *res quæ per Mutationem oritur.* 1

In Calefactione Terminus ad quem eſt *Calor.* 2

In Mutatione Terræ in Aquam Terminus ad quem eſt *Forma Aquæ.* 3

Cum *Lapis deorſum* cadit, *exiſtentia in inferiori Loco* eſt Terminus ad quem Mutationis hujus, hoc eſt Lationis. 4

NOTA.

Peripatetici hîc quoque P*erplexiloquentiæ indulgent,* dum *Terminos a quo & ad quem in Generatione* ponunt *Non Ens,* & *Ens; in Corruptione Ens & Non Ens,* ut ita occaſionem habeant ſophiſticandi. 1 Verum Enti & Non-Enti nihil poteſt eſſe commune, *nec definiri* ita poteſt *Terminus,* ut ſimul *Enti* & *Non Enti* conveniat. 2

X

AGERE dicitur A IN B, ſi *A Motu* ſuo *cauſa* ſit, *ut Mutatio* fiat *in* B.

XI

Digitized by Google

XI

PERIMERE dicitur RES A REM B, ſi A *efficiat ut B intereat.*

XII

1 ID QUOD FIT PER SE ex eo fieri dicitur, *ex quo ſemper fit.*
2 Sive ex quo ita fit, ut niſi ex eo fiat, nunquam fiat.
3 Ut ſi ex *Calido* fiat *Frigidum*; ex *Muſicæ Imperito* fiat *Muſicus.*

XIII

1 PER ACCIDENS aliquid FIERI dicitur *ex eo, quod accidit illi, ex quo per ſe* fit.

2 Ut ſi ex *Humido* fiat *Frigidum*; aut ex *Albo* fiat *Muſicus*, aut ex *Puero* fiat *Medicus.*

XIV

1 VARIARI dicitur, quod *tollitur ſubſtituto alio.*

2 Ita *Totum Compoſitum mutatur*, *Materia* Prima *variat Formas*, quæ ipſa *mutari* recte dicitur, ſcilicet *Extrinſecus* & Denominative, ſicut *mutatur* is (ſive vere ſive apparenter), *qui Veſtem variat*, aut permutat (alias mutat) cum *Rubram exuit* & *Nigram induit*.

3 Ita *Turris variat continue Locum*, quia aliâ atque aliâ Superficie ambitur.

4 Qui *erubeſcit*, *Colorem variat*, ipſe *mutatur.* Color non mutatur, ſed variatur.

SCHOLION.

1 EXTRINSECUS MUTARI dicitur, quod *aliam habere incipit Inhærentiam*, quam habebat antea.

Ita *Animæ Brutorum* Extrinſecus ſunt per ſe Mutabiles, quia Alterabiles. 2

INTRINSECUS MUTARI dicitur, quod vel *Totum* interit, vel cujus 3
Pars aliqua *interit*.

» Ut *Formæ Elementorum* Intrinſecus mutantur *in Miſtione* ſecundum A- 4
verroem comment. ad l. 3 de Cælo t.67. & Zabarellam l. de Miſtione c. 7, quia Gradus earum aliqui intereunt.

» Cum ergo *Animæ Brutorum* dicuntur *per accidens Mobiles* Zabarellæ l. 5
de Inventione æterni Motor. c.2. init., per accidens Mutabiles intelligendæ, & quidem Intrinſecus Mutabiles, hoc eſt, per accidens Corruptibiles.

» *Primus Motor Zabarellæ* dicitur *nec per ſe nec per accidens Mobilis*, loco 6
proxime dicto, hoc eſt, nec per accidens Intrinſecus Mutabilis, ſive ne per accidens quidem Corruptibilis.

CAP. III

DE CONTRARIIS.

Argumentum.

1 Definitio declarat, quid ſint CONCRETIM CONTRARIA SUBJECTA. Sectiunculas habet 4.

Nota *quot modis* Concretim Contrarium dicatur.

2 quid CONTRARIA ABSTRACTE. Sectiunc. 3.

Notæ 2 Definitionem hanc amplius *declarant*:

3 quid ſit FORMAM A DECEDERE FORMÆ B.

4 quid FORMAM B FORMÆ A SUCCEDERE OFFICII RATIONE. Sectiunc. 3.

5 quid ſint PROXIME ABSTRACTE CONTRARIA. Sectiunc. 3.

6 quid EJUSMODI CONTRARIA MUTUA. Sectiunc. 4.

7 quid EJUSMODI CONTRARIA NON MUTUA. Sectiunc. 4.

8 quid EJUSMODI CONTRARIÆ EXPULSIVÆ FORMÆ & QUALITATES. Sectiunc. 10.

Nota

Nota *de Expulſionis Notione* adjicitur.
9 quid ſint SUCCESSIVE TANTUM CONTRARIÆ FORMÆ. Sectiunc. 3.
Scholion *Formam Seminis non expelli a Forma Animalis contra Zabarellam probat.* Sectiunc. 2.
10 quid SIMUL EXPULSIVE & SUCCESSIVE CONTRARIA. Sectiunc. 2.
11 quid REMOTE CONTRARIÆ FORMÆ. Sectiunc. 2.
Scholion *Remote Contraria magis Contraria* eſſe declarat. Sectiunc. 3.
12 quid REMOTE CONTRARIÆ QUALITATES. Sectiunc. 2.
13 quid CORPORA INTER SE CONTRARIA. Sectiunc. 3.
Nota *de Contrarii Homonymia.*

I

1 "CONCRETIM ſive P*articipative*(ut vocat Simplicius in Poſtprædicam. cap. de Contrar. § 10) CONTRARIÆ dicuntur Subſtantiæ(ſive alia SUBJECTA) quibus *Abſtractim Contraria per vices inhærent.*

2 Sive Concrete Contrarium dicitur A ipſi B, ſi A contineat ſive includat aliquid Abſtracte Contrarium alicui, quod continetur in B.

3 Uti *Aqua* dicitur Concrete Contraria *Terræ*, quia includit Formam Aquæ Subſtantialem Abſtracte Contrariam Formæ Subſtantiali, quam continet ſive includit Terra.

4 Item *Aqua Calida* Concrete Contraria dicitur Aquæ F*rigidæ*.

NOTA.

Quot modis igitur variatur *Abſtracte Contrarium, tot* modis etiam *Concrete* Contrarium dicitur.

II

" ABSTRACTE ſive Per ſe (ut itidem Simplicius dict. loco nominat) CONTRARIA dicuntur, quæ *in eodem* quidem *Subjecto exſiſtere* poſſunt, ſed *eodem tempore nequeunt*. 1

Ita *Qualitas Qualitati*, *Forma* Formæ, *Inhærentia Inhærentiæ* Contraria dicitur. 2

Ita Ariſtoteles Metaphyſ.l.12 (Guil.du Vallii 14) c.2 t.6: 3
" οὐ γὰρ τὰ ἐναντία μεταβάλλει | *non enim* **Contraria** *mutantur*,
id eſt ἐναντιότητες, ut alias loquitur.

NOTA I.

Quæ *in diverſis* Subjecti *Partibus* Extenſivis *eodem tempore* exſiſtunt, *in eodem Subjecto* re verâ *non* exſiſtunt.

II.

De Reſpectu eodem nihil attinet dicere, quia *de Formis* & *Abſolutis*, non Reſpectivis, *Entibus loquimur*.

III

FORMA A DECEDERE FORMÆ B & B *Succedere* ipſi A dicitur, ſi *A in* eodem *Subjecto* (Materia) *exſiſtere deſinat*, *in quo B* exſiſtere *incipit*.

IV

FORMA B FORMÆ A SUCCEDERE OFFICII RATIONE dicitur, ſi *B actuare incipiat Materiam*, (ſive exſiſtentiam tribuere Materiæ) *quam A* actuare *deſinit*. 1

Sive

2 Sive ſi B in eadem Materia incipiat eſſe Forma Primaria, in qua Forma A Primaria eſſe deſinit.

3 Ita *Anima Senſitiva* ſuccedit Animæ *Vegetativæ* ſecundum eos, qui Animas in eodem Individuo plures ſtatuunt.

V

1 PROXIME ſive *Late* ABSTRACTE CONTRARIA dicuntur, quorum *alterum alteri in eodem Subjecto ſuccedere* natum eſt (idq; vel re vera vel ratione officii).

2 Suntque vel *Mutua*, vel *Non-Mutua*.

3 Item vel *Expulſive* Contraria vel *Succeſſive tantum*.

VI

1 MUTUA, ſi *utrumvis alteri* ſuccedere natum ſit.

2 Ita *Calor Frigori* & Frigus Calori in eodem Subjecto proxime ſuccedunt.

3 Item *Forma Abdita Aquæ* Formæ Abditæ *Terræ*, & hæc illi.

4 Item Forma *Sanguinis* Formæ *Chyli*, & hæc illi in eadem Materia ſuccedit.

VII

1 NON-MUTUA, ſi *Forma B* ſuccedere quidem nata ſit Formæ *A*, ſed *hæc non illi*.

2 Ita *Forma Chyli* ſuccedit Formæ *Panis*, non hæc illi.

3 Forma *Canis* Formæ *Seminis Canini*, ſed hæc illi neutiquam.

4 Ita Forma *Pulli* ſuccedit Formæ *Ovi*, non contra.

VIII

1 EXPULSIVE CONTRARIÆ dicuntur FORMÆ, quarum *al-*

tera ex Subjecto *expellere*, id eſt perimere, abolere; corrumpere nata eſt *alteram*, *introductâ in idem Subjectum Formâ* ſibi ſecundum *Speciem eâdem*.

Sive quarum altera ſuccedit in Subjecto alteri a Forma ſibi ſecundum Speciem cognata ex eodem Subjecto expulſæ. 2

Poſſumus hanc Expulſionis Contrarietatem iterum vel *Mutuam* vel *Non-Mutuam* cogitare. 3

MUTUÆ ſive *Stricte Contrariæ* Formæ ſunt, quarum *utraq.* *alteram* tum *effective* tum *ſucceſſive* e communi Subjecto *expellere*, id eſt tum alteram interimere, corrumpere, abolere, tum alteri in communi Subjecto ſuccedere nata eſt. 4

QUALITATES item *Stricte* ſive *Peremtorie* Contrariæ dicuntur, quæ *ſe invicem* de communi Subjecto *expellunt*. Quod commune Subjectum commune eſt Qualitati quæ expellitur, & ei quæ expellenti ſimilis ſuccedit Expulſæ. 5

Ita *Forma Aquæ* ſuccedit Formæ *Terræ*, quam alia Forma Aquæ ex communi Materia expulit. 6

Ita *Frigus* in eodem Subjecto ſuccedit *Calori*, ab alia Frigiditate expulſo. 7

ExpulſiveContraria NON-MUTUA ſunt, qualia ſibi imaginatur Zabarella (comment. ad l. 2 Phyſ. t. 15 part. 3 ante fin.) eſſe intel- 8
« ligenda, cum duo Principia dicuntur eſſe Contraria, dicitq; *Formæ Se-*
« *minis* hoc modo *eſſe Contrariam Formam Hominis*. Nam *Forma Homi-*
« *nis*, inquit, *pellit Formam Seminis, tamen non pellitur ab ea*.

Niſi forſan per *Expulſionem non Activam* & Efficacem *in-* 9
« *telligit*, quæ fit ab Agente, ut cum *Anima* Animalis *Maris*, ut *Agens*
« *Primarium* (ita enim vult Zabarella l. de Facultat. Anim. c. 11) *mediante* vel *Vi Plaſticâ Seminis*, ut Agente Proximo, *expellit Formam Seminis* (quod eſſet admodum durum) vel mediante *Formâ Subſtantiali Seminis* ſive Γονῆς expellit Formam *Sanguinis Menſtrui*, & introducit Formam Animalis.

Item ſi ponamus Formam Oſſis ex Sanguine expellere Formam Sanguinis, & introducere Formam Oſſis, & tum ſibi agglutina- 10

tina-

tinare, ſaltem ut Expultrix Proxima, ſi Anima maneat Expultrix Primaria: ita *Sanguis* & *Os*, item *Sanguis* & *Caro*; item *Sanguis* & *Membrana* &c. erunt Expulſive Contraria Non-Mutua.

NOTA.

Expulſio Formarum Subſtantialium *non* eo *ſenſu ſucceſſive* fit, *quo Mutationem Succeſſivam a Momentanea* diſcernimus.

SCHOLION.

1 " Zabarella quando dicit *Formam Seminis expelli a Forma Animalis Materia adveniente* (vide etiam l. 1 de Mater. prim. c. 7 col. 147 C), admodum
" *improprie* loquitur. Non enim poteſt vere Forma aliqua expellere aliam, quæ
2 tum non amplius exſiſtit, ubi ipſa exſiſtere incipit. *Momento* enim & *deſinunt* & *incipiunt exſiſtere Formæ* ſecundum Latinos Peripateticos.

IX

1 SUCCESSIVE TANTUM CONTRARIÆ dicuntur FORMÆ A & B, (ſive, ſi diſtinctius loqui libet, *B Succeſſive Contraria ipſi A*, & *A deceſſive Contraria ipſi B*) ſi *B ſuccedat* Formæ *A*, non a B aliquâ, ſed a C Formâ, quæ *Specie* & a B & ab A *diverſa* ſit, *expulſæ*.

2 Ut *Forma Animalis* ſuccedit Formæ *Seminis*. Formam autem Seminis non *expulit* Forma aliqua Animalis, ſed vel *Vis Plaſtica* (Formatrix) vel *Intelligentia* aliqua, uti ſi Ovum in fornace excludatur.

3 Item Forma *Sanguinis* eodem modo ſuccedit Formæ *Chyli*, verum Formam Chyli non *expellit* Forma ſanguinis, ſed vel Forma *Venarum* vel Forma *Hepatis* vel *Anima* ipſa.

X

1 SIMUL EXPULSIVE & SUCCESSIVE CONTRARIA dicuntur, quæ *utroque modo* ſe habent.

2 Uti *Forma Aeris* ſuccedere dicitur Formæ *Aquæ*, ex Materia modo *a* Forma *Aeris*, modo a Forma *Ignis expulſæ*.

Digitized by Google

XI

REMOTE ſive *Improprie* CONTRARIÆ dicuntur FORMÆ, 1
quæ *in eodem* Subjecto *coexiſtere renuunt*, *neutra* tamen *alteri ſuccedere*
(id eſt, proxime ſuccedere) nata eſt.
Sive quarum una decedit, altera ſuccedit in eadem Materia, nec 2
tamen utraque alteri ſuccedere ſemper nata eſt.

SCHOLION.

" Zabarella dicit de Prima Mater. l. 1 c. 7 (col. 148 fin. & 149), *minus pro-* 1
" *prie Formam Lapidis Contrariam dici Formæ Animalis, quia* Remote *Contra-*
" *ria cum* Proxime *Contrariis ſub eandem Definitionem cadere nequeant.*
Sunt autem *Remote* Contraria *magis* Contraria, quam Proxime Contraria. 2
Contrarietas enim potius in Repugnantia iſta & Impoſſibilitate coexſiſtendi
conſiſtit, quam in Succeſſione.
Eandem ob cauſam magis Contrariæ ſunt *Formæ Subſtantiales* quam *Acci-* 3
dentales. Hæ enim aliquo modo, nimirum in Gradibus Remiſſis in eodem
Subjecto coexſiſtunt, illæ præſertim Perfectæ nullo modo.

XII

REMOTE CONTRARIÆ QUALITATES dicuntur quæ *ſub* 1
eodem Genere maxime diſtant.
Ut *Albor* & *Nigrities* ſub Colore, *Dulcedo* & *Amarities* ſub Sapo- 2
re, in Tactilibus Qualitatibus.

XIII

CORPORA INTER SE CONTRARIA dicuntur, quæ *Con-
trariis Formis* ſunt prædita.

NOTA.

Contrarium de *Formis* & *Corporibus* ſecundum *Homonymiam* ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἓν dicitur. *Forma* vero & *Privatio Abuſive* Contraria dicuntur.

CAP.

CAP. IV

DE MATERIA TRANSEUNTE.

Argumentum.

1 Definitio eſt MATERIÆ TRANSEUNTIS.
Sectiunculas habet 2.
2 MATERIÆ TRANSEUNTIS PROXIMÆ.
Sectiunc. 2.
3 MATERIÆ TRANSEUNTIS REMOTÆ.
Sectiunc. 2.
4 MATERIÆ TRANSEUNTIS REMOTIORIS.
Nota *de Vocis Materiæ Æquivocatione.*

I

1 MATERIA TRANSIENS dicitur CORPUS Z CORPORIS Ξ, ſi *ex* Z fiat Ξ, hoc eſt, ſi Forma Subſtantialis ipſius Ξ, ſcilicet K, in communi Materia Σ exſiſtere incipiat, poſteaquam Δ Forma Subſtantialis ipſius Z in ea exſiſtere deſinit, ſive ſi Formæ Z ſuccedat Forma ipſius Ξ in communi Materia Σ Immanente.

2 Sive Materia Tranſiens dicitur Corpus Naturale alterius Corporis Naturalis, ſi ut hoc oriatur, illud interire neceſſe ſit.

II

1 MATERIA TRANSIENS PROXIMA dicitur Z ipſius Ξ, ſi *manente* Σ eodem momento, quo Δ *exſiſtere deſinit*, K *exſiſtere incipiat.*

2 " Materia Proxima Tranſiens *Animalis Perfecti* eſt *Semen utriuſq;*
" *Sexûs* ex ſententia Galeni libris de Semine paſſim; vel *Sanguis Menſtruus Feminæ* ex ſententia Ariſtotelis l. 1 de Generat. c. 20 fin. &c. 1.

III

MATERIA TRANSIENS REMOTA dicitur Z ipſius Ψ, ſi ex 1
Z fiat Ξ, & *ex* Ξ fiat Ψ manente ſemper Σ.

Sive ſi Z ſit Proxima Materia Tranſiens ipſius Ξ, & Ξ Proxima 2
Materia Tranſiens ipſius Ψ.

IV

MATERIA TRANSIENS REMOTIOR dicitur A ipſius C, ſi *A* quidem ipſius *B*, aſt *B* ipſius *C* & *C* ipſius *D* *Materia Tranſiens Proxima* ſit.

NOTA.

Materia vocabulum de Materia *Tranſeunte* & *Immanente æquivoce* dicitur. Cum *abſque adjectione* Materiam dicimus, proprie dictam, i.e. *Immanentem* intelligimus. Particula *Ex* tamen proprie *Tranſeuntem* Materiam deſignat.

CAP. V.

DE TRANSMUTATIONE ACTUPOTENTIALI.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit TRANSMUTATIO.
2 quid TRANSMUTATIO ACTUPOTENTIALIS.
3 quid E NIHILO FIERI.
4 quid IN NIHILUM REDIGI.
5 quid CORPUS RESPECTU CERTI INHÆRENTIÆ GENERIS SIMILARE.
6 quid FORMAM B SUPERVENIRE FORMÆ A. Sectiunculas habet. 3.
7 quid TRAMSMUTATIO MERA.
8 quid TRANSMUTATIO MIXTA.
9 quid TRANSMUTATIO ACTUPOTENTIALIS BITERMINA. Sectiunc. 3.
10 quid UNITERMINA. Sectiunc. 2.

11 quid

11 quid GENERATIO MERA. Sectiunc. 5.
12 quid CORRUPTIO SIMPLEX. Sectiunc. 4.
13 quid GENERATIO SIMPLEX. Sectiunc. 2.
14 quid GENERATIO COMPOSITA. Sectiunc. 3.
15 quid CORRUPTIO SIMPLEX & COMPOSITA. Sectiunc. 3.

I

TRANSMUTATIO eſt *Mutatio*, quæ *Speciem* rei ſive Subſtantiam mutat.

II

TRANSMUTATIO ACTUPOTENTIALIS ſive *Exannihilativa* ſive *Productoria Peremtoria* dicitur, quæ fit vel *per Productionem* aut *Formæ* Subſtantialis, aut Partis Formæ Subſtantialis *e Nihilo*; vel *Peremtorie* ſive Reductione aut Formæ aut Partis Formæ *in Nihilum* (neutrum tamen in Nihilo, ſed utrumque in Subjecto).

III

E NIHILO FIERI ſive *Produci* dicitur, quod ita exſiſtere incipit, ut *nulla* ejus ſive Extenſiva, ſive Intenſiva *Pars præexſtiterit*.

IV

IN NIHILUM vel *ad Nihilum* REDIGI, *perimi, deſtrui*, item *Annihilari* dicitur, quod ita exſiſtere deſinit, ut *nulla* ejus vel Intenſiva vel Extenſiva *Pars exſiſtere perſeveret*.

V

CORPUS RESPECTU CERTI INHÆRENTIÆ GENERIS SIMILARE dicitur Corpus quod vel reſpectu *Formæ Subſtantialis*, vel reſpectu Formæ Subſtantialis *Primariæ*, vel reſpectu *Primariarum* Formarum *Accidentalium* Similare eſt.

VI

conf Zabarel.l.Gener. & Interit. c.2 (col. 398 B,C,D).

1 FORMA B SUPERVENIRE ſive *ſuperinduci* FORMÆ A dicitur, ſi *B informare incipiat Materiam* Secundam ex *A* Forma compoſitam.

2 Ut ſi Forma *Adamantis* ſupervenire ſtatuatur Formæ *Miſti*, vel etiam Formæ *Lapidis* & Forma Lapidis Formæ *Miſti*.

3 Item ſi *Anima* ſuperinducatur Formis *Corticis*, *Ligni*, *Carnis*, *Oſſis*.

VII

TRANSMUTATIO MERA eſt cum *Forma* vel *interit Tota* vel *oritur* Tota vel *utrumque* fit.

VIII

TRANSMUTATIO MIXTA eſt cum *Forma* vel *Tota non oritur* vel Tota *non interit*.

IX

1 TRANSMUTATIO ACTUPOTENTIALIS BITERMINA ſive *Utrinque Terminata* dicitur, cum *in eadem Materia* una *Forma decedit*, altera *ſuccedit*, ſive ex Toto ſive ex Parte, unde etiam illa *Terminus a quo*, hæc *Terminus ad quem* Tranſmutationis dicitur.

2 Et hæc Tranſ-

Digitized by Google

Tranſmutatio vere ſimul *&* *Generatio &* *Corruptio* dicitur. Generatio quidem reſpectu Succedentis, Corruptio vero reſpectu Decedentis
3 Formæ. Succedit autem vel Toti Formæ Tota Forma, vel Parti Intenſivæ Pars Intenſiva, ut in Generatione & Corruptione Miſti.

X

1 UNITERMINA TRANSMUTATIO eſt, cum *alteruter* tantum *Terminus* adeſt.

2 Eſtque vel *Generatio Mera* vel *Corruptio Mera.*

XI

1 GENERATIO MERA eſt, cum nulla Forma Subſtantialis decedit ſive interit, ſive exſiſtere aut Forma eſſe deſinit, ſed tantum *Primaria Forma eſſe deſinit, alia* autem Forma in eadem Materia exſiſtere incipit, quæ id quod ex Forma priore & Materia ejus componitur, ut *Materiam Proximam, informet*.

2 Exempli gratiâ, Quando ſecundum Zimaram & Achillinum *Forma Ferri Specifica* Formæ Miſti Ferri (Formæ Miſtionis) ſive *Temperamento Subſtantiali* Ferri *ſuperinducitur.*

3 Item *Forma Adamantis Temperamento Subſtantiali* Adamantis &c.

4 Item ſi quis cum Janduno Formas multiplicans *Formam Lapidis* Formæ *Miſti* & Formam *Adamantis* Formæ *Lapidis* ſuperinduci ſtatuat.

5 Ita ſecundum Zabarellam l. de Facultatib. Animæ c. 8 (col. 703,
» B, F) *ex Embryo*, quod hactenus tantum *Vegetativâ* vixit *Vitâ*, fit Em-
» bryon *Sentiens* & rurſus ex Sentiente Animal *Rationale*.

XII

1 CORRUPTIO MERA eſt, cum exſiſtere deſinit aliqua Forma,

Digitized by Google

neque ulla in communi Materia exſiſtere incipit, ſed tantum aliqua *Forma Primaria eſſe incipit*, quæ ante Secundaria fuerat.

Sive cum Formæ ſimpliciter Decedenti alia Forma Subſtantialis 2
non ſimpliciter ſed quatenus Primaria ſuccedit.

Exempli gratiâ. Quando *ex Animali* aut *Planta* fit *Cadaver*, ſe- 3
cundum Zabarellam & Piccolhomineum & Averroiſtas *Animæ Sentienti* aut *Vegetativæ* ſecundum quid ſuccedunt, id eſt, non ut Formæ, ſed ut *Primariæ Formæ ſuccedunt* Forma *Oſſis*, *Carnis*, *Corii*, *Ligni*, *Mali*, *Pyri*, *Amygdali*. Quamvis ſecundum Thomiſtas & reliquos, 4
qui Unicam Formam Subſtantialem in quovis Subjecto defendunt, ſuccedat hîc *Forma Cadaveris*, quam niſi forſan etiam in divulſis Cadaveris partibus ſtatuere velint, Corruptionem tandem aliquam Meram confitebuntur.

XIII

GENERATIO SIMPLEX eſt, quando *uni Formæ una ſuccedit.* 1
Uti cum *ex Terra Aqua* fieri dicitur. 2

XIV

COMPOSITA eſt, quando *pluribus una* ſuccedit. 1
Uti cum *ex Terra*, *Aere*, *Aqua*, *Igni Miſtum* fieri perhibetur. 2
Item cum ex pluribus *Simplicibus*, uti vocant, interveniente 3
Fermentatione fit *Pharmacum* re vera unum & Similare, ſicuti nonnullis placet.

XV

CORRUPTIO ſimiliter vel SIMPLEX eſt vel COMPOSITA. 1
Compoſitæ exemplum ſit *Miſtum ex quo* Corrupto generantur 2
quatuor Elementa.

Item

Digitized by Google

3 Item *Lac ex quo* Corrupto fit *Butyrum*, *Caſeus & Serum*, Formis Subſtantialibus Butyri, Caſei & Seri Formæ Lactis Corruptæ ſuccedentibus, uti multi volunt.

CAP. VI

DE ALTERATIONE ACTUPOTENTIALI.

Argumentum.

1 Definitio docet, quid ſit ALTERARI CORPUS ACTUPOTENTIALITER. Sectiunculas habet 7.
Nota 1 de Alteratione UNITERMINA. Sectiunc. 4.
2 de Alteratione SECUNDUM APPARENTIAM.
2 quid ALTERATIO UNIVOCA. Sectiunc. 3.
3 quid PRIMARIA.
4 quid ACTIO PEREMTORIA.
5 quid QUALITAS ALTERATRIX PEREMTORIA. Sectiunc. 2.
6 quid QUALITAS ALTERATRIX PERFECTIVA.
Scholion *non omnem Uniterminam Alterationem* eſſe *Perfectivam* probat.
7 quid HUMECTARI UNIVOCE CORPUS.
8 quid SICCARI UNIVOCE.
9 quid HUMECTARI ACTUPOTENTIALITER.

I

1 ALTERARI ACTUPOTENTIALITER ſive *proprie* dicitur CORPUS, cujus *Forma* aliqua *Accidentalis*, ſive Qualitas proprie dicta *exſiſtere* vel *deſinit* vel *incipit*, vel cum *utrumque* fit.

Ideo

Ideoque vel *Corruptio Mera*, vel *Productio Mera*, vel *Bitermina* 2
Alterátio eſt.

Ut ſi *Aer ex Lucido* fiat *Tenebroſus*, eſt Corruptio Mera. 3

Si *ex Tenebroſo Lucidus*, eſt Productio Mera. 4

Si *Aqua Frigida* fiat *Calida*, eſt Bitermina Alteratio. 5

Sin *Aqua ex Vaſe Angulato* transfundatur *in* Vas *Cylindra-* 6
ceum, alterari *proprie non* dicitur, quia Figuram tantum mutat. Figura autem eſt Modus Entis, Situs nimirum & Terminatio Quantitatis Extenſivæ.

Ita ſi *Veſica Inflata* fiat *Dura*, non eſt Alteratio proprie di- 7
cta, ſed Mutatio tantum Accidentalis in Genere.

NOTA I.

Alteratio UNITERMINA etiam eſt, quâ ità *introducitur Qualitas*, ut *non* 1
neceſſario ideo *expellatur altera*.

Cum *ex Opinione* aliquis tranſit *in* Contradictoriam aut *Contrariam* 2
Sententiam, ſive Opinio ſit hæc ſive Scientia, eſt Alteratio Unitermina, quia
per poſterioris Opinionis introductionem non expellitur prior. Nam 3
quamdiu non retectum eſt Vitium Argumentationis, per quam introducta
eſt prior Opinio, poſterior non ſufficit ad priorem expellendam, ſed utriuſ-
que Aſſertio eſt languida & Intellectus hæret dubius. At ſi alterutrius Ar- 4
gumentationis vel per Experientiam factæ Comprobationis Vitium ſive
Fallacia patuerit, confeſtim evaneſcit Opinio per eam (Comprobationem)
introducta, etiamſi nulla introducatur Contraria aut Contradictoria.

NOTA II.

Alteratio SECUNDUM APPARENTIAM, ut cum quis *erubeſcit* aut *expalleſcit*, quia ſcilicet Sanguis vel refugit e Facie vel eo confluit, atque ita per Albidam Cutem vel tranſparet vel non tranſparet. Eſt Apparentia aut Fallacia Imaginationis ad Localem Sanguinis Motum conſequens.

II

ALTERATIO UNIVOCA ſive *ſtricte dicta* eſt, quæ a *ſimili* 1
Qualitate fit.

Talis

2 Talis eſt, quæ *Primam* aliquam *Qualitatem* introducit.
3 Item cum *Lumen* a *Luminoſo* introducitur.

III

ALTERATIO PRIMARIA eſt, quæ & *Univoca* & *Bitermina* & *Succeſſiva* (non Momentanea) eſt.

IV

ACTIO PEREMTORIA eſt, qua *Qualitas perimit* ſive abolet *Contrariam* ſuam, ſive Totam ſive quod ad Gradus aliquot.

V

1 QUALITAS ALTERATRIX PEREMTORIA eſt, quæ *Contrariam interimendo ſimilem* in eadem Materia *producit* (ſive efficit).
2 Ut *Calor, Frigus, Humiditas, Siccitas*.

VI

QUALITAS ALTERATRIX PERFECTIVA eſt, quæ *non interimendo efficit*.

SCHOLION.

Alteratio Bitermina omnis eſt *Corruptiva*, ſed *Unitermina non omnis* eſt *Perfectiva*. Sive *expalleſcam* ſive *erubeſcam*, non ideo perficior. Neque ſcio, utrum res ideo perficiantur, quia *illuſtrantur*.

VII

HUMECTARI UNIVOCE dicitur CORPUS C a COR-

E PO-

PORE B, ſi Corpus *B contingat* Corpus *C* & *Humiditas* ſive Fluiditas, quæ eſt in Corpore *B*, *Siccitatem* ſive Conſiſtentiam, quæ eſt in Corpore *C* vel omnem vel Gradus ejus aliquot *expellat*, ſive perimat, & *Humiditatem* ſive Fluiditatem vel extremam vel aliquot ejus Gradus *ſubintroducat*.

VIII

SICCARI UNIVOCE ſive *Conſiſtens reddi* dicitur CORPUS, ſi *Siccitas* ſive Conſiſtentia alterius Corporis *in Humiditatem* ſive Fluiditatem iſtius Corporis *agat ſimiliter*.

IX

HUMECTARI ACTUPOTENTIALITER, ſive *Exannihilative*, ſive *Peremtorie*, ſive *Formaliter*, ſive *Interne*, ſive P*roductive*, dicitur CORPUS, in quo expulsâ vel interemtâ vel *annihilatâ Siccitate* (id eſt Conſiſtentiâ) aut Gradu Siccitatis *Humiditas* (hoc eſt Fluiditas) aut Gradus Humiditatis rurſus *introducitur*, ſive Univoce id fiat ab Humiditate, ſive Æquivoce a Calore, aliove Agente.

CAP.VII

Digitized by Google

CAP. VII

DE CONTINUO ET CONTIGUO.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit CORPUS A RESPECTIVE CONTINUUM CORPORI B.

2 quid CORPUS ABSOLUTE CONTINUUM.

Nota *de non adjiciendis* ſemper voculis *Abſolute* & *Reſpective.*

3 quid CORPUS CORPORI CONTIGUUM. Sectiunculas habet 2.

4 quid CORPUS CORPORI COHÆRERE. Sectiunc. 2.

Scholion breviter illuſtrat. Sectiunc. 2.

5 quid CORPUS COHÆRENS. Sectiunc. 3.

I

CORPUS A RESPECTIVE CONTINUUM dicitur CORPORI B, ſive *duo Corpora inter ſe Continua*, ſi *communem* habeant Terminum, nempe *Superficiem.*

II

CORPUS ABSOLUTE CONTINUUM dicitur, cujus quælibet *Pars* proximæ *Parti Continua* (Reſpective) eſt.

NOTA.

Non tamen *opus* eſt ſemper *adjicere* Voculas *Abſolute*, *Reſpective*, quia *ex* ipſa Vocum *Structura* fere manifeſtum eſt, utrum de Abſoluta an Reſpectiva Continuitate ſermo fiat.

III

CORPUS CORPORI CONTIGUUM dicitur, vel *Corpora duo inter ſe Contigua* dicuntur, ſi *Extrema* habeant *ſimul*. 1

Sive, ſi Extrema eorum ſe invicem penetrent. 2

IV

CORPUS CORPORI COHÆRERE ſive *Corpora inter ſe cohærere* dicuntur, quorum *uno ſumto ſequitur alterum*. 1

Sive, quorum uno moto ſimul *trahitur* alterum. 2

Sive, quorum uno *quomodocunque moto* etiam alterum Pulſionis Motu inſequitur. 3

Scholion.

Poteſt *uno impulſo impelli* alterum, *nec* ideo dicuntur *cohærere*. 1

Vas, ſi *invertas*, vel *ſubtrahas*, id *quod continetur* Vaſe, aut incumbit Vaſi, movetur quidem, ſed Motu *non inſequitur* Vaſis Motum. 2

V

CORPUS COHÆRENS (abſolute) dicitur, cujus unâ *Parte ſumtâ ſequuntur reliquæ*. 1

Sive cujus unâ parte tractâ trahuntur reliquæ. 2

Eſtque vel *Continuum*, vel *Conſertum* ſive *Coaptatum*, *Convinctum*, *Implicatum*, quod ex *Partibus* ita compoſitum eſt, ut *una cohæreat alteri*. 3

Textura ſupponit *Filum Cohærens* & *Flexile*. 4

CAP. VIII

Digitized by Google

CAP. VIII

DE MUTATIONE SECUNDUM QUANTITATEM.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit INTRINSECUS RAREFIERI.
2 quid INTRINSECUS CONDENSARI. Sectiunculas habet. 3.
3 quid INTRINSECUS RARIUS CORPUS. Sectiunc. 3.
4 quid INTRINSECUS DENSIUS. Sectiunc. 2.

Scholion 1 *cur Penetrativè* Rarum & Denſum dicatur.
2 *ubi Ariſtoteles hanc Mutationem* docuerit, exponit. Sectiunc. 3.

Nota *tribus modis Quantitatem Materiæ terminari.*

5 quid INTENSIO.

Scholion *Analogiam Altitudinis Cylindri* adfert.

6 quid FORMÆ ÆQUE MATERIOSÆ.
7 quid DENSITAS FORMÆ. Sectiunc. 5.
8 quid ROBUR FORMÆ.
9 quid VIGOR FORMÆ.

Scholion 1 de *Denſitatis & Intenſionis* Convenientia. Sectiunc. 2.
2 *quid* illi ſtatuere poſſint, *qui Extenſionem, Denſitatem & Intenſionem Specie non diſcernunt*, exponit. Sectiunc. 2.

I.

INTRINSECUS RAREFIERI dicitur, cujus *Materia majorem Extenſionem* nanciſcitur, (ita ut Materia ſibi undique maneat Continua). confer Zabarel. l. Accret. & Nutr. c. 10.

II

Digitized by Google

II

INTRINSECUS ſive *Interne* CONDENSARI *contra.* 1
Sive quod eandem Materiæ (Primæ) Copiam ſive Interminatam 2
Quantitatem ſub minori pergit habere Extenſione.
Sive quod *Denſius Intrinſecus fit.* 3

III

INTRINSECUS ſive *Interna Raritate* ſive *Penetrative* RARIUS 1
dicitur CORPUS, quod *eandem Subſtantiam* ſive eandem Materiæ
Copiam habet ſub *majore Extenſione.*

Sive, quod *minorem* Materiæ Copiam ſub *eadem* Extenſione ob- 2
tinet.

Ut ſi *quid Aeris exſugas* ex *Fiſtula Clavis Ferreæ*, aut ex *Ovo Vi-* 3
treo, (præſuppoſito, quod nec detur Vacuum, nec ſit in Aere Corpus, quod Ferrum penetrare queat,) *reliquus Aer* Cavitati Fiſtulæ aut Ovi incluſus *Rarior* erit atque antea erat, quia eadem Subſtantia, quæ ante partem Cavitatis occupabat, jam totam occupat.

IV

INTRINSECUS ſive *Internâ Denſitate* ſive *Penetrative* DENSI- 1
US dicitur, quod *eandem Materiæ Copiam* ſub *minore Extenſione*;
Sive quod *plus Materiæ* ſub *eadem* Extenſione complectitur. 2

SCHOLION I

Dicitur *Penetrative Rarum & Denſum*, quia *Materia* quo *magis condenſatur*, eo *plures quaſi Partes* Integrales Materiæ *ſe penetrant* mutuo.

II

Dubitarem valde, utrum *Ariſtoteles* Rarefactionem & Condenſationem 1
Quantitativam ſeu Extenſivam probaverit, cum eam *inter Motus Species non*
recen-

Digitized by Google

recenſuerit. Ita enim ſe ad Lationem habent, ſicut Augmentatio & Dimi-
2 nutio. Sunt enim Mutationes, quæ *Lationem includunt*, per ſe autem non ad Qualitatem terminantur, quia, ſicut Quantitas Materiæ inhæret; ita quoque eidem Raritas & Denſitas. Nam ſunt *Modi* ipſius *Quantitatis*.

3 Verum expreſſe & ſatis dilucide Raritatem Internam ſive Actupotentialem docet *Phyſ. l.4 t.84.* « *Nos vero dicimus* ἐκ τῶν ὑποκειμένων, id eſt, *ex Hypotheſibus* noſtris de Materia Prima poſitis, *eandem Materiam ſine acceſſione alterius Materiæ fieri ex Frigida Calidam, ex Parva Magnam* id eſt, ex Denſa Raram.

NOTA.

Quantitas Materiæ terminari dicitur

1 ratione *Diſtenſionis*, dum ei certa Raritas vel Denſitas tribuitur.
2 ratione *Reſectionis* ſive Menſuræ.
3 ratione *Figuræ*.

V

INTENSIO eſt *Quantitas Formæ*, ſecundum quam *ad aliam* Formam *æque Materioſam Proportionem* Inæqualitatis obtinere poteſt.

SCHOLION.

Ut ſi dicam (nam Analogiâ Intellectum juvo, uti Ariſtoteles in Notione Materiæ Primæ formanda) *Altitudo Cylindri* eſt, ſecundum quam *ad alium* Cylindrum *Æquibaſeum* Inæqualitatis *Proportionem* obtinere poteſt.

VI

FORMÆ ÆQUE MATERIOSÆ dicantur, quæ *eidem inhærent Copiæ Materiæ*, ſive æqualem Materiæ Copiam occupant; ſive æqualiter ſint extenſæ, ſive non. (Nam una poteſt eſſe Extenſior, altera Denſior).

VII

1 DENSITAS FORMÆ eſt *Quantitas Formæ*, ſecundum quam *ad aliam*

aliam Formam *æque Extenſam* & *Intenſam* Inæqualitatis *Proportionem* habet.

Verbi gratiâ. Sint duæ *Formæ* per omnia Viribus *Æquales A* 2
& *E in* duabus *Materiebus B* & *C*, quod ad Extenſionem & Denſitatem *Æqualibus*, ita ut ſint Partes ejuſdem Corporis. *Denſetur* amplius Materia *B*, ita ut *duplo* Denſior ſit ipsâ *C*. Erit proinde C
duplo Extenſior ipsâ B. Neque erit quicquam abolitum vel deper- 3
ditum de Integritate vel Plenitudine Formarum, cum nulla ponatur facta Refractio aut a Contrario Perpeſſio, ſed nec per accidens Intenſio imminuta aut aucta, neque per Transfuſionem aut Collectio-
nem, cum in eadem Materiæ Copia hæreat, in qua prius. *Dividatur* 4
Corpus *C in duas Æquales Partes*, & ſit ejus *unum* Dimidium *D*. Id *Extenſione* erit *Æquale* Corpori *B*, & *Dimidiam* Plenitudinem ſive *Copiam* habebit *Formæ* ejus quæ erat *in C*, & proinde quoque Dimi-
dium ejus tantum quæ eſt *in B*. At Extenſio Formæ D æqualis eſt 5
Extenſioni Formæ B, & tamen Forma B duplo Copioſior eſt Formâ D. Ea itaque Dimenſio ſive *Quantitas*, ſecundum quam *Proportionem* iſtam obtinet *B ad D* & *D ad B*, dicitur *Denſitas Formæ*.

VIII

ROBUR FORMÆ vocari poteſt id quod *ex Denſitate* & *Intenſione componitur*.

IX

Virtus vel VIGOR potius FORMÆ, quod *ex* omnibus tribus (*Extenſione, Denſitate & Intenſione*).

SCHOLION I

Denſitas & *Intenſio* hoc commune habent, quod Formæ *majorem Copiam* 1
in eodem Spatio vel *Extenſione* conſtituunt.

Quo

Digitized by Google

2 Quo *Denſior* vero *Forma*, quoque *Intenſior*, eo *Robuſtiorem Activitatis Sphæram* obtinet. Nam Centra magis uniuntur & compenetrantur. Ergo etiam Circumferentiæ.

II

1 *Qui* ſtatuunt *Extenſionem*, *Denſitatem* & *Intenſionem* Formæ *Specie non differre*, ii *Transfuſionem* ſtatuere poſſunt.

2 Iidem quoque ſtatuere poſſunt, quod *æqualiter Extenſæ, Denſæ, Intenſæ Formæ* duæ, ſi *agant ſigillatim in Objecta æqualiter* ab Agentibus *diſtantia, Extenſione æqualia*, ſed Denſitate differentia, quamvis æque Robuſta Sphæra ſit Activitatis & æque Extenſa, tamen Formas *Intenſione inæquales introducant*, quia Denſior Materia eo Denſitatem ſuam explet, quod Rarior Materia permittit Intenſioni accedere, & major quoque eſt Reſiſtentia Formæ Denſiorem Materiam inſidentis. Sed hæc ex Superfluo.

CAP. IX

DE ELEMENTIS.

Argumentum.

1 Definitio eſt ELEMENTI ELEMENTO SYMBOLI.
2 ELEMENTORUM CONTRARIORUM.
Sectiunculas habet 2

I

ELEMENTUM ELEMENTO SYMBOLUM dicitur, quod *alteram e primis Qualitatibus* cum ipſo habet Specie eandem (*communem*).

II

1 ELEMENTA CONTRARIA dicuntur, quorum *Qualitates Intenſæ* ſeu Excellentes ſunt *Contrariæ*.

Digitized by Google

Colligitur id *ex collatione textuum* 22 & 23 l. 2 Gener. & Corrupt. 2
" *Igni*, inquit, *Contraria eſt Aqua & Aeri Terra. Aqua Frigidi magis*
" *quam Humidi*; Ignis *Calidi magis quam* Sicci: *Terra Sicci magis quam*
" *Frigidi* (ſc. particeps); *Aer Humidi magis quam Calidi.*

CAP. X

DE MISTIONE ET MISTO.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit COMMISCERI CORPORA SPECIE DISCREPANTIA. Sectiunculas habet 2.

2 quid MISCERI.

3 quid MISTUM.

4 quid MISTUM PROXIMUM.

5 quid MISTUM REMOTUM. Sectiunc. 2.

6 quid ATOMI MISTI CONSTITUTIVÆ.

I 7 quid MISTIO PER SUPERINDUCTIONEM.

8 quid FORMA HUJUS MISTIONIS.

Scholion *quinam* hanc Miſtionem *defendant.*

II 9 quid MISTIO PER REFRACTIONEM.

Scholion *quinam* hanc *tueantur.*

10 quid ATOMUS IGNIS IN MISTO TALI.

11 quid ATOMUS AERIS, AQUÆ, TERRÆ.

12 quid REFRACTA FORMA. Sectiunc. 2.

13 quid INCHOATA FORMA. Sectiunc. 2.

Nota *de Forma Nominaliter Refracta.*

14 quid TRES INCHOATÆ SUPPLENT REMANENTIAM.

Scholion de *Forma Miſti talis.*

III 15

III 15 quid MISTIO SECUNDUM SUPERINDUCTIONEM & REFRACTIONEM SIMUL.
Scholion *quinam* hanc *tueantur*.
16 quid FORMA HUJUS MISTIONIS.
17 quid FORMA HUJUS MISTI.
IV 18 quid MISTIO MERE TRANSMUTATIVA.
Scholion *Phraſin* quandam Definitionis explicat & *quinam* hanc Miſtionem *defendant* adjicit.
Sectiunc. 2.
Nota *de quadruplici Elementi Notione.*
19 quid MISTIO ACTUPOTENTIALIS SPONTANEA. Sectiunc. 2.
20 quid MISTIO ACTUPOTENTIALIS VIOLENTA. Sectiunc. 4.
21 quid SECUNDUM MISTIONEM ORIRI COLOREM, SAPOREM, ODOREM.
Sectiunc. 2.

I

1 COMMISCERI dicuntur CORPORA SPECIE DISCREPANTIA, quæ *in* exiles *Particulas diremta ſe* invicem *tangunt* & occulunt, Subſtantiæ tamen nullâ Mutatione Actupotentiali factâ.

2 Sive *Miſta inter ſe* dicuntur Senſilia Corpora B & C, ſi Partes minimæ ipſius B tangant Partes minimas ipſius C.

II

MISCERI dicuntur, quæ, poſteaquam *Commixta* ſunt, etiam *Subſtantiæ Actupotentialem Mutationem* patiuntur.

III

MISTUM dicitur, quod *per* hujuſmodi *Miſtionem generatur.*

 IV

IV

MISTUM PROXIMUM ſive *Immediatum* dicitur, quod *proxime ex* quatuor *Elementis* Miſtis *ortum* eſt.

V

v. Zabarel. l. Miſtion. c. 23,(col.477 A,478 C. D)

MISTUM REMOTUM ſive *Mediatum* dicitur, quod *ex* aliis *Miſtis* ſive uno ſive pluribus ortum eſt. 1

Ut *Vinum ex Vino, Chylus ex* Pane, Carne, *Vino.* 2

VI

ATOMOS MISTI CONSTITUTIVAS (*Syſtatitas*) voco *Portiunculas* cujuſque *Elementi, in quas diſcerptum* fuit, cum omnium maximè diſcerptum fuit, *cum Miſtum generaretur*, ſive æquales ſive inæquales inter ſe iſtæ fuerint.

VII

I MISTIO PER SUPERINDUCTIONEM FIERI dicitur, cum quatuor *Elementa* ita permiſcentur, ut *Particulæ* ſibi invicem *juxtapoſitæ* quælibet ſuam *Formam* Subſtantialem, re ipsâ nihil mutatam, *retineant*, omnibus deinde *nova* Forma *ſuperinducatur*, quæ Subſtantiam ex Materia Prima & Elementorum Formis compoſitam, ut Materiam Secundam, informet.

VIII

FORMA MISTIONIS S*uperinducta* iſta *Forma* dicitur.

SCHOLION.

Hunc Miſtionis modum *defendit Avicennas, Mercenarius*, Fernelius, & *Bartolinus*

IX

II MISTIO PER REFRACTIONEM FIERI dicitur, cum *Elementorum Commiſtione* factâ *Formæ* eorum Subſtantiales *ſe* invicem *refrin-*

refringunt, ſive ſecundum Gradus relinquunt, *novis* Formarum reliquorum Elementorum *Gradibus* rurſus *introductis*, donec Forma aliqua ex diverſis Elementarium Formarum Gradibus *Compoſita* per totam Materiam undiq; ſibi ſimilis inde *exoriatur*.

SCHOLION.

Hunc Miſtionis modum *Zabarella* & *Piccolhomineus* tuentur, eamque ſententiam *Averroi* & *Bacconio* nobili Averroiſtæ tribuunt.

X

ATOMUS IGNIS IN MISTO TALI dicatur *Atomus* ſive Particula *Miſti*, quæ *ante Miſtionem* a *Forma Ignis inſeſſa* erat.

XI

ATOMUS AERIS, AQUÆ, TERRÆ *ſimiliter*.

XII

1 REFRACTA FORMA ſive R*emanentia Formæ* dicatur *Forma in qualibet Miſti Atomo* ſecundum *Intenſivam Quantitatem diminuta* ſive remiſſa.

2 Vel etiam dicantur *Gradus Formæ*, quæ in qualibet Atomo *Refractione peractâ remanſerunt*.

XIII

1 INCHOATA FORMA dicatur Forma *recenter producta* ſecundum *Intenſionem* ſuam adhuc *Imperfecta* (ſive Incompleta).

2 Sive dicantur *Gradus Novi* Formæ in *Atomum* aliquam *Refractâ* diverſæ Speciei Formâ *occupatam introducti*.

NOTA.

Nominaliter Refracta ſive Gradibus diminuta dici poteſt Forma tam *Inchoata*, quam *Participaliter* Refracta.

XIV

TRES INCHOATÆ SUPPLERE REMANENTIAM dicuntur, cum *Gradus* Trium Inchoatarum *adjecti* Gradibus *Remanentiæ adæquant* Gradus *Formæ* Elementaris *Integræ*.

SCHOLION.

Forma igitur *Miſti* ſecundum hanc ſententiam conſtat ex *Tribus Inchoaminibus* & *Unâ Remanentiâ* Formarum Elementarium, ſed in hac Atomo eſt Formæ Ignis, in illa Formæ Aeris, in iſta Formæ Aquæ &c. Remanentia.

XV

III MISTIO SECUNDUM SUPERINDUCTIONEM & REFRACTIONEM SIMUL FIERI dicitur, quæ *utroque modo*.

SCHOLION.

Hunc modum ſtatuunt *Achillinus*, *Zimara* & *alii Averroiſtæ*, eamq; Opinionem *Averroi* quoque adſcribunt.

XVI

FORMA MISTIONIS SECUNDUM HANC SENTENTIAM eſt Forma *ex Remanentiis* & *Inchoatis Formis* conſtituta.

XVII

FORMA vero MISTI ſive Specifica eſt Forma *Formæ Miſtionis Superinducta*.

XVIII

IV MISTIO MERE TRANSMUTATIVA ſive *Mere Succeſſiva* dicitur, ubi *Formæ Elementorum* omnes *totæ intereunt*.

SCHOLION.

Totas ſecundum Intenſionem interire dicerem, ſi Auctores hujus ſententiæ Intenſionem aliquam aut *Gradus* in Formis Elementorum *admitterent*. 1

Ceterum ſententiam hanc tuentur *Thomiſtæ*, *Scotiſtæ*, *Toletus*, *Conimbricenſes*, *Schegkius*. 2

NOTA.

Ut *Miſtioni Quadruplici Reſolutio Miſti* itidem *Quadruplex* opponitur, de qua capite ſequenti; ita *Quadruplex Miſtionis* apud Peripateticos *Notio Quadruplicem Elementi Notionem* ſubinfert. *Elementum* enim eſt, quod *miſceri* ſive per Miſtionem in Speciem novam tranſire poteſt.

XIX

Digitized by Google

XIX

1 MISTIO ACTUPOTENTIALIS SPONTANEA dicitur, quæ *Mutuâ Actione Permiſtorum* Corporum, tum quantum ad Accidentales, tum quantum ad Subſtantiales Formas, perficitur.

2 Ita Miſtionem *Elementorum Immediatam* fieri ſentire videntur Peripatetici; Spontaneam tamen Permiſtionem vix quiſquam, quod ſciam, illis tribuit.

XX

1 MISTIO ACTUPOTENTIALIS VIOLENTA dicitur, quæ fit *Actione* alicujus *Agentis*, ab iis quæ miſcentur *diverſi*.

2 Ita pleræque *Mediatæ* Miſtiones fiunt (fieri creduntur).

3 Uti cum *Ventriculus* (Animalis) ex variis *Alimentis* conficit *Chylum*, aut *Jecur* vel *Vena Sanguinem*, vel *Anima* mediante *Ventriculo, Jecore, Venis.*

4 Utrum autem etiam *Immediatas* Miſtiones *Violenter* fieri nonnulli ſtatuant, hactenus *incompertum* eſt.

XXI

1 SECUNDUM MISTIONEM dicitur ORIRI COLOR, SAPOR, ODOR, qui ita oritur, ut *intermedius* fiat ex *Miſtura Exteriorum*

2 Verbigratiâ, ſi ex *Miſtura Cærulei & Citrini* proveniat *Luteus*; ex Miſtura *Punicei* & *Violacei* (vel Amethyſtini) exoriatur *Purpureus*; ex *Dulci* & *Acido Dulcacidus*.

CAP. XI

Digitized by Google

CAP. XI

DE MISTI RESOLUTIONE.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit RESOLUTIO PER EMERSIONEM.
2 quid RESOLUTIO PER REDINTEGRATIONEM.
3 quid RESOLUTIO PER EMERSIONEM & REDINTEGRATIONEM SIMUL.
4 quid RESOLUTIO PER MERAM TRANSMUTATIONEM.

I

RESOLUTIO MISTI PER EMERSIONEM dicitur, quæ fit *per Annihilationem Formæ Superinductæ*, Formis *Elementaribus* quaſi in Libertatem *emergentibus*. (Antea enim ſubjectæ erant Dominio Formæ Superinductæ).

II

RESOLUTIO PER REDINTEGRATIONEM FIERI dicitur, cum *abolitis* Incboatis in qualibet Miſti Atomo *Remanentia* Deperditos *Gradus recuperat*.

III

RESOLUTIO PER EMERSIONEM & REDINTEGRATIONEM SIMUL, quæ fit *utroque modo*.

IV

RESOLUTIO PER MERAM TRANSMUTATIONEM fit *Formâ Miſti abolitâ* & Formis *Elementorum* e *Materia* denuo *eductis*.

CAP. XII

Digitized by Google

CAP. XII

DE TEMPERIE.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit TEMPERIES.
2 quid TEMPERIES ACTIVA. Sectiunculas habet 3.
3 quid TEMPERIES PASSIVA.
4 quid ACTIO ELABORATIVA TEMPERIEI ACTIVÆ. Sectiunc. 3.
Scholion Actionem *hanc* Elaborativam *ex Zabarella* amplius explicat. Sectiunc. 5.

I

TEMPERIES ſive *Temperamentum* dicitur Complexio ſive *Aggregatum* quatuor *Qualitatum*, quæ *Primæ* dicuntur, ita a ſe invicem *Refractarum* (Remiſſarum), ut *qualibet Contrariæ* ſuæ *Intenſionem* Gradibus ſuis *compleat*.

II

1 TEMPERIES ACTIVA eſt *Complexio* duarum *Activarum*, *Caloris* nimirum & *Frigoris*
2 Sive eſt Pars Temperiei ex duabus Activis conſtans.
3 Sive Syzygia ſive Combinatio duarum *Correfractarum* Activarum.

III

TEMPERIES PASSIVA duarum *Paſſivarum*.

IV

1 ACTIO ELABORATIVA TEMPERIEI ACTIVÆ ſive *Elabora-*

Digitized by Google

borativa Alteratio dicitur Actio *Æquivoca*, quâ Temperies Activa agit *in* Temperiem *Paſſivam* vel in *Humiditatem* & *Siccitatem* (Internas, hoc eſt in Fluiditatem & Conſiſtentiam), ut ex iis *exoriantur* quæ *Secundæ* dicuntur *Qualitates*, nimirum *Raritas*, *Denſitas*; *Tenuitas*, *Craſſities*; *Mollities*, *Durities*; *Viſcoſitas*, *Pelluciditas*, *Liquabilitas*, *Friabilitas*, *Fiſſilitas* &c., & harum *Contrariæ*. Conſ. Zabarel. in 1
l.2 Gener. & Corr. t.8 (p.901 verſ.1 & 906 verſ.13); & in l.4 Meteor. t.2 (p.976 verſ.3).

Franco Burgersdicius *Fictionem* & *Formationem* vocat. Collegii 3
Phyſ. Diſput. 13 theſi 4.

Scholion.

Zabarella l.1 de Miſti Generatione & Interitu c.9 (col.605, C, D), & alibi 1
“ *tres in Miſti Generatione Actiones* intervenire dicit, quarum
“ *prima* ſit *Mutua Refractio* Contrariarum *Qualitatum Primarum*;
“ *ſecunda Actio Activarum in Paſſivas*;
“ *tertia*, ipſa *Formæ Miſti Eductio*, hoc eſt, Formæ Subſtantialis in qualibet Atomo Refractio, & trium Formarum Inchoatarum Eductio.
“ *Duas priores Actiones in Tempore fieri* (col. 602 C) & *ad tertiam Diſpo-* 2
“ *ſitiones eſſe* (col.605 E); *Tertiam vero in Momento* ſive ſubito *fieri* (col. 606,
“ B,C), & ipſam *Miſtionem* & *Miſti Generationem eſſe* & *Miſtionem* quidem *re-*
“ *ſpectu Elementorum*, *Generationem vero reſpectu Miſti dici* (col. 605,C). Me- 3
“ *diam* vero iſtam Actionem in eo conſiſtere, ut *Paſſiva* ab Activis *terminentur*
“ *& uniantur* (col.602 C & 606 B), nec non ut Secundæ Qualitates, quæ dicun-
“ tur, ex iis producantur. Ideo Elaborationem vocat, quod *Activa Paſſivas*
“ ita *elaborent*, *ut Artifex* Materiam ſibi ſubſtratam (c.2 col. 584 A).

Si *quis* tamen magis ex ſententia Zabarellæ ſe loqui exiſtimet, ſi *Mediam* ſive Secundam hanc Actionem *in* duas, *Terminationem* ſcilicet & *Elaborationem* diſtinguat, & Elaborationem omnem reſpectu *Secundarum Qualitatum* intelligat, cum eo de *verbis non litigabimus*, interim totam Secundam Actionem, Elaborativam appellabimus. 4

Cæterum in eo quoque ſive dubius ſive *inconſtans* eſt Zabarella, quod 5
“ *Unionem* eam, cujus in Definitione Miſtionis Ariſtotelea mentio fit, modo
“ *partem Actionis Elaborativæ*, modo ipſam *ultimam Formæ Miſti* ſive *Eductionem*, ſive *Productionem* interpretatur (col.606 C, D).

CAP. XIII

CAP. XIII

DE CAUSA EFFICIENTE.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit CASU EFFICERE.
2 quid FORTUNA EFFICERE.
3 quid TEMERE AGERE.

I

CASU EFFICERE id dicitur, quod *præter Intentionem* aut Appetitum ſuum aliquid efficit. conf. Logic. Hamburg. l.5 c.14 § 64. ſequ.

II

FORTUNA EFFICERE id dicitur, quod *præter Conſilium* ſuum ſive Προαίρεσιν ſuam aliquid efficit.

III

TEMERE AGERE dicitur id, quod cum natum ſit Conſilio agere, *non* tamen *Conſilio utitur*.

PORTIONIS II,

quæ

DEFINITIONES
EMPIRICAS

ſive

SYNDIACRITICAS

complectitur,

PROOEMIUM

id eſt

DEFINITIONES PHORANOMICÆ.

Argumentum.

1 Definitio docet quid ſit MOVERI CORPUS.
2 quid LOCUM MUTARE CORPUS TOTUM.
3 quid LOCUM MUTARE PUNCTUM.
4 quid LOCUM MUTARE EX PARTE CORPUS. Sectiunculas habet 2.
5 quid LOCUM TOTUM SERVARE, DUM MOVETUR, CORPUS. Sectiunc. 4.
Nota *unde plenior cognitio* horum petenda ſit, monſtrat.
6 quid INTERNE SECUNDUM LOCUM MOVERI CORPUS. Sectiunc. 4.
7 quid FERRI. Sectiunc. 2.
8 quid VIA MOTUS PUNCTI.

9 quid

Digitized by Google

9 quid VIA MOTUS LINEÆ, aut SUPERFICIEI IN PLANO MOTÆ.
10 quid VIA MOTUS SUPERFICIEI, aut CORPORIS LOCUM TOTUM NON SERVANTIS DESCRIPTA.
11 quid LINEÆ, aut SUPERFICIEI PLANÆ IN PLANO MOTÆ MOTUS DETERMINATUS.
12 quid SUPERFICIEI EXTRA PLANUM MOTÆ & CORPORIS MOTUS DETERMINATUS.
13 quid DESCENDERE.
14 quid ADSCENDERE.
15 quid PERPENDICULARITER FERRI REM QUANTAM.
16 quid UNIFORMITER MOVERI REM QUANTAM.
17 quid DIFFORMITER.
Sectiunc. 1.
18 quid PELLI CORPUS C a COPORE B.
Sectiunc. 1.
19 quid IMPINGI C IN B.
20 quid REPELLI. Sectiunc. 1.
21 quid REPERCUTI.
22 quid TRUDI C a B.
Sectiunc. 1.
23 quid PROPELLI.
Sectiunc. 2.
24 quid PROTRAHI.
Sectiunc. 3.
Scholion quod *Tractio* hæc ſit *Pulſio* oſtendit.
Sectiunc. 3.
25 quid SINCERE TRAHI.
Sectiunc. 4.
Scholion *Pyulcum* rectius *Hygrulcum* dici ex Herone probat.
26 quid VEHI.
Scholion *Vectionem* quoque ad *Pulſionem* reducit.
Sectiunc. 2.
27 quid VOLUTARI ROTUNDUM CORPUS C PER SUBJECTUM PLANUM D.
Corollarium *de aliis Pulſionis ſpeciebus.*

I

Digitized by Google

I

MOVERI dicitur CORPUS, quod *Locum* vel Totum vel ex Parte *mutat.*

II

LOCUM MUTARE dicitur CORPUS TOTUM, cujus *quodlibet Punctum* Locum mutat.

III

LOCUM MUTARE dicitur PUNCTUM, quod a *Punctis* circumcirca ſitis inter ſe eandem *Diſtantiam ſervantibus Diſtantias variat.*

IV

LOCUM MUTARE EX PARTE dicitur CORPUS cujus 1
quædam Puncta Locum mutant.
Sive cujus *Partes Locum* ſuum *ſervant.* 2

V

LOCUM TOTUM SERVARE, DUM MOVETUR, COR- 1
PUS dicitur, quod *omnes a* quibuſcunque circumcirca ſitis inter ſe Diſtantiam non variantibus *Punctis Diſtantias ſervat.*

Ut ſi *Sphæra*, *Cylindrus* aut *Conus* aliudve Corpus ex Axe conſti- 2
tutum *circa Cuſpides* Terminis *Axis* affixas, aut Profunditatem Corporis nonnihil etiam ſubeuntes, *moveatur*, quælibet Corporis Pars movetur, nec tamen omnia Puncta Corporis moventur. Nec enim moventur ea, quæ ſunt in Axe Geometrico Corporis ſita.

Sin

Digitized by Google

3 Sin vero *circa Axem Mechanicum* moveatur Corpus ex Axe conſtitutum, non tantum omnes Partes, ſed etiam *omnia Puncta Locum mutant*; Corpus tamen ipſum Locum Totum ſive Spatium ſervat, quia eaſdem a quibuſcunque circumcirca ſitis in ſe Immobilibus Punctis ſervat Diſtantias. Nullum enim Punctum Corporis relinquit Locum, in quem non aliud Punctum ſuccedat.

4 Quod ſi *Corpus* quod circa Axem movetur, non fuerit Corpus *ex Axe* conſtitutum, aliqua *Pars* ejus *Locum* ſuum *Totum ſervat*, Totum vero Corpus Locum ſuum Totum non ſervat.

NOTA.

Verum hæc & ejus generis alia *ex Phoranomicis petita* a Phyſico potius delibanda, quam pertractanda ſunt.

VI.

1 INTERNE SECUNDUM LOCUM MOVERI dicitur CORPUS, cujus *Partes* inter ſe vel *Ordinem* vel *Situm mutant.*

2 Ita moventur *Fluida, Mollia, Flexilia, Tenſilia, Ductilia.*

3 Exempli gratiâ. Si *Aquam* Baculo vel Manu *in gyrum agas*, vel alio modo moveas, ipſa quidem Aqua Locum ſervat, at Partes vel Ordinem vel Situm mutant.

4 Item ſi *Ceram contrahas* vel *extendas*, Partes Situm mutant &c.

VII.

1 FERRI ſive *Loco moveri*, ſive *Extrinſecus ſecundum Locum* moveri dicitur, quod ſecundum Totum movetur, *Partibus Ordinem* eundem & *Situm* inter ſe *ſervantibus.*

2 Exempli gratiâ. Si *Sphæram circumagas*, ipſa Sphæra ſecundum Locum moveri dicitur, Partes autem ejus Ordinem & Situm retinent eundem.

VIII

VIII

VIA MOTUS PUNCTI dicitur *Linea, quam Punctum Motu* ſuo deſcribit.

IX

VIA MOTUS LINEÆ aut IN PLANO SPATIO MOTÆ SUPERFICIEI dicitur *Superficies, quam Linea* aut *Superficies* Motu ſuo deſcribit.

X

VIA MOTUS SUPERFICIEI aut CORPORIS LOCUM TOTUM NON SERVANTIS DESCRIPTA dicitur Spatium ter dimenſum, ſive *Solidum, extra quod Superficies* aut *Corpus*, dum movetur, *nunquam excidit.*

XI

LINEÆ, ut & IN PLANO MOTÆ PLANÆ SUPERFICIEI MOTUS DETERMINATUS eſſe dicitur, ſi *duorum Punctorum Motus*, tum quantum ad *Viam*, tum quantum ad *Velocitatem Determinati* ſunt.

XII

SUPERFICIEI EXTRA PLANUM MOTÆ & CORPORIS MOTUS DETERMINATUS dicitur, ſi *trium Punctorum Motus* eodem modo Determinati ſint.

XIII

DESCENDERE ſeu *Deorſum moveri* dicitur, quod *Centro Terræ* ſit *propius*.

XIV

ADSCENDERE ſive *Surſum moveri* dicitur *contra*.

XV

PERPENDICULARITER FERRI dicitur RES QUANTA,

cujus

Digitized by Google

cujus vel unum *Punctum*, verbi gratiâ *Centrum Gravitatis*, *manet in* Rectâ *Perpendiculari* ſive in Recta in Terræ Centrum vergente.

XVI

UNIFORMITER MOVERI dicitur RES QUANTA (Linea, Superficies, Corpus), cujus ſingula *Puncta Vias Parallelas* deſcribunt, *Rectas* nimirum aut *Peripherias*.

XVII

1 DIFFORMITER MOVERI dicitur RES QUANTA, cujus *Puncta* omnia *Parallelas Vias non* deſcribunt.

2 *Ovum* ſi *Aquæ imponas*, *Mucrone* ejus *ſurſum* ſpectante, *deſcendet* Ovum *Perpendiculariter* in Aqua, ſed *Converſio* fiet, donec Mucro deorſum & Obtuſior Extremitas ſurſum ſpectet. Primum itaque *Via* Deſcenſûs erit *Strictior*, dein lateſcet, & *Latiſſima* quidem erit, ubi *Tranſverſus* erit Ovi *Situs*, hoc eſt, ubi Maxima ejus Diameter Horizonti æquidiſtabit.

XVIII

1 PELLI dicitur CORPUS C *a* CORPORE B, ſi *ob Penetrationem Dimenſionum vitandam* Corpus *C moveatur a* Corpore *B*, ſive Corpus C in Motu antecedat Corpus B.

2 Sive, ſi C ideo moveatur, quia B movetur & initium Motûs ſui ſive Terminum a quo habet ipſum B.

XIX

IMPINGI dicitur C in B, ſi *C Motu* ſuo *occurrat* ipſi *B*, ſive offendat, ſive attingat B.

Digitized by Google

XX

REPELLI dicitur C *a* B, ſi *C* ideo *movetur*, quia *B* ipſi *C impacto* 1
ob Penetrationem Dimenſionum vitandam *reſiſtit* (ſive Durum ſit ſive Liquidum).

Ut ſi *Pila Parieti impacta* reſiliat; ſi *Cera Duro Corpori im-* 2
preſſa.

XXI

REPERCUTI dicitur, quod ita *repellitur*, ut *Extrinſecus moveatur.*

XXII

TRUDI dicitur C *a* B, ſi *B* ita *pellat*, ut *Tangens maneat* ejus quod 1
pellitur, nimirum ipſius *C*.

Sive ſi C ita pellatur a B, ut, dum durat Motus, ſe contingant. 2

Truſio Ariſtoteli ἔπωσις dicitur.

XXIII

PROPELLI, vel *Expelli*, vel *Projici*, vel *Extruti* dicitur C *a* B, ſi *B* 1
eâ *Celeritate moveat*, ut *B* a C per Quietem *ſeparato*, *ferri* tamen *pergat* ipſum *C*.

Sive, ſi C primum Velociter trudatur a B, dein Truſione deſi- 2
nente, tamen porro eâdem Tendentiâ moveatur, ſive eundem Motum continuet.

XXIV

PROTRAHI ſive *Mechanice Trahi* dicitur, quod in *Motu ſequitur* 1
rem a qua *trahitur*.

Sive

Digitized by Google

2 Sive quod *truditur* a *Parte* ejus, cujus *major* Pars in Motu *antecedit* rem quæ Protrahi dicitur.

3 Ut ſi quis *Catenâ* aut *Fune* trahat *rem annexam.*

Scholion.

1 Videtur enim *Tractio* eſſe, cum *Pulſio* ſit, & ob Penetrationem Dimenſionum vitandam fiat. *Annuli* enim *Anterioris Poſterior Pars Anteriorem* Partem Annuli *Poſterioris trudit.*

2 Et ita *Spira Funiculorum*, e quibus Funis eſt contortus.

3 Et *Manus* ipſa eam *Funis Partem*, quam ſtringit, protrudit.

XXV

1 SINCERE TRAHI dicitur C a B (ut Perſpicuitatis causâ ita loquar) ſi *nullo modo ad Pulſionem reduci* poſſit *Tractio.*

2 Sive ſi B nullo modo dici poſſit aliquâ ſui Parte pellere aliquam Partem ipſius C.

3 Ut in vulgari fit *Hydrulco*. Poſito enim Oſculo ejus in Aqua, & extracto Embolo Ligneo, adſcendit Aqua, ut repleat Vacuum ab Embolo relictum, uti eſt hodie communis Sententia.

4 Ita Sincera eſt Tractio, qua *Magnes Ferrum* Trahere a pleriſque creditur.

Scholion.

Pyulcus Inſtrumentum dicebatur Chirurgicum, etiam Galèno l. 2 de Arte Curandi ad Glaucon. c.8 init. memoratum, quo *Pus extrahebatur* ex Ulcere. Ejus Structuram ita deſcribit Hero Spiritalium capitulo 57, ut in Subſtantialibus eadem ſit cum noſtro hoc Hydragogo Inſtrumento, quod Waſſerſprütze vocamus, ideoque generalius nomen *Hydrulci* vel etiam *Hygrulci* mereatur. Trahit enim non Aquam ſolum, ſed & quemvis Liquorem, ſi recta fiat Applicatio.

XXVI

VEHI dicitur C *a* B, ſi *ad* Motum *B*, ideo *movetur C*, quia ipſi *B* vel *Incluſum* eſt, vel *Affixum* eſt, vel *Hæret* ſaltem.

SCHOLION.

Hæret autem ipſi B, ſi *Superficies*, quibus ſe contingunt, ſint *Aſpera*. Si 1
enim Lèves & Politæ ſint Superficies, præſertim Planæ, etiamſi C incumbat ipſi B, quod movetur ; tamen defluere retro poterit C, atque ita non vehetur.

Qoare *Vectio* quoque *ad Pulſionem* reducitur. *Eminentiæ* enim Super- 2
ficiei *Vehentis protrudunt Protuberantias* Superficiei *quæ vehitur*.

XXVII

VOLUTARI dicitur ROTUNDUM CORPUS C PER SUBJECTUM PLANUM ſive *Solum* D, ſi *Recto Motu Impulſum Deflexione* Motûs ac Diviſione quadam factâ, ſimul & in Subjecto *progrediatur*, & *circa Axem* ſuum *convertatur*.

COROLLARIUM.

Sectio, Fiſſio, Terebratio eſt *Pulſio*.

CAP.I

CAP. I

DE SYNDIACRISI ET METASYNCRISI.

Argumentum.

1 Definitio tradit, quid ſit CONSTITUI PER SYNCRISIN A EX B & C. Sectiunculas habet 4.
2 quid PARS HYPOSTATICA CORPORIS.
3 quid CORPUS APPARENTER SIMILARE.
4 quid SE INVICEM OCCULTARE CORPORA IN EODEM CORPORE APPARENTER SIMILARI. Sectiunc. 2.
5 quid PARS SYNHYPOSTATICA.
6 quid SEPARARI B *ab* A PROPRIE. Sectiunc. 2.
7 quid SEPARARI B *ab* A IMPROPRIE. Sectiunc. 3.
8 quid DURARE.
9 quid SECERNI CORPUS.
10 quid EXCERNI.
11 quid PER DIACRISIN INTERIRE. Sectiunc. 2.
12 quid CORPUS RE VERA SIMILARE.
13 quid CORPUS RE VERA DISSIMILARE.
Nota Corpus *ad Senſum Similare* poſſe *Diſſimilare* eſſe.
14 quid MISTITIÆ PARTES.
Scholion *ad quam Analogiam* formata ſit vox *Miſtitii.*
15 quid CONTENTUM IN CORPORE CORPUS. Sectiunc. 2.
Nota *ambigi* interdum, utrum *Pars* an *Contentum* dicendum. Sectiunc. 2.
16 quid PRINCIPIUM HYPOSTATICUM. Sectiunc. 3.
Nota *cur Elementi* vox *repudietur.*

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EM...

Digitized by Google

17 quid PERMISTIO SPONTANEA. Sectiunc. 3.
Scholion *Efferveſcentiam ex Applicatione* Corporum *Permiſtione priorem non eſſe.* Sectiunc. 2.
18 quid PERMISTIO VIOLENTA. Sectiunc. 6.
19 quid METASYNCRISIS.
Scholion *Locis Veterum* Definitionem illuſtrat.
20 quid TRANSMUTATIO SYNDIACRITICA LAXO SIGNIFICATU.
21 quid TRANSMUTATIO SYNDIACRITICA STRICTO SIGNIFICATU.
Nota *de vicinis* huic *Notionibus.*
22 quid MISTUM PER SE FIGURATUM. Sectiunc. 4.
23 quid MISTUM VERNACULUM.
Scholion *Miſtum* hoc *ſui Juris* etiam dici poſſe. Sectiunc. 2.
24 quid MISTUM ADVENTITIUM. Sectiunc. 2.
Scholion 1 *cur Excretum* in Definitione *non adjectum* fuerit.
2 *unde Vernaculi* & *Adventitii appellatio* ſit deſumta. Sectiunc. 5.
Nota *ambigi* interdum, utrum *Vernaculum* an *Adventitium* ſit. Sectiunc. 2.

I

CONSTITUI, *componi, oriri* PER SYNCRISIN, *per Concretio-* 1
nem fieri (Συγκρίνεσθαι) dicitur A EX B & C, ſi vel *B* & *C*
fiant *Partes Hypoſtaticæ* ipſius *A*, vel alterum *Hypoſtatica*, alterum *Synhypoſtatica* Pars ipſius A fiat.

Eodem modo *ex pluribus quam duobus per Syncriſin coire Corpus* ali- 2
quod dicitur.

Exem-

2 Exempli gratiâ. Si quis *ex Aqua* & *Aere Glaciem* conſtare dicat (quia Glacies Aquâ tum Rarior, tum Levior eſt) per Syncriſin Glaciem ortam eſſe aſſerit.

3 Ita ex *Pice*, *Reſina*, *Cera* & *Adipe* conſtituitur *Emplaſtrum Tetrapharmacum*; ex *Sale Cinerum* & *Aqua Lixivium*; ex *Calce* & *Arena Arenatum*; ex *Calce* & *Adipe Maltha*; ex *Plumbo* & *Spiritu Aceti*, ut ex Partibus Hypoſtaticis, oritur *Ceruſſa*; ex *Ære* & *Spiritu Aceti* eodem modo oritur *Ærugo*; ex *Cera*, *Reſina Larignâ* & *Ærugine Cera Viridis*.

II

PARS HYPOSTATICA ſive *per ſe ſubſiſtens* CORPORIS dicitur, quæ *in eo* re verâ *exſiſtit*, ſive ſe cum alia *occulat* ſive Senſibus *pateat*.

III

CORPUS *ad Senſum* (ſive APPARENTER) SIMILARE dicitur, cujus *quælibet* Extenſiva *Pars iisdem Similaribus*, quantum Senſus percipere poteſt, præditum eſt *Attributis*.

IV

1 SE INVICEM OCCULTARE IN EODEM CORPORE APPARENTER SIMILARI dicuntur CORPORA, quæ in eo ſecundum Minimas Partes ita *permiſta* ſunt, ut *diſtincte non appareant*.

2 Ut *Butyrum* & *Serum in Cremore*; *Aqua* & *Sal in Muria*; *Aurum*, *Argentum* & *Æs in Auro* Ungarico.

V

Digitized by Google

V

PARS SYNHYPOSTATICA dicitur, quæ *a* ſuo per Syncriſin orto *Toto*, ita ut ſola exſiſtat, & nullius Pars ſit, *ſeparari nequit*: ita tamen a priſtino Toto ſecerni poteſt, ut *alterius* per Syncriſin orti Corporis *Pars fiat*.

VI

SEPARARI dicitur B *ab* A PROPRIE, ſi *B tangere deſinat* ipſum *A*, utroque, *B* & *A*, *perdurante*. 1

Ita *Corpus* ſeparatur *a Corpore Tangente*. 2

VII

SEPARARI dicitur B *ab* A IMPROPRIE, ſi *B coexſiſtere deſinat* ipſi *A*, quia interit, *perdurante A*. 1

Ita *Motus* ſeparari dicitur *a Corpore*, quod moveri deſinit. 2

(Ita *Forma* Ariſtotelica *a Materia* ſeparari dicitur). 3

VIII

DURARE aut *Perdurare* dicitur, quod *exſiſtere perſeverat*.

IX

SECERNI ſive Διακρίνεσθαι dicitur CORPUS, quod *Pars Hypoſtatica* aut *Synhypoſtatica* ejuſdem Corporis *eſſe deſinit*.

X

Digitized by Google

X

EXCERNI (ἐκκρίνεσθαι) dicitur CORPUS, quod *Hypoſtatica* Corporis Pars eſſe deſinit & per ſe (hoc eſt, nulli Permixtum) ſubſiſtere incipit, *reliquis in Syncriſi perſeverantibus.*

XI

1 PER DIACRISIN INTERIRE CORPUS dicitur, quod *per Diacriſin diſſolvitur.*

2 Sive, cujus Hypoſtaticæ aut Synhypoſtaticæ *Partes* hujuſmodi *Partes* ejus *eſſe deſinunt.*

XII

CORPUS RE VERA (ſive *Exquiſite*, ſive *Exacte*) SIMILA-
„ RE (ſive Corpus *Primigenium*, Πρωτόγονον, ut Plato vocavit apud Galen. l. quod Animi Mores Temperam. c. 3 init.) eſt, quod *in* Corpora *Attributis diverſa ſecerni nequit.*

XIII

CORPUS RE VERA DISSIMILARE eſt, quod *ex Partibus* inter ſe ſecundum *Attributa diverſis* conſtat.

NOTA.

Corpus *ad Senſum Similare* re vera *Diſſimilare* eſſe poteſt, ſi Partes Attributis diverſæ ob Exilitatem Senſum fugiant.

XIV

MISTITIÆ PARTES ſunt quæ *ſe invicem occultant.*

SCHOLION.

" *Miſtitiæ* ita dicitur, ut *Foſſitia Arena* Plinio l. 36 c. 23.

XV

CONTENTUM IN CORPORE dicitur CORPUS, quod ei 1
non ineſt ut *Pars.*

Exempli gratiâ, ut *Muſca in Succino*; *Lapillus* aut *Ferrum in* 2
Ligno.

NOTA.

Interdum *ambigitur*, utrum *Pars*, an *Contentum* dici debeat. 1
Ut *Nodus in Ligno*, qui excidere poteſt; *Reſina in Arbore*; *Oleum in Oli-* 2
va; *Serum* aut *Bilis in Sanguine.*

XVI

PRINCIPIUM HYPOSTATICUM CORPORIS dicitur *Pars* 1
Collatens, quæ *in* aliam *Collatentem* Partem *non* eſt *Secretilis* (ſive ſecerni nequit).

Sive dicitur Corpus *re vera Similare in* Corpore *Apparenter* Simi- 2
lari collatens.

Sive dicitur *Pars Hypoſtatica nullam* habens Partem *Hypoſtaticam.* 3

NOTA.

Elementum poſſet dici, niſi id Vocabulum jam tot *abſurdis conſupratum* eſſet *Opinionibus* Morphitarum ſive Averroiſtarum.

XVII

PERMISTIO SPONTANEA dicitur, cum *duo* Corpora *ſe in-* 1
vicem

Digitized by Google

vicem *abſque efficientia tertii* & abſque *Motu*, qui ipsâ *Permiſtione prior* ſit, *permiſcent.*

2 Uti *Aqua* atque *Sal*; *Acetum* & *Cuprum*; *Muria* & *Lixivium*; *Oleum* & *Lixivium*; *Aqua fortis* & *Argentum*. Hæc enim etiamſi quam maximâ fieri poſſit cum Quiete ſibi invicem vel caſu applicentur, tamen ſe permiſcent.

3 Plinius etiam Permiſtionis Spontaneæ Exemplum habet l. 22 c. 24. *Vinum vetus*, inquit, *cum Melle facillime concorporatur.*

SCHOLION.

1 Quamvis autem *ex Applicatione* horum Corporum ſive Contactu Mutuo interdum Motus, imo *Efferveſcentia* oriatur, tamen Motus ille ipsâ *Permiſtione prior non* eſt, ſed potius vel ipſa Permiſtio, vel Permiſtionis Comes eſt.
2 Ideo enim fit, quia dicta Corpora permiſceri expetunt, ideoque Sponte ſuâ aut alterum aut utrumque pervadit alterum, adeo ut ex Mutuo Attritu & Conflictu ſæpe Calor & Spumæ exoriantur.

XVIII

1 PERMISTIO VIOLENTA (ſive *Extranea* ſive *Extrinſecus facta*) dicitur, cum duo Corpora *ob Motum* ſive alterius, ſive utriuſque eorum, eumque vel Spontaneum vel Violentum ſive ab Externo (Extrario) aliquo Agente *permiſcentur.*

2 Uti ſi *Terram* & *Aquam Bacillo agites*, vel cum *Vaſe concutias.*

3 Ita *Aqua* & *Oleum* frequenti Concuſſione & Agitatione;

4 Ita *Partes Similares Viventium* Corporum ab *Anima* vel *Calore Inſito* miſcentur.

5 Item ſi *Fluvius per Alveum* aut *Aqua* alia *per Subterraneos Meatus* Motu Spontaneo labens *Ramenta* a *Saxis*, *Argillis*, *Metallis*, *Sulfuribus* Tenuiſſima *abradat* & ſibi permiſceat.

6 Si *ſuperfundam Lixivium Oleo*, aut *Salem* injiciam *Aquæ*, Motus qui ita oritur, eſt Permiſtione prior. Nam oritur ob Situm Præternaturalem Gravioris.

Digitized by Google

XIX

METASYNCRISIS eſt *Tranſpoſitio* ſive Tranſlocatio *Partium*, quæ *per Syncriſin* commixtæ ſunt.

SCHOLION.

" Μετασυγκριτικὴν Δύναμιν Dioſcorides l. 4 c. 157 *Thapſiæ Succo & Radici* tribuit, 1

" ὅπου τι δεῖ ἐκ βάθους ἑλκύσαι, ἢ
" μεταποροποιῆσαι.

ubi quid oportet ex imo evocare aut Meatuum Statum mutare.

(Als wan man ein Ding umbpaſſet/ ordentlicher oder unordentlicher/loſer und 2
luſſer/oder dichter legt).

Galenus Μετασυγκρίσεις ſæpe irridet. 3

Paulus Ægineta l. 3 c 63: 4

" ἐν μὲν τοῖς Παροξυσμοῖς παρηγορη-
" τέον· ἐν δὲ τοῖς Διαλείμμασι μετα-
" συγκριτέον Αἰώραις *Διαφόροις, Πε-
" ριπάτοις, Ἀναφωνήσεσιν, Ἀλείμ-
" μασι, Σικύαις, Δρώπαξι, ἢ Λειώ-
" σεσι, Τρίψεσι, Ψιλώθροις.

in Paroxyſmis quidem dolor *mitigandus*; *at in Intermiſſionibus reſtituendæ* Vires *Geſtationibus diverſis, Deambulationibus, Vociferationibus, Unctionibus, Cucurbitulis,* Dropace, *aut Levigationibus, Frictionibus, Depilatoriis,* &c.

* vel Ἐώραις

XX

TRANSMUTATIO SYNDIACRITICA LAXO SIGNIFICATU dicitur, quæ fit vel *per Syncriſin* vel *Diacriſin* vel *utramque*, adjunctâ etiam interdum *Metaſyncriſi*.

XXI

TRANSMUTATIO SYNDIACRITICA STRICTO SIGNIFICATU dicitur, quæ fit *per Syncriſin* & *Diacriſin* ſimul.

NOTA.

NOTA.

Simili Senſu etiam *Mutationem* & *Tranſmutationem Syncriticam*, *Diacriticam*, & *Metaſyncriticam* dicimus.

XXII

1 MISTUM PER SE FIGURATUM dicitur, quod *peculiari Figurâ* præditum *exoritur*.

2 Ita *Sales* dum ex Decoctis ſive Dilutis ſuis *per* Concretionem ſive Coagulationem, ſive, ut vocant, *Cryſtalliſationem* oriuntur ſive ſecernuntur, peculiarem ſemper Figuram ſibi acquirunt.

3 *Halinitrum* in *Trabeculas*; *Chalcanthum*, *Alumen*, *Saccharum* in *Cubos*; Sal *Veſcus* item in *Granula* ſua concreſcit.

4 Ita *Cryſtalli*, & alii Lapides *Hexagoni*, aliâve Figurâ præditi naſcuntur.

XXIII

MISTUM VERNACULUM dicitur, quod ita oritur, ut *Pars* aut *Contentum* Corporis *Vivi non* exſiſtat.

SCHOLION.

1 Poſſet etiam dici *Miſtum ſui Juris*, quia ſecundum Syndiacriticam quidem Hypotheſin Præſtantioris & *Potentioris* Subſtantiæ quaſi *Dominio* & aliorum
2 Specie diverſiſſimorum Miſtorum Conſortio ita *implicatum non* eſt. Secundum Actupotentialem vero Hypotheſin *Forma* ejus Specifica alteri *Nobiliori* Formæ *non* ſubjicitur aut ſubordinatur.

XXIV

1 MISTUM ADVENTITIUM dicitur, quod vel *Pars* vel *Con-*

Digitized by Google

tentum (ſive Naturale & Ordinarium, ſive Præternaturale) Corporis *Animati* fuit.

Uti ſunt *Reſinæ*, *Gummia*, *Succi Inſpiſſati*, *Ligna*, *Cortices*, *Oſſa*, *Dentes*, *Cornua*, *Coria*, *Calculi* ſive Lapides, *Zibetum*, *Moſcus* &c. 2

SCHOLION I

Horum quædam etiam *Excreta* Corporum Vivorum uti ſunt, ita dici poſſunt. Verum cum nihil ſit alicujus Excretum, quin prius fuerit ejus *Contentum*, non opus eſt in Definitione dicere vel Pars vel Contentum vel Excretum.

II

Tria, ut Hermetici loquuntur, *Phyſices Regna* ſunt. 1

Primum Regnum *Mineralium*, hoc eſt, Foſſilium, ſive Miſtorum Inanimatorum. 2

Secundum Regnum *Vegetalium*, ſive Stirpium. 3

Tertium Regnum *Animalium*. 4

Quæ itaque *Miſta* in quovis *Regno ſuo* oriuntur, & a Natura propter ſe quaſi fiunt, ea *Vernacula* merito dicuntur; contra *Adventitia*, quæ ex *Stirpium* aut *Animalium Regno* in Miſtorum Claſſem accerſuntur. 5

NOTA.

De quibuſdam *ambigitur*, utrum *Vernacula*, an *Adventitia* ſint. 1

Qualia ſunt *Succinum*, *Ambra*, *Sperma Ceti* &c. 2

CAP. II

Digitized by Google

CAP. II

DE CORPORE PERMANENTE.

Argumentum.

1 Definitio tradit, quid ſit CORPUS PERMANENS.
Scholion *cur addatur* in Definitione: *Quantum in ipſo eſt.*
2 quid CORPUS STABILE.
Sectiunculas habet 3.
3 quid CORPUS MOLLE.
4 quid DURUM.
5 quid FLUIDUM.
6 quid CONTINUE FLUIDUM.
Sectiunc. 3.
7 quid VACUUM DISPERSUM.
8 quid CAVITAS CORPORIS.
9 quid PORUS.
10 quid CAVERNA.
Sectiunc. 3.
11 quid LIQUOR.
Scholion *cur Aer non* ſit Liquor.
12 quid LIQUOR PINGUIS.
13 quid SPIRITUS.
14 quid HUMOR.
Sectiunc. 2.
Nota *de Liquore Metallico.*
15 quid HUMIDUM CORPUS.
16 quid UVIDUM.
17 quid SICCUM.
18 quid HUMECTARI.
Sectiunc. 4.
19 quid IRRIGARI CORPUS CONSISTENS.
Sectiunc. 2.
20 quid EXSICCARI CORPUS.
21 quid GLACIARI HUMOREM.
22 quid COAGULARI HUMOREM.

23 quid

Digitized by Google

23 quid LIQUARI CORPUS CONSISTENS.
Sectiunc. 2.

Scholion *amplius* hanc Actionem *explicat.*

24 quid LIQUEFIERI CORPUS CONSISTENS.
Sectiunc. 2.

25 quid FIGURA CRASSIUS CORPUS.

26 quid FIGURA TENUIUS.
Sectiunc. 3.

27 quid SUBSTANTIA CRASSIUS CORPUS.

28 quid SUBSTANTIA TENUIUS.

Nota *de Subſtantia Significatione.*

29 quid EXTRINSECUS RAREFIERI.

30 quid EXTRINSECUS CONDENSARI.

31 quid EXTRINSECUS RARIUS CORPUS.
Sectiunc. 3.

32 quid EXTRINSECUS DENSIUS.

33 quid PELLUCIDIUS CORPUS.
Sectiunc. 2.

34 quid MINUS PELLUCIDUM.

35 quid OPACUM.

Nota *de non confundendo Opaco* & *Umbroſo.*

36 quid PERSPICUUM.
Sectiunc. 2.

Nota Definitionem *ceteris paribus* intelligendam.

37 quid CORPUS A PENETRARE CORPUS B.

38 quid PENETRANTIUS CORPUS B CORPORE C.
Sectiunc. 4.

I

CORPUS PERMANENS dicitur, quod *aliquandiu idem* (hoc eſt, eaſdem Partes habens) & *iisdem Attributis* præditum, quantum in ipſo eſt, *perdurare* poteſt.

Scholion.

Quantum in ipſo eſt, inquam. Si enim *per accidens* ob vicinitatem Corporis, a quo mutari poteſt, *mutetur*, id Permanentiam ejus *nihil impedit.*

II

Digitized by Google

II

1 CORPUS STABILE (aut *Conſiſtens*) dicitur, quod *Figuram* ſuam *abſque* alieno *Impulſu non variat.*

2 Sive, quod Sponte ſua *Situm Partium* mutuum non mutat.

3 Dicitur aliis (Archimedi) *Solidum*, aliis *Siccum*, Ariſtoteli etiam » l.4. Meteor.c.4 & 5 ὡρισμένον, id eſt *Determinatum.*

III

CORPUS MOLLE eſt Corpus *Stabile*, quod *ob* alienum *Impulſum Figuram* & *Situm Partium* mutuum *mutat*.

IV

DURUM (ſc.*Corpus*) *contra*, quod non mutat.

V

FLUIDUM eſt Corpus *Permanens*, quod *Sponte* ſuâ *Figuram* & *Situm Partium mutare*, & *Cavi* alicujus Corporis *Terminis accommodari* poteſt.

VI

1 CORPUS CONTINUE (ſive *re verâ*) FLUIDUM dicitur, quod interea, dum *Figuram* ſuam ſive Terminos ſuos *variat*, ſibi ſemper *Continuum* permanet.

2 Sive, quod interea Partes *nullis Vacuis* Spatiolis aut *alienis* Corpuſculis interceptas retinet.

3 Sive, quod Figuram & Situm mutuum Partium variare poteſt, nullo intereaadmiſſo Vacuo, ſemper ſibi manens Continuum abſque Cavernis aut Poris.

VII

VACUUM DISPERSUM (*Vacuum non Separatum* vocet Ariſtoteles. Vid. Phyſ. l. 4 t. 79, 80 & 81.) dicitur, quod vel ſibi *non Continuum* vel a *Corpuſculis*, aut Corporis *Poroſi* aut *Cavernoſi Particulis* ita *interruptum*, ut *inſenſile* ſit, ſive ut Congeries Corpuſculorum vel etiam Corpus iſtud Poroſum & Cavernoſum, Corpus Solidum eſſe videatur.

VIII

CAVITAS CORPORIS præſertim *Conſiſtentis* dicitur *Inanitas* ejus, ſive prorſus Inanis ſit, ſive alio diverſæ Speciei Corpore oppleta.

IX

PORUS (ſive *Meatus*) CORPORIS dicitur *Cavitas* ejus *exitum* habens, ſive ad Superficiem pertingens, ſive utrinque Pervia ſit, ſive ſecus.

X

CAVERNA dicitur *Cavitas* undique *Clauſa*, ſive ad Superficiem 1
Corporis non pertingens.

Ut in *Pumice* ſunt Cavernæ. Ideo diu in Aqua natat. Nam 2
ſi Poros haberet meros, Aqua eliſo Aere ſubiret, & Pumex mergeretur.

Ita in *Aqua Spumoſa* ſunt Cavernæ, non Pori. 3

XI

LIQUOR eſt Corpus *Fluidum Viſui* & *Tactui expoſitum*.

SCHOLION.

Aer enim *ſoli Tactui* eſt expoſitus, ſolo Frigore vel Calore ſenſilis.

XII

Digitized by Google

XII

LIQUOR PINGUIS eſt, qui *Flammam alere* poteſt.

XIII

SPIRITUS eſt *Liquor Subtilis Volatilis* (ſive Halabilis) *Inflammabilis.*

XIV

1 HUMOR dicitur *Liquor*, qui aut *Aqua eſt*, aut majori ex Parte *Aquam continet.*

2 Ita *Lixivium, Muria, Juſculum* ſunt Humores.

NOTA.

Eſt & *Metallicus* quidam *Liquor, Hydrargyrus* ſive Argentum Vivum, de quo ſuo loco (part.2 ſect.2 c.3 aſſert.13 ſectiunc.5 & c.5 aſſert.ult.).

XV

HUMIDUM CORPUS eſt, cui *Humor admixtus* eſt.

XVI

UVIDUM dicitur, quod *in Superficie Humore aſperſum* eſt.

XVII

SICCUM dicitur, cui *nec Humor* (*nec Vapor*) admixtus eſt. v.c.4.Def. 5

XVIII

1 HUMECTARI dicitur, quod vel *Humorem* (vel *Vaporem*) *combibit* ſive iis imbuitur (ſive intra Meatus ſuos recipit).

2 Sive cui vel Humor (vel Vapor) permiſcetur.

3 Ut ſi *Lana* per noctem *ſupra Puteum* ſuſpenſa maneat.

4 Si *Vas Aquâ* repletum *intra Acervum Frumenti* collocetur.

K 2

Digitized by Google

XIX

IRRIGARI dicitur CORPUS CONSISTENS, quod *Liquore* 1
imbuitur.

Ut *Spongia Oleo.* (*Hydrargyrus* non irrigat ſed *corrodit* Me- 2
talla).

XX

EXSICCARI dicitur CORPUS, a quo *Humor ſeparatur* (ſive Humoris ſive Vaporis Specie).

XXI

GLACIARI (ſive *Congelari*) dicitur HUMOR, qui *Frigore* in Corpus *Conſiſtens* mutatur.

XXII

COAGULARI dicitur HUMOR, ſi *ſeparatis Liquidis* Partibus reliquæ in Corpus *Conſiſtens* coeant.

XXIII

LIQUARI (ſive *Solvi*) dicitur CORPUS CONSISTENS, quod 1
ita *Humori permiſcetur*, ut inde *fiat* Corpus ad Senſum *Similare.*

Ita *Sal* in *Aqua*; *Argentum* in Aqua *Forti* ſolvitur. 2

SCHOLION.

Quod ſolvitur ſive *liquatur* in Liquore, id ſimul *dividitur* & *attrahitur*, ſive evehitur & conjungitur Liquori *Solventi.*

XXIV

LIQUEFIERI (ſive *Fundi*) dicitur CORPUS CONSISTENS, 1
quod a *Calore* in *Fluidum* mutatur.

Uti *Cera*, *Metallum*, *Pix.* 2

XXV

Digitized by Google

XXV

FIGURA CRASSIUS CORPUS dicitur, quod *Breviſſimam* (aut Breviores) *de* tribus *Dimenſionibus majorem* (majoresve) habet.

XXVI

1 FIGURA TENUIUS (ſive *Subtilius*) dicitur, quod Breviſſimam (aut Breviores) de tribus Dimenſionibus *minorem* (minoreſve) habet.

2 Ita *Lamina* Tenuior Breviſſimam Dimenſionem (*Craſſitiem* ſcilicet) minorem habet, quam alia Lamina Craſſior.

3 *Filum* Tenuius duas Breviores Dimenſiones minores habet, quam aliud Filum, cujus duæ Breviores majores ſunt.

XXVII

SUBSTANTIA (ſive *Compoſitione*) CRASSIUS dicitur CORPUS (Apparenter Similare), quod in *majores Atomos* dividitur. Græce Παχυμερές.

XXVIII

SUBSTANTIA TENUIUS (ſive *Subtilius*) dicitur Corpus, quod in *exiliores* Atomos dividi poteſt. Græce Λεπτομερές.

NOTA.

Subſtantia hic *non* accipitur eo ſignificatu, quo *contra Accidens* diſtinguitur.

XXIX

EXTRINSECUS (ſive *quod ad Situm*) RAREFIERI dicitur, cujus *Partes* a ſe invicem magis *diſcedunt*, atque ita *majores Poros* ſive Meatus *acquirunt*. ☞ conf. port. 1 c. 8 Def. 1 ſequ..

XXX

EXTRINSECUS CONDENSARI *contra.*

XXXI

EXTRINSECUS (ſive *Externe* ſive *Exterius* ſive *Externâ Raritate* ſive *Situ*) RARIUS dicitur CORPUS, quod vel *majores* vel *crebriores* Meatus ſive *Poros* habet. 1

Sive quod *plus Vacui* includit. 2

Sive quod plus *Aeris* includit. 3

XXXII

EXTRINSECUS (ſive *ſecundum Externam Denſitatem* ſive *Situ*) **DENSIUS** ***contra.***

XXXIII

PELLUCIDIUS (ſive *Optice Rarius*) dicitur CORPUS, quod (ceteris paribus) *plus Lucis tranſmittit*, ſive minus Lucis reflectit aut avertit. 1

Aqua, *Vitrum* Optice ſunt Rara (ſeu reſpectu Lucis). 2

XXXIV

MINUS PELLUCIDUM (ſive *Optice Denſius*) dicitur *contra.*

XXXV

OPACUM (ſive *Extreme Optice Denſum*) CORPUS dicitur, quod *nihil Lucis tranſmittit.*

NOTA.

Cave confundas Opacum & Umbroſum. Poteſt enim *idem* Corpus eſſe & *Opacum & Lucidum*; itemque idem Corpus & *Umbroſum* & *Pellucidum.*

Digitized by Google

XXXVI

1 PERSPICUUM (ſive *Perfecte Pellucidum*) dicitur CORPUS, quod *Speciem* Corporis alterius Viſui *tranſmittit*.

2 *Lamina Cornea* aut *Eburnea Craſſioris Figuræ Pellucida* eſt, ſed non Perſpicua.

NOTA.

Ceterum intelligenda eſt & hæc Definitio *ceteris paribus*. Nam quædam *Perſpicua* ſunt, ſi *Propinquum* ſit Pellucido Objectum *Viſile*, ut *Perſpicilla* in certo ſitu Oculi & Objecti Viſilis; quædam *ob Figuram Imperſpicua* ſunt, ut quæ *Superficiem* habent *minus Politam*.

XXXVII

CORPUS A PENETRARE CORPUS B dicitur, ſi *tranſeat A* per *Poros B*.

XXXVIII

1 PENETRANTIUS dicitur CORPUS B CORPORE C, ſi *B penetrare* poſſit per tertium Corpus *D*, perquod penetrare *C nequeat*.

2 Exempli gratiâ *Muria* Craſſiorum Partium habetur, quam *Aqua* Simplex. Nam & Gravior & Optice Denſior eſt. At Penetrantior eſt. Penetrat enim per *Vaſa* Fictilia *minus* accurate *Vitreata*, quæ Aqua Sincera non *ſubit*.

3 Alioquin *ex faciliore Penetratione Conjectura* etiam ſumitur *de Subtilitate* Subſtantiæ, ſive Λεπτομερείας.

4 Exempli gratiâ *Aqua* Simplex *velocius* tranſit per Chartam *Bibulam*, quam *Muria* Satura, licet hæc Ponderoſior ſit, quia Exilioribus Atomis illa conſtat, & per Conſequens Filis Figurâ Tenuioribus Poros Chartæ tranſmittere poteſt.

CAP. III

DE RELIQUIS CORPORIS PERMANENTIS ATTRIBUTIS,

Argumentum.

1 Definitio tradit, quid ſit GRAVE IN CERTO FLUIDO CORPORE.
2 quid LEVE IN CERTO LIQUIDO.
Nota *de Obreptione cavenda*
3 quid LENTUM.
Sectiunculas habet 3.
4 quid TENAX.
Nota *Tenacitatem diverſam* eſſe reſpectu *diverſorum*.
Sectiunc. 2.
5 quid GLUTINOSUM.
Sectiunc. 5.
6 quid FLECTI CORPUS.
Nota *Flexionem latius* ſumi, *quam Ariſtoteles* facit.
7 quid FLEXILE.
8 quid RIGIDUM.
9 quid FINDI.
10 quid FISSILE.
Sectiunc. 2.

I

GRAVE IN CERTO FLUIDO CORPORE dicitur, quod in eo *Sponte* ſive nullâ vi externâ Corporis alterius Specialiter moventis *deſcendit*.

II

LEVE dicitur IN CERTO LIQUIDO, quod eo modo *non* deſcendit.

NOTA.

NOTA.

Ut *Obreptio caveatur* in hiſce Empiricis Definitionibus, *abſtrahere* oportet & aſſenſum retinere, utrum ab *Inſita Virtute*, an *Generante*, an *Forma*, an *Terra*, ut Recentiores, an *Fluido* ipſo moveatur. conf. Logic. Hamburg. l 4 c. 3 § 21.

III

1 LENTUM dicitur, cujus *Partes* ſibi invicem *conſtanter cohærent*, ſive difficulter a ſe invicem divelluntur.

2 Eſtque vel *Tenſile* vel *Flexile*.

3 *Pileus* aliudve Coactile Lentum eſt, quia *Flexile* & *Retenſile*.

IV

TENAX dicitur, quod *alteri* Specie diverſo Corpori *conſtanter adhæret*, ſive ab eo facile avelli nequit.

NOTA.

1 Tenacitas *diverſa* eſt reſpectu *diverſorum*.

2 Ut *Hydrargyrus* eſt Tenax *Auri*, *non Ligni* aut *Pennæ*.

V

1 GLUTINOSUM (ſive *Viſcidum*) dicitur, quod & *Lentum* & *Tenax* eſt.

2 Ut *Calx*, *Gluten*, *Argilla*.

3 *Vimen*, *Chorda*, *Funis* Lenta ſunt, ſed *non Tenacia*.

4 *Creta Lixivii*, *Crocus Chalcanthi Vitro pertinaciter inhæret*, ut vix elui poſſit, ſed *neuter* Pulvis *Lentus* eſt.

5 Ita *Cornu Cervi uſtum* Labio Tenaciter adhæret*.

*conf part. 2 ſect 2 c. 19 aſſ 3 ſecti- unc. 6.

VI

FLECTI dicitur CORPUS, cujus *Longior Dimenſio Figuram* ſuam *mutat*, *Partibus* inter ſe eundem *Ordinem* undiquaque *retinentibus*.

NOTA.

Dimenſio eſt Linea. Ea non poteſt mutari niſi fiat *Curvior*, vel *minus* Curva vel *Recta*. *Flexionem* igitur *latius* ſumo *atque Ariſtoteles*, qui Κάμψιν καὶ Εὐθυνσιν (*Flexionem & Directionem*) opponit l. 4 Meteor. c. 9 poſt initium.

VII

FLEXILE eſt, quod *flecti poteſt*.

I.

VIII

RIGIDUM quod *flecti nequit*.

IX

FINDI dicitur, quod *verſus* illam *Partem continuâ Diviſione dividitur, verſus quam* peculiariter *dividi aptum eſt*.

X

FISSILE eſt, quod *magis in hanc* quam illam *Partem continue dividi* 1
poteſt.

Eſtque vel *Fibroſum*, ut *Lignum, Caro, Cannabis, Linum*; vel *Cru-* 2
ſtoſum, quod in Cruſtas, Tabulas, vel Laminas finditur, ut *Lapis Specularis*, ut *Lapis Fiſſilis* dictus, ut *Talcus*, *Bulbus Cepæ*.

CAP. VI

DE CORPORE FLUXO ET SEMIFLUXO.

Argumentum.

1 Definitio eſt CORPORIS FLUXI.
Sectiunculas habet 2.
Nota *de Generatione* & *Interitus Notione*.
2 CORPORIS SEMIFLUXI.
Sectiunc. 2.
Nota *de cavenda Obreptione*.
3 HALITUS. Sectiunc. 2.
Nota *de cavenda* & hic *Obreptione*.
4 CONGELAMINIS HALITUS.
Scholion *Congelamen cum Aqua Tranquilla* comparat.
5 VAPORIS. Sectiunc. 2.
Nota *Vaporem pro Fumo* interdum uſurpari.
6 VAPIDI CORPORIS.
7 NIDORIS.
8 FUMI.
9 HALITUS MIXTI.
Sectiunc. 5.

Digitized by Google

I

1 CORPUS FLUXUM eſt, quod *nunquam idem* permanet, ſed continue Partes Extenſivas alias (ſive Intereuntes ſive Separatas) amittit; alias denuo adgeneratas admittit.

2 Tale inter Inanima *Flamma* eſt; item *Fluvius*.

NOTA.

Generatio & *Interitus late* hic ſumitur.

II

1 CORPUS SEMIFLUXUM (ſive *Quaſi Fluxum*) dicitur, quod *Partes* Extenſivas interdum quidem *eaſdem* retinere poteſt; *Figuram* autem & *Situm Internum* Partium ſemper *alium* atque alium habet.

2 Tale eſt *Humor Fervens*; Humor *Fluens*; item *Halitus*.

NOTA.

Cavendum etiam atque etiam eſt, ne inter definiendum *Obreptionem* admittat Intellectus, neve intempeſtive hic quicquam *ſtatuat*, utrum *Accidentaliter* an *Eſſentialiter differat Humor Quieſcens* a *Fervente*; *Halitus* a *Congelamine* ſuo. v.c.3 def.2 not.

III

1 HALITUS eſt *Corpus Quaſi Fluxum*, quod a *Calore diſpergitur* & *ſurſum* cietur.

2 Eſtque vel *Simplex* vel *Mixtus*.

NOTA.

Cavenda & hic *Obreptio*, utrum id fiat *Vectione*, *Pulſu*, an *Tractione*.

IV

CONGELAMEN HALITUS (Σύμπηγμα ſive Πῆγμα) eſt *Corpus Permanens*, *in quod* Halitus *remittente* (decreſcente) *Calore* revertitur.

 SCHO-

Digitized by Google

SCHOLION.

Ita ferè ſe habet *Halitus* ad *ſuum* Corpus *Conſiſtens*, ſicut *Aqua Spumans* ad *Tranquillam*.

V

VAPOR (Ἀτμὶς Ariſtoteli) eſt *Halitus*, cujus *Congelamen* eſt *Humor*. 1

Sive eſt *Aqua diſperſa*, cujus Particulæ cum antea ſe tangerent, jam 2 ſunt deinceps poſitæ & non tangunt.

NOTA.

Georgius Agricola *Vaporem pro Fumo* uſurpat. Vide de Ortu & Cauſis Subterran, l. 1 c. 7.

VI.

VAPIDUM CORPUS, cui *Vapor admixtus* eſt.

VII

NIDOR eſt *Halitus*, cujus *Congelamen* eſt *Liquor Pinguis*.

VIII

FUMUS (Καπνὸς Ariſtoteli) eſt *Halitus*, cujus *Congelamen* eſt Corpus *Conſiſtens*, ut *Sal Volatilis*.

IX

HALITUS MIXTUS eſt, qui ex *Vapore, Nidore*, aut *Fumo permixtis* 1 conſtat.

Fuligo eſt quippiam Mixtum ex *Fumo* & *Nidore*. 2

Halitus e *Sulfure*, dum Flores Sulfuris fiunt, item e *Cafura* (ſive 3 Camphora) videtur aliquid ex *Nidore* & *Fumo* mixtum.

CAP. V

DE SUPERFICIE COMPENDIARIA ET EXQUISITA.

Conf. Log. Hamburg. l1. c. 6 § 108 ſequ.

Argumentum.

1 Definitio eſt SUPERFICIEI COMPENDIARIÆ CORPORIS. Sectiunculas habet 5.

2 SUPERFICIEI EXQUISITÆ.

Nota *Superficiem* ſumi *pro Perimetro*.

Scholion. *Carteſii Superficiei Exquiſitæ Definitionem* explicat. Sectiunc. 3.

Digitized by Google

I

1 SUPERFICIES COMPENDIARIA (ſive *Figura Summaria* ſive *Confuſi*) CORPORIS dicitur, quæ *Subſtantiam* Corpoream *complectitur Ambitu Breviſſimo*.

2 Sive eſt ultimus Terminus Corporis *diſſimulatis* particularibus *Difformitatibus*, ut *Poris*, *Cavernulis*, *Scrobiculis*, *Colliculis*, *Aſperitatibus*, intellecti.

3 Verbi gratiâ, ſi *Pumicis* aut *Spongiæ* Quantitatem ſumam *detractis* omnibus iſtis *Spatiis*, quæ ab *Aere* occupantur.

4 *Columnæ* Figura dicitur *Cylindracea*, aut *Curticonica*, *diſſimulatis* interea *Striis*.

5 Figura *Scapi* (Caulis ſive Caudicis) *Plantæ* dicitur vel *Teres* vel *Priſmatica Angulata* & quidem vel Triquetra vel Quadrangula, *non* conſideratis interea *Aſperitatibus*, *Scrobiculis*, *Sulcis*, *Rimis*, aliiſque vel Concavitatibus vel Convexitatibus parvulis Summariam Figuram quaſi vitiantibus.

II

SUPERFICIES EXQUISITA (ſive *Diſtincta*) eſt ea quæ *componitur ex Superficiebus Extremarum Atomorum*. (Hæc autem multis *Foraminibus Hiulca* eſt).

NOTA.

Superficies ſumitur *pro Perimetro* Corporis, ſive ſit *una* Superficies, ſive ex pluribus *compoſita*.

SCHOLION.

1 *Carteſius* in Reſponſionibus quartis pro Meditationib. de Prima Philoſoph.
“ ad alteram partem (ſect.2 ad ea quæ Theologos morari poſſunt § 6) *Superfi-*
“ *ciem Exquiſitam* intelligit, cum *Superficiei ſingulis Particulis* Corporis Senſibilis *immediate circumpoſita* meminit. Hoc eſt, quæ *componitur ex Superficiariis Perimetris Extimarum Atomorum* quaſi *Continuatis*, ſive ex Partibus Exterioribus Perimetrorum.

Digitized by Google

In Circulis in Plano *compoſitis* facile intelligitur *Perimeter ex Arcubus Exterioribus Perimetrorum* compoſita. Eſtenim Lineamentum, cujus Partes communi quaſi Puncto cohærent. 2

Verum ſi *Globuli componantur*, quia Contactus Globulorum non undique Vacuum Internum ab Externo ſecludunt, *incertus* eſt quaſi *Terminus Exterioris Semiperimetri* in quolibet Globulo, neque componitur Continua aliqua Superficies ex iſtis Semiperimetris, cum Globuli tantum in Puncto ſe contingant. 3

CAP. VI

DE CORPORIS STABILIS SPECIEBUS QUIBUSDAM.

Argumentum.

1 Definitio eſt SALIS MEDIO MODO SUMTI.
Sectiunculas habet 3.
2 SATURATÆ SALE AQUÆ.
3 SALIS LATISSIME DICTI.
Sectiunc. 2.
4 SALIS STRICTISSIME DICTI.
Sectiunc. 2.
5 SALIFORMIS SYNCRIMATIS.
6 TERRÆ.
7 LUTI
8 TERRÆ SIMPLICIS.

I

conf. part. 2 ſect. 2 c. 7 aſſ. 1 ſequ..

SAL MEDIO MODO SUMTUS dicitur *Corpus Conſiſtens*, 1
quod ab *Aqua* ita *liquatur*, ut eam *relinquat* perfecte *Pellucidam*, *nec* ab ea proprio Pondere (ſive reſidendo) *ſeparetur*.

Sive, quod ab Aqua ita liquatur, ut eam tandem *ſaturet*. 2

Hujuſmodi ſunt *Sal Veſcus* (ſive Communis), *Sal Gemmeus*, *Nitrum Halinitrum* (ſive Sal Petræ), *Sal Armeniacus* (ſive Ammoniacus Factitius), *Chalcanthum* (ſive *Vitriolum*), *Alumen*, &c.. 3

II

SATURATA SALE AQUA dicitur, ubi *plus Salis ejuſdem* Speciei *non liquat.*

III

1 SAL LATISSIME DICTUS dicitur Corpus *Conſiſtens*, quod ab *Aqua liquatur* & cum ea Corpus Apparenter Similare conſtituit, ſive eam *ſaturet*, ſive tandem *in Liquorem Lentum* & *Opacum*, vel etiam Pultem quaſi *coeat.*

2 Uti *Saccharum, Gummia, Glutina.*

IV

1 SAL STRICTISSIME DICTUS eſt *Sal* ex *Spiritu Acri* & *Conſiſtente* Corpore *non* conſtitutus, *Aquam ſaturans.*

2 Talis eſt *Sal Vriſcus*, *Sales* e *Cineribus*, verbi gratiâ Sal *Fagi*, Sal *Tartari*. Item *Halinitrum* (ſive Sal Petræ).

V

1 SALIFORME SYNCRIMA eſt *Corpus* ex *Corpore per Spiritum Acrem corroſ,q* ita conſtitutum, ut *Salis medio modo dicti* Definitio ei competat.

2 Talia Syncrimata ſunt *Chalcanthum* & *Alumen.*

VI

TERRA dicitur Corpus *Corpuſculis* conſtans, quod *Aquis Irrigatum cohæret*, iiſdem *permiſtum* quieſcente Aqua tandem *reſidet*, id eſt, Fundum Aquæ occupat. conf. part. 1 ſect. 2 c. 3 aff. 2.

VII

LUTUM eſt *Terra Aquis Rigata* & *Cohærens.*

VIII

TERRA SIMPLEX eſt *Corpus Corpuſculis* conſtans, cujus *nulla Pars* vel Aquis ſolvi (ſive *liquari*) vel ab Igne *fundi* (liquefieri) vel *exhalari* (ſive in Halitum converti ſive tranſmutari) poteſt.

ADDENDA
PARTIS I SECT. II PORTIONIS I CAPITI I.

Argumento adde hæc:

21 quid FORMA PRIMIGENIA.
22 quid FORMA ORTA.
Sectiunc. 2.
23 quid FORMA CORPOREA.
Sectiunc. 2.
24 quid FORMA INCORPOREA.
Sectiunc. 3.

☞ In Definition.17 Sectiunc 1 poſt *Subordinata* adde: (Franconi Burgers-
« dicio Colleg Phyſ. diſp 3 theſ. 8 *Præcedens*).

Et Sectiunc. 2 poſt vocem quæ: cum Materia Prima; poſt vocem Materiam voculam Subſtantialiter inſere.

Definitioni 20 adjice has:

XXI

FORMA PRIMIGENIA (*Primitiva*) dicitur Forma *ex nullis* aliis Formis aut Formarum Gradibus orta ſive *compoſita*.

XXII

FORMA ORTA dicitur *contra*. 1

Talis eſt Forma *Miſti* ſecundum Zabarellam; Forma *Miſtio-* 2
nis ſecundum Zimaram.

XXIII

FORMA CORPOREA dicitur, quæ *Extenſa* eſt ad *Extenſio-* 1
nem Subjecti.

Ut Forma *Aquæ, Lapidis, Auri*. 2

XXIV.

FORMA INCORPOREA dicitur, quæ *tota* eſt in *qualibet* 1
Parte Subjecti ſui.

Ita *Anima Vegetativa* & *Senſitiva* ſunt quidem Formæ Mate- 2
riales ſed Incorporeæ.

Ex Accidentalibus Formis etiam *Species Senſiles* Incorporeis 3
Formis annumerantur.

FINIS PARTIS I.

JOACHIMI JUNGII
LUBECENSIS

DOXOSCOPIARUM
PHYSICARUM
MINORUM
PARS SECUNDA,
quæ
ASSERTIONES PHYSICAS
comprehendit.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIS II

quæ

ASSERTIONES

comprehendit,

SECTIONIS I,

DE

DOGMATIBUS PROTOPHYSICIS,

PROOEMIUM

DE MODO SCIENDI PHYSICO.

Argumentum.

1 Aſſertio docet, *in quo* MODUS SCIENDI PHTSICUS præcipue conſiſtat. Sectiunculas habet 7.

Scholion 1 contra quoſdam Modum hunc Sciendi *ex Zabarella adſtruit.* Sectiunc. 3.

2 Modum hunc Sciendi *a Mathematico diſcrepare.*

3 *de* ARISTOTELIS DOGMATIBUS judicat. Sectiunc. 2.

4 *nullam Demonſtrationem in Phyſica* Ariſtotelis *exſtare* aſſerit. Sectiunc. 2.

5 *ex* PRÆDICAMENTIS *non* eſſe petendas *Sumtiones Phyſicas* probat. Sectiunc. 4.

3 *Phyſicam* GEOMETRIÆ *Subalternari* exemplis quibuſdam declarat. Sectiunc. 12.

4 ad LIBRI NATURÆ Lectionem exhortatur. Sectiunc. 2.

Scholion eos, qui *Obſervationes urgent, a crimine Ignorantiæ* & *Scepticiſmi defendit.* Sectiunc. 3.

5 DISTINCTAM in Phyſica EXPERIENTIAM inculcat. Sectiunc. 11.

Conſectarium *Diacriſes magis* inſervire *Phyſicæ* quam *Syncriſes* colligit. Sectiunc. 2.

6 SENSUM *non errare contra Ariſtotelem* probat. Sectiunc. 8.

7 *Non tot* eſſe *Entia, quot* ATTRIBUTA, demonſtrat, & *Exemplis* compluribus declarat. Sectiunc. 100.

Scholion 1 DEMOCRITI *Sententiam de Qualitatibus* exponit. Sectiunc. 3.

2 ARISTOTELEM quoque *Colorem* pro Attributo a *Lumine Realiter non Diverſo* habuiſſe. Sectiunc. 9.

3 *ex Sexto* Empirico locum *de* SONO *non Subſiſtente* exhibet. Sectiunc. 1.

4 de RELATIONIBUS, quod *Denominationes* ſint, *Auctoritates* indicat. Sectiunc. 3.

5 quam *Inepti* ſint, *qui Facultates Occultas* inducunt & *Formas* multiplicant, ATTRIBUTIS MATHEMATICIS docet. Sectiunc. 13

8 HYPOTHESIUM PAUCITATEM commendat. Sectiunc. 20.

Scholion 1 *cur* ÆSOPUS *Olitori ſatisfecerit*, tangit. Sectiunc. 3.

2 HERACLITUM *laudat.*

3 AUCTOREM Libri DE MUNDO. Sectiunc. 4.

4 MERCENARIUM, quem *etiam reprehendit.* Sectiunc. 6.

5 MO-

5 MODUM Metaphyſicorum DEMONSTRANDI Formam, notat.

9 *Cauſas tres* adfert, cur Phyſicarum DEMONSTRATIONUM *minor Acribea* ſit. Sectiunc. 4.

Scholion, *nihil* ideo *excuſari Ariſtotelis Paralogiſmos*, oſtendit. Sectiunc. 2.

10 DEUTEROPHTSICAS Demonſtrationes *abſque* PROTOPHTSICIS conſiſtere poſſe, exemplis monſtrat. Sectiunc. 7.

11 *Apodicticæ Methodi* ORDINEM proponit. Sectiunc. 6.

Confectar. 1 *male de Cœlo ante Sublunaria* doceri, aut *ab Homine initium* fieri, colligit. Sectiunc. 3.

2 METEORORUM *Doctrinam Foſſilibus non* eſſe *præmittendam*. Sectiunc. 4.

12 UTROQUE Doctrinæ *ordine Phyſicam tradendam* aſſerit.

13 *Non* ſtatim a *Dogmate diſcedere*, qui *Vocabula* OBSCURA *mutat*. Sectiunc. 2.

Scholion ARISTOTELIS *Obſcuritatem* notat. Sectiunc. 2.

14 CONSIDERANDI MODUM e Phyſica *rejicit*. Sectiunc. 3.

Corollarium RES NATURALES ſæpe perperam *pro Corporibus Naturalibus* poni monet.

ASSERTIO I

Sectiunc. 1 MODUS SCIENDI PHYSICUS eſt Phænomena non ad præconceptas Opiniones, ſed *Hypotheſes ad Phænomena accommodare*.

Digitized by Google

Sive, ut Ariſtoteles de Pythagoreis l.2 de Cæl. t.72 fine, 2

„ πρὸς τὰ φαινόμενα τοὺς λόγους καὶ	*eorum quæ apparent Rationes &*
„ Αἰτίας ζητεῖν,	*Cauſas quærere,*

non

„ πρός τινας δόξας καὶ λόγους	*ad quaſdam Opiniones & Rationes*
„ τὰ φαινόμενα προσέλκειν, καὶ	*ea quæ apparent trahere, atque*
„ πειρᾶσθαι συγκοσμεῖν.	*conari ornare.*

Simillimus locus exſtat l.3 de Cæl.t.61. 3

Aut enim Epiſtemonice docere cupiunt Peripatetici, aut Empirice. 4

Si *Epiſtemonice*, Axiomata, aliaſque *Protophaſes* omnibus Ambiguitatibus expeditas *præmittant*, inde *Theoremata* numero certa *inferant*. 5

Si *Empirice*; *Theoremata*, quæ Operationum Fundamenta ſint, 6
proponant; *Canones*, qui Operationes Phyſicas dirigant, tradant, utrumque *per Experientiam* comprobent.

Quod ſi *neutrum* faciunt, certum eſt, ex eorum Inſtitutione 7
nullos niſi *Pſittacos* prodire poſſe, qui abſque Intellectu ea occentent.

Scholion I

Qui Modum Sciendi Phyſicum non dari e *Zabarella* confirmare 1
nituntur, hoſpites ſe in ejus ſcriptis eſſe produnt, nec lib. de Nat. Scientiæ Conſtitut. cap. XI (col.30B) perlegiſſe; ubi inter alia hæc
reperiſſent: *Averroes* (hunc enim eo in loco Zabarella ſequitur) 2
„ *exempla ferens Logicæ Particularis nominavit ex gr. librum ſecun-*
„ *dum Phyſicorum, & Primum de Partibus Animalium. Putavit enim*
„ *hæc eſſe Principia Cognitionis in ſingula Diſciplina, per quæ monea-*
„ *mur, qua Methodo in ea Diſciplina progrediendum ſit. Nec dico* 3
„ *hanc eſſe Logicam rebus Naturalibus applicatam, quæ Utens ſive in*
„ *Uſu poſita vocari ſolet. Nam hujusmodi eſſe totam Scientiam Natu-*
„ *ralem certum eſt, non ſolum aliquem unum ejus Scientiæ librum; ſed*
„ *dico eſſe Logicam Docentem, ſed propriam Scientiæ Naturalis,*
„ *ideoq; in Naturali Scientia traditam, non in libris Analyticis.*

II

Digitized by Google

II

„ Si *Modus Definiendi Phyſicus diverſus* eſt a *Mathematico* Definiendi Modo, docente id Ariſtotele l. 2. Phyſ. t. 19, l. 6 Metaph. t. 2, l. 11 Metaph. c. 7. 7; Phyſicus etiam *Sciendi* Modus a Mathematico *diſcrepabit*.

III

1 DOGMATA ARISTOTELIS Protophyſica etiamſi conſiderentur *ut Hypotheſes* (quamvis l. 8 Phyſ. Acroaſ. t. 15, ubi contra Empedoclem diſputat, ſibi perſuadeat, ſe non Hypotheſes, ſed vera Principia protuliſſe) ſunt *Poſitiones* inertes, ſteriles, *inutiles*; nullum adjumentum ſed potius multum impedimenti afferunt Medicis Studiis, ſive tum Theoriæ tum Praxi. Ad nihil proſunt, niſi ut Chartas commaculent.

2 „ Ariſtoteles reprehendit Veteres, quod πρὸς ὀλίγα ἐπιβλέψαντες (*ad pauca reſpicientes*) pronuntient (v. de Gener. & Corr. l. 1 t. 7 fin.). De ipſo vere affirmatur, quod paucis *Obſervationibus* nixus vel *nullis* potius, *de grandibus* rebus & toto Univerſo dogmatizet.

IV

1 *Mirum* eſt Peripateticos adeo certos eſſe de Demonſtrationibus in Acroaſi Phyſica contentis, *nec* tamen *ullum* Commentatorem inveniri, qui vel *Demonſtrationum*, vel *Axiomatum* ſaltem in iis adhibitorum *numerum* exprimat.

2 Nos *nullum* vel in Protophyſicis vel in Haplophyſicis (Similarium Scientia) *Exemplum Demonſtrationis Ariſtoteleæ exſtare* aſſerimus. Non loquor de Empſychologia, non quod ibi exſtent, ſed quod nolim meos Auditores ad Compoſita feſtinare, nondum recte perceptis & examinatis Simplicibus.

II

1 Ex Doctrina PRÆDICAMENTORUM *nullæ Sumtiones ad Phyſicas Demonſtrationes* ſunt arceſſendæ *.

* adv. Ariſtot. l. 1 Phyſ. t. 13; l. 5 t. 9 & 31; l. 7 t. 5; l. 1 Cæl. t. 118; & l. 1 de Anim. t. 6 & 78.

Digitized by Google

Vel enim *ex Metaphyſica* Prædicamentorum Doctrina petentur, 2
verum ita *in Ordinem* Scientiarum *Didacticum peccabitur*, cum Metaphyſica poſterior ſit Phyſicâ, a qua accipit Materiam Primam, Formam, Intelligentias, Animam, Habitus, Species Senſiles, Intellectiles:

Vel *ex Logica* petentur, ſed *Categoriæ*, quæ in Logices veſtibulo 3
proponuntur, craſſiuſculo, confuſo & *non Apodictico docendi genere* traditæ ſunt, etiam Zabarellæ judicio l.2 nat.Log. c. 3.

Quin imo *in Metaphyſicis Prædicamenta ne tractari* quidem pa- 4
lam eſt, librum quintum percurrenti.

III

Ex GEOMETRICIS Demonſtrationibus *mul-* 1
ta in vera Phyſica demonſtrantur.

Sive Phyſica Geometriæ Subalternatione partiali eſt Subordi- 2
nata.

Exempli gratiâ in Doctrina de *Globo Telluris*, de *Scatebris e pro-* 3
pinquis Fluviis, de *Altitudine Aeris*, *Viſione*, *Iride*.

Quin & *Animalium* Theoria ſubalternatur Geometriæ. 4

Ariſtotelis liber *de communi* Animalium *Motione* totus *e Mecha-* 5
nica petitus eſt.

Idem de *Inceſſu* Anim. c, 9: 6

„ ἐι μὴ αἱ δύο τῆς μιᾶς μείζους ἦσαν, „ οὐκ ἂν ἠδύνατο κινεῖσθαι τὰ Κυμαί- „ νοντα τῶν Ζώων.	*niſi duæ unâ majores eſſent, non poſſent moveri quæ Undoſo procedunt Inflexu Animalia.*

Quia enim Longitudo Corporis in Arcum contrahitur, ter- 7
mini Arcus fiunt ſibi propiores. Anterior dum ſolo hæret, poſterior attrahitur. Dum poſterior ſolo affigitur, anterior promovetur.

Id

Digitized by Google

8 Id in *Erucis* licet cernere, quæ terminos habent definitos. At *Serpentes* & *Anguillæ* faciunt terminos, ubi lubet.

9 „ Idem l. 2 de *Generat.* Animalium c. 1 paulo ante fin. *Motiones* „ *in Semine* illuſtrat *per Motiones*, quæ fiunt in *Miraculis per ſe motis* (Au-
10 „ tomatis). Hinc pauci ſunt, qui Ariſtotelis ſententiam de Propagatione Animalium quæ per Semen fit, recte intelligant.

11 Multa *alia* Loca adduci poſſent ex Ariſtotelis libris de Cælo, & aliis ejus ſcriptis, quæ abſque Geometria & reliqua Matheſi intelligi nequeunt.

12 Quid? quod, quia *multum* adhuc *deeſt* S*taticæ*, P*horanomicæ*, O*pticæ*, hæc *Imperfectio* etiam redundet *in Phyſicam*.

IV

1 LIBER NATURÆ legendus, qui nec lubricus eſt, nec lubricus reddi poteſt.

2 „ Pena & Lobelius Stirp. Adverſar. p. 411 de Lentiſco: *Flores A-*
„ *prili menſe promit, non particulatim, ut putarunt ex Arati aut* C*iceronis*
„ *verſu*

„ *Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu*,

„ *quod Theophraſtus merito Scillæ attribuit*, (Hiſtor. Plant. l. 7 c. 12) *hi au-*
„ *tem* (Aratus & Cicero) *vocis affinitate decepti*, *Lentiſco* (Σχί-νος, Σχίλλα).

SCHOLION.

1 Qui *Obſervandi Studium urget*, ſive Hiſtoricam Phyſicæ partem retinet, & *Demonſtrationes* a D*ialecticis* Syllogiſmis ſedulo *diſtinguit*; *neq;* eſt P*ræceptor Ignorantiæ*, *neque* P*yrrhoniorum* Hæſitationem probat.
2 Quiſquis vero *Auctoritatem Ariſtotelis*, R*ationi* & *Experientiæ præfert*, *a Philoſophicis* abit P*rincipiis*.
3 In *hac Iſagoge noſtra* ponimus *Hiſtorica*. Utinam liceret nos uberiores in hoc genere eſſe.

Digitized by Google

V

E DISTINCTA ſive Diſcreta, non Confuſa 1
EXPERIENTIA, uti reliquæ Scientiæ, ita *Phyſica* quoque *exſtruenda* eſt.

Sæpe id inculcat *Galenus* in libris de Simplicium Medicam. Facultatib., ut l.1 c.25 & 26; l.2 c.9 & 21; l.3 c.16; l.4 c.7 & ult. fin.. 2

Et *Aſtronomi* ſingulares quaſdam obſervandi *occaſiones* captant. 3

Exempli gratiâ. Quia *Planetæ* variis Anomaliis, variis Legum Motibus implicati ſunt, tum potiſſimum iis inſidiantur, ubi *Inæqualitate* aliqua *exuti* ſunt. 4

confer Log. Hamburg. l.4 c.4 § 27, 28.

Eſt autem *Diſcreta Experientia* quæ *a Simplicioribus* maxime progreditur. 5

Exempli gratiâ. Qui *cauſas Saporis Acerbi* (Adſtringentis) rite 6
eſt *inquiſiturus*, *primum* eas res explorat, quæ *mero Acerbo* Sapore præditæ, nec Acido, Acri, Amaro aliove (vid. Galen. Simplic. Medicam. Fac. l.4 c.8) complicati ſunt; nec ſolum quomodo Linguam afficiant attendit, ſed etiam quid in *Similaribus* atque Inanimatis Corporibus, exempli gratiâ, *Coriis, Funibus* &c. præſtent, rimatur.
(Adſtringentia ſcilicet denſant Coria, & Retia Piſcatorum, ut eo 7
tardius ab Aqua corrumpantur). Novit enim Animata Corpora, 8
qualis *Lingua* Guſtans eſt, *magis* eſſe *Compoſita* & pluribus agendi patiendique Principiis implicata quàm Similaria Inanimata.

Ita ab *Aqua Simplici*, non Albis, Alſtriæ, Billæ; 9

a *Cineribus* certi Ligni, *Faginis, Quernis*, non Mixtis; 10

a *Tetrapharmaco*, non Theriaca, ſenſim ad magis Compoſita progrediamur. 11

Con-

Consectarium.

1 *Ad* Phyſica *Theoremata* recte conſtituenda *magis* illæ Obſervationes inſerviunt, quæ per Analyſes, ſive *Diacriſes* procedunt, quam per Syntheſes ſive *Syncriſes*.

2 *Confuſa* eſt Experientia *Pharmacopœorum*, at *Diſtincta Docimaſtarum* (Probierer). Hi magis reſolvunt, illi magis componunt.

VI

1 *Senſus non errat*, ſed Cogitativa.

2 Errat *Ariſtoteles* l.2 de Anim. t.63 & l.3 t.26; & l. de Senſ. c.4 circa
» fin., dum putat, *Senſum non errare circa Proprium Objectum*, *at* errare
» *circa Communia* Objecta, verbi gratiâ, *Figuram*, *Magnitudinem*.

3 Sicut T*abula excipiens* P*icturam* rerum foris poſitarum *in Tenebroſo* Conclavi *non errat*; ita quoque neque Senſus errat, *ſed Cogitativa*, ut dum S*imia* cogitat, *aliam* eſſe Simiam *pone Speculum*.

4 Errat autem etiam *circa Propria*.

5 Verbi gratiâ, dum *putat* S*pumam* eſſe *Albam*; conf. aſſ. 7

6 *Rupturam Vitri* eſſe *Argentei Coloris*. ſectiunc. 30,

7 T*exturam Damaſcenam* eſſe *Colore Variam*, quaſi ex Cinereo & Nigro compoſitam. 31.

8 Jordanus *Brunus quoque* in hac re *reprehendit* Peripateticos l.2 de Minimo, c 3.

VII

1 *Non* ſunt *tot Entia* (Accidentia, Qualitates, Formæ) in Corporibus Naturalibus ponenda, *quot* eorum deprehenduntur ATTRIBUTA, imo *ne* tot quidem *Modi Entis*.

Sive Attributum Subjecto non ſemper ſuperaddit Rem a Subjecto Diſtinctam, ſed ſæpe tantum Modum quaſi Entis. 2

„ Ocamus Nominalium Princeps ita proponit: *Non ſunt multiplicanda Entia præter Neceſſitatem.* 3

Sint in aliquo Aggregato Senſili, ſexaginta *Attributa* (Experientiâ Obſervabilia) Senſilia. 4

Verbi gratiâ 5

in *Auro Liquabile, Ignibile, Tractile*, *Malleabile*, ab *Hydrargyro Dealbabile*, a Sale *Armeniaco Solubile*, &c.

Sive in *Ferro* a *Spiritu Halinitri Solubile*, a Spiritu *Chalcanthi Conglaciabile*, item *in Lutum Unguinoſum* ſive Butyrum Nigrum vel Cinereum *Convertibile*, cum *Spiritu Halinitri Efferveſcibile*, ab *Aqua in Ferruginem* ſive Rubiginem *Mutabile*, &c.. 6

Sive in *Plumbo Excoctile e Galena, Convertibile* vel *in Ceruſſam* Candidam aut Cineream, vel *in Sandycem*, vel *in Vitrum*, *Inquinativum* (Smitzend), *Ciner aceo Colore*, *Grave*, *Liquabile*, *Flexile*, *Sectile Ferro*, *Raſile* Ferro, *Pulverabile in Igne*, *Conglutinabile Teſtæ*. 7

Quæro, *an totidem* in his ſtatuant *Accidentia*, *an* vero *pauciora*, ita ut plura inter ſe Specie Diverſa Attributa cum uno aliquo Accidente Realiter Idem ſint, ſicut Potentia Urendi, Inflammandi, Fumificandi, Divaporandi, Rarefaciendi &c. Realiter Idem ſunt cum Calore, etiam ſecundum Peripateticos. 8

Si *prius* (id eſt, ſi tot velimus ſtatuere Entia, & Inhærentias, & Proprietates, quot noſter Intellectus concipit Attributa), tunc etiam, quoties *novum Attributum* ſe offert, *novum* ſtatuetur ineſſe *Accidens*. Atqui *Attributa* ſive Differentiæ cujuſcunque Corporis Senſilis numero ſunt *Infinita*, quia nunquam tot Attributa unius Aggregati Senſilis Specie ejuſdem obſervari, notari, ſciri poterunt, quin plura nova obſervari, notari, cognoſci poſſint, (ſi ſcilicet novæ fiant ejus cum aliis atque aliis Corporibus Commiſtiones, ſive novæ Applicationes). 9 10

Co-

11 Conetur mihi aliquis Adverſarius *omnia Auri Attributa*,
ubi congeſſerit, recenſere, & pignore depoſito contendat, non poſ-
ſe dari Attributum Auri ultra iſta quæ recenſuit, ego experiar, an in-
12 venire poſſim Inſtantiam. Vel ex *Officina* alicujus Artis aut Opifi-
13 cii *novum* Attributum ipſi adhuc incognitum reperire potero. Ver-
bi gratiâ: **Gold in Ferhöhung der Gemäldten gebraucht/
felt Braun aufm Flakken Tahg. Drumb ſol es fernidden
werden (den weils Braun felt/ oder ſcheinet / ſo höhets
nicht/ ſondern tieffet fielmehr).** Vide noſtras Obſervationes
Pictorias.

14 Quod ſi in Auro, quod eſt Corpus notiſſimum, & hacte-
nus in Partes Miſtitias non Diſſolubile, quamvis multis modis tracta-
tum, examinatum, immutatum, id tentare refugiat, *ſumat aliud*
quodcunque *Corpus*, ſive Rarum, ſive Frequens, dummodo Tractatio-
ni meæ obnoxium.

15 Non minus atque in *Circulo* a Geometris *novæ* deprehen-
16 duntur ſemper *Proprietates*. Quot ſunt Propoſitiones de Circulo,
tot Circuli aut Peripheriæ Facultates poſſunt conſtitui.

17 Primo habet Facultatem, *duas ſe Decuſſantes* Lineas ita *ſecandi*, ut v. Euclid.
Rectangula e Segmentis facta ſint *Æqualia*. Elem. l. 3

18 Secundo *Semiperipheria* ducta facit AB *Mediam Proportionalem* in- prop. 35;
ter CA, AD. l. 6 prop. 13;

19 Tertio recipit *in eodem Segmento* nonniſi *Æquales Angulos*. l. 3 prop. 21.

20 *Reliquas* Circuli Proprietates ex Euclide collectas vide *apud Carda-
num* l. 16 initio, apud quem *&* *Senarii* Proprietates vide l. 20 (p. 984
21 edit. Baſileenſis anni 1582). Si quis vero putet, omnes ſe Circuli
Proprietates nc ſſe, producemus Nos Novas ex Schedis noſtris, ubi
multa demonſtramus *de Quadrangulo Circulo Inſcripto* in Problemate
22 Acyclo, quæ hactenus *ignota* fuerunt. Item *Apollonius* in Locis Pla- v. Papp. Ma-
nis multa de Circulo, quæ Euclides nondum vidit. them. Col-

23 Atqui *Attributa Realiter* a Subjecto ſuo *Diverſa non* lection. l. 7.
poſſunt eſſe numero *Infinita*. Alioqui darentur in *Spatio Finito* En-

tia numero *Infinita*, quod eſt abſurdum. Non omnia igitur Attributa a Subjecto ſuo Realiter differunt.

Quod ſi *poſterius* amplectantur, (id eſt, ſi aſſerant quædam eorum Attributorum eſſe Entia Realiter inter ſe Diverſa) tunc aut *Inductione* id colligere, aut poſitis vel Axiomatibus vel Hypotheſibus aliquibus *Demonſtrare* oportet, cum quo Accidente quæ Attributa Realiter Idem ſint, vel quænam ſint ea Accidentia, quæ re vera in Re exſiſtant & inter ſe *Realiter Diverſa* ſint, ſive idem Nomen cum aliquo recenſitorum Attributorum habeant, ſive non. 24

Si Inductione, oportet ut *Reſtricta* ſive Determinata quædam *Univerſalis* vel una vel plures dentur, quæ per Inductionem colligantur, e quibus *Particularis* ſponte *conſequatur*. 25

Verbi gratiâ, ſi quis Inductione colligat: 26

Omnia Attributa unico ſenſu Senſilia eſſe *Entia Realiter* a ſe invicem *Diverſa*,

ergo quædam Attributa ſunt Entia Realiter inter ſe Diverſa.

Deinde *quædam* Attributa talia ſunt, ut *non* poſſint *Identificari cum Accidente* aliquo. 27

Verbi gratiâ *Roſa Odorata* agnoſcitur. Verum non eſt Accidens aliquod in Roſa, quod ipſam faciat Odoratam, ſed ideo Odorata eſt, quia in ſe habeat *Subſtantiam* quandam *Exhalabilem* ita accommodatam nobis, ut ſuaviter afficiat Nares. 28

In Specie etiam ſive Particulariter Aſſertio declarari poteſt ita. 29

Liquor Citrinus aut *Rubeus* in *Spumam* actus *Albus* apparet. 30

Fiſſuræ Vitrorum in *Specularibus* ſive Feneſtris Oculo *oblique* intuenti Argenteæ ſive *Candidæ* videntur. 31

Ergo quidam COLOR eſt Emphaſis ſeu *Apparentia* orta ex peculiari Reflexione aut Collectione Lucis. 32

Sic & *Nigror* in *Mixtura* Dilutorum *Chalcanthi* & *Gallæ* ſubito exortus. 33

Item

34 Item *Colores* apparentes in *Metallis ex parte* (ſecundum quid)
Politis; item in *Herbarum* quarundam *Striatis Foliis*; in *Cauda Pavo-
num*, & *Collo Columbarum*.

35 • *Atramentum* Scriptorium vulgo *Atrum* exiſtimatur. At ſi Pen-
nam Atramento imbutam imponas *Aquæ*, aut Guttulas aliquot ei
inſtilles, *Violaceam* conſpicies Aquam. Si plures Guttas, *Saturatiori*
Colore evadet.

36 In *Flamma* ejuſdem *Candelæ major* apparet *Rubor* de *Die*, quam
37 de Nocte ſive in *Tenebris*. Et in ejuſdem Candelæ Flamma, quæ
continue perit & redintegratur, ſemper in eodem Loco, ſcilicet in
Imo apparet *Cæruleus* Color, in *Medio* Flammæ *Candidus*, in *Summo*
Ruber.

38 *Violæ alium* Colorem habent *ad Candelam*, alium in *Luce Diei*.

39 Ita quoque *Turcois*.

40 *Saturi* quoque *Colores*, ut recte perſpiciantur, requirunt ipſi *Lo-
41 cum Luminoſum* & *Oculum* in *Obſcuriore* Loco conſtitutum. Vide
Macrobium de Auguſto emturo *Purpuram* Saturnal. l. 2 c. 4 (ſect. 13),
& confer Plin. l. 9 c. 38 fin..

42 Eadem ratione *Sapphirus* apparet *Cærulea*, ſive eandem Muta-
43 tionem in Viſu facit, quam *Flos Cyani*, *Aquilegiæ*, *Bugloſſi* &c.. Non
44 opus eſt ſtatuere peculiarem aliquam Qualitatem, ſive Formam. Sed
ſicut certa Permixtio ac Conjunctio Principiorum Sapphiri ei tri-
buit, ut Limam reſpuat, Adamantis Pulvere poliatur, & cæletur,
Igne decoloretur, &c., & tamen vere hæ Potentiæ ſive Aptitudines
inſunt Sapphiro, ſed non ſunt Entia ab ipsâ Sapphiri Subſtantiâ Di-
ſtincta: ſic etiam vere de Sapphiro enuntiatur, quod Cærulea ſit, hoc
eſt, quod Oculum tali Alteratione alteret, ſive quod Lumen ab eo
in Oculi Retinam ſparſum tale ſit, quale ſentitur, vel etiam quod
Lumen, quod a Sapphiro per Foramen in Chartam intra Tenebro-
45 ſum Cubiculum ſpargitur, ſit tale. Nam Lumen, quod a Sapphiro
46 ſpargitur, differt a Lumine, quod ab Adamante ſpargitur. Et Lu-
men Secundarium, quod a Lacte ſpargitur, differt a Lumine Secun-
dario, quod ab Atramento ſpargitur.

Qua-

Digitized by Google

Qualis autem *Mutatio*, Alteratiove *Luminis* fiat a re Colorata, 47
ſeu quæ Colorata dicitur, *ignotum* adhuc eſt.

Quod quædam, *dum* GUSTANTUR, ſimul *Naſum* ODORE 48
Acri vel Gravi feriunt, id totum eſt Differentia a Guſtu Perceptibilis, ſed reſolvitur in id, quod ea res habeat eam Mixturam, ut, dum in Lingua reſolvitur, & Linguam feriat, & ſimul Vaporem ad Naſum emittat.

Ita *Acris Sapor* nihil aliud eſt niſi *Penetrativitas* quædam. 49

Amarus Fumoſitas quædam. Amara ea ſunt, quæ ſimul habent 50
Acredinem non profunde Penetrantem, & Glutinoſitatem pertinaciter imbuendi, ſeu tingendi, ſeu tectoriandi, ſeu incruſtandi, inhæreſcendi, præſertim Palato poſteriori.

Sal Petræ ſimul *Refrigerante* & *Amaro* eſt Sapore. At *Diacri-* 51
ſin in Subſtantiam Refrigerantem & Amaram non admittit.

Non igitur ſecundum Attributa multiplicantur Partes Syn- 52
diacriticæ, quod tamen Galenus velle videtur.

Ita CALORIS *Senſio* reducitur forſan *ad Relaxationem*, Rarefa- 53
ctionemque *Cutis*, &c..

Cum *Calci Segenbergenſi Aqua admiſcetur*, ſtatim *Lapideſcit*, & 54
ſi *contundatur*, & tum *humectetur*, *non* amplius Lapideſcit.

Ita Calx *Vulgaris*, *Arenâ admixtâ* & *Aquâ* affuſâ *Lapideſcit*. 55

DURITIES iſta, Unio iſta ſive Cohærentia eſtne Ens, an 56
Modus Entis? Durities non eſt Qualitas, aut Ens Inhærens.

Nihil Durius *Atomo*, (quamvis Atomus proprie non ſit Durus, 57
quia eſt Inſenſilis, at eſt Solidus ſive Renitens).

Atomus Terræ nihilo Durior eſt Atomo *Aquæ*. 58

Nervus Tortus eſt *Durus*. 59

Pila

Digitized by Google

60 *Pila Coriacea* (Ballohn) Aere diſtenta ſive *Inflata* eſt *Dura*, at *Interius non* eſt Dura.

61 *Muſculus Inflatus totus* eſt Durus, quia Pori omnes Spiritu repleti ſunt.

92 Ita *Scirrhus* eſt *Durus Tumor*.

63 *Glacies tota* eſt *Dura*.

64 Quæ igitur fiunt & intereunt non ſunt ſtricte dicta Entia.

65 Cum ex *Aqua* fit *Spuma*, eſt Mutatio *abſque* ullius *Formæ Interitu* aut *Ortu*, ut ipſi fatentur Peripatetici. Atqui eſt *Mutatio ſecundum Subſtantiam* & ſecundum *Syncriſin*. Nam Spuma conſtat ex
66 Aere & Aqua. Deinde in multis Accidentibus ſive *Attributis*.
Aqua eſt PELLUCIDA, Aquili Coloris, GRAVIS, LIQUIDA.
Spuma OPACA, Alba, LEVIS, CONSISTENS.

67 *Ita* cum ex *Aqua* fit *Glacies*, eſt Mutatio ſecundum Syncriſin.

68 Sed alia hic eſt Metaſyncriſis quam in Spuma. Senſui evidens eſt, ex Corpore Fluido, Pellucido, Aquilo, Gravi, fieri Corpus Durum, Opacum, Album, Leve.

69 Utrum vero Durities, Opacitas, Albor, Levitas ſint Qualitates, hoc eſt, Entia Realiter Diverſa a Subjecto, cui attribuuntur, id Senſus non docet.

70 Nemo vocat EXSICCATIONEM, quando *Aqua in Glaciem* conſtringitur. Nemo HUMECTATIONEM, quando *Glacies reſolvitur*. Et tamen, ſi quando Humiditas interit, in Conglaciationem interit. Si quando Siccitas interit, Reſolutio Glaciei oritur.

71 *Spumoſus Liquor minus* eſt *Fluidus*.

72 *Pulvis Vitri non* eſt *Pellucidus*.

73 Sicut SECTIVITAS nihil eſt differens a *Figura* & *Duritie* junctis, quando quid Durum ſimul & Acutiſſimo, Æquabilique Angulo (Tenuiſſime) terminatum eſt, Transſectivum eſt: ita PERFORATIVUM.

Digitized by Google

At Figura *Serræ alia Figura* eſt. Quæritur, cur tales Dentes 74
habeat. *Peripateticus diceret*, Serram Tractu Reciproco Sectivam
eſſe, ſive Serrativam eſſe, & SERRATIVITATEM faceret peculia-
rem Qualitatem. Interrogetur Sophiſta, quæ ſit ratio, cur Serra 75
ſecet commodius, quam Gladius, ſcio, hærebit.

Wen eine Stälern Fäder an einem Sloß / oder kleinem Uhr- 76
werk Mat oder Lahm wird / quæritur, quænam ſit iſta Mutatio RE-
TENSIVI *in minus* Retenſivum.

Coactile, ut Pileus, habet LEVOREM, MOLLITIEM, *Duri-* 77
tiem, certam VIM *Retendendi*, CONTINENDI AQUAM.

Charta eſt *Pellucida*, item *Retenſilis*, *Mollis*. Oleo imbuta eſt 78
TRANSPARENS, & tamen Ens per Accidens. Qualitates vero
non inhærent Enti per Accidens.

Qui adeo facile multiplicant Qualitates, *conſiderent* has Qua- 79
litates; FRAGILITATEM, DUCTILITATEM, FLEXILITA-
TEM, FORMABILITATEM, TENACITATEM, SEQUACI-
TATEM, VISCOSITATEM, RUPTILITATEM, LENTOREM,
GLUTINOSITATEM, TRACTABILITATEM, FISSILITA-
TEM, (& quidem aliud *Intruſione Alieni* finditur, aliud *Sponte*, ut,
dum Limus exſiccatur), SECTILITATEM, FRIABILITATEM,
FATISCENTIAM (ut, cum Cinis Clavellatus in Aere Inſenſilem
ob Humiditatem fatiſcit) &c., & experiantur, num certum nume-
rum earum Qualitatum ſtatuere poſſint, an vero ea omnia Attributa
ſub duas Contrarias referre velint Qualitates.

Ovum, ſi *Palmis* utrumque ejus Verticem, non Obliquo, ſed 80
Recto Conatu, *premas*, non eſt Fragile, ſed *Firmum*.

Item

Digitized by Google

81 Item ſi *Scypho Vitreo inſiſtas* Pede æquabiliter, *ſuſtinet* Virum, nec frangitur.

82 Firmitudo itaque & Fragilitas non ſunt peculiaria Entia.

83 Item *Vitreus Globus non* eſt *Fragilis.*

84 Item *Vitrum* in Fili Tenuitatem ductum eſt *Flexile* inſtar Pili. At eadem eſt Subſtantia Vitri Filiformis, & Laminæ Vitreæ, & Globi Vitrei.

85 Catenæ *Annuli* ita implicari poſſunt, ut *Flexilis* ſit. Poſſunt etiam ita implicari, ut *Rigida* ſit Textura, ſi eo circiter *Situ* implicentur, qui eſt *in Annulis Mnemonicis* (Denkelringen), qui ex pluribus conſtant Annulis (die fiel Strenge haben).

86 Wen ein Ding/ das **Biegſam** iſt/ gebogen wird (als ein Eiſendraht) und wieder **wiederſins gebogen** wird/ je öfter ſolche wiederwertige Biegung geſchicht/ je mehr die Biegſamkeit ſergeht/ biß es endlich **bricht.**

87 Alia eſt *Sequacitas in Lana*, *Lino*, *Filamentis Foliorum Bulbi Eriophori*, & aliarum quarundam Bulboſarum Plantarum; alia in *Metallo.* Hoc enim non ſequitur, niſi excalfactum, nec cohæret, ſi Fili partes ſe contingant &c..

88 AMALGAMA ex HYDRARGYRO & AURO habet prorſus *alia Attributa.* Quæro, num Accidentia Auri perierint, & num Attributa iſta, quæ Mixturæ iſti inexſiſtunt, ſint Accidentia Toti Mixturæ inexſiſtentia.

89 Ita quoque LAC eſt Mixtura *Butyri*, *Seri*, *Caſei*, vel Cremoris, Seri primi, Caſei, & Cremoris Butyri, & Seri ſecundi. Dum itaque ſit Segregatio, numquid Attributa Senſilia, quæ in Butyro, Caſeo &c. deprehenduntur, toti Mixturæ inexſiſtebant?

60 Nonne *ſatius* eſt, de hujuſmodi Theorematibus *cogitare*: *In omni Dulci* ineſt *Pinguedo* aliqua ſive *Fluida* ſive *Conſiſtens*, & hæc ſive *Mollis* ſive *Dura* (Sevum)?

Digitized by Google

Panis eſt NUTRITIVUS, MUCESCIBILIS &c.. *Ratione* 91
Subſtantiæ Nutrit, hoc eſt, in Chylum & Sanguinem vertitur. Et ratione Subſtantiæ Muceſcit. Et ratione Subſtantiæ COMBURITUR &c: ſecundum Peripateticos.

Tot itaque ſtatuendæ forent *Formæ Subſtantiales* in Pane. 92

In *Semine* VIS eſt OSSIFICA, CARNIFICA, VENIFICA. 93

Si INHÆRENTIA FORMÆ IN MATERIA eſt Ens ab 94
ipſa Forma Diſtinctum, erit Ens Inhærens, quia eſt Nexus Formæ & Materiæ. Per quam igitur Inhærentiam inhæret? Ergo *ſiſti* etiam *in Forma* poterat.

Denique ſolo Situ, Ordine, differunt *Velutum Solidum* (Ungeſchoren, Velutum *Sectum*, Atlaſch / Taft / Dobbihn / Damaſt / &c.. 95
Et *quanta Differentia* Formæ ſeu *Apparentiæ*! Apparentia illa non Realiter differt ab iſto Situ, vel ſaltem, *non ſunt tot Qualitates* in quolibet Panno (TEXTURA), quot Differentiæ Senſiles, quia hic ſtatui nequit Forma Subſtantialis cuilibet Panni Speciei propria. 96

Verbigratiâ *Velutum Sectum* 97

1 *Colore* ſemper *Saturrimum*.

2 *Lene* Tactu.

v. c. 1 aſſ. 6 ſectiunc. 9. Atlaſch *Splendens* &c.. 98

Vere dicitur *Textura Sinuoſa Tenſilis* eſt *in omnem Partem*. At 99
Textura *Recta Uniformis* tantum ſecundum *Diagonium* Tenſilis eſt.

Textura Recta *Difformis* ſive Variegata vel *Scalaris* eſt, vel 100
Imaginoſa ſive *Picturata*.

SCHOLION I

" DEMOCRITUS quando *Qualitates* dicebat eſſe *Apparentias*, 1 (vid. Galen. de Elementis l. 1 c. 2), non hoc *ſolebat*, verbi gratiâ, Dura non eſſe Dura, hoc eſt, non reſiſtere Tactui ſed hoc tantum, reſi-

reſiſtendi Tactui Facultatem iſtam *non* eſſe peculiare aliquod Ens, ſive
Accidens *Diſtinctum* ab ipſo *Corpore*, ſicut *Veſica Inflata* quod ad
Senſum æque eſt *Dura* ſive reſiſtens Tactui, *atq. Marmor* &c..
2 At Peripateticus reſiſtendi Tactui Facultatem iſtam non ſtatuit
peculiare Accidens in Veſica Inflata, quippe Veſica Inflata eſt Ens
Aggregatitium.
5 Democritus itaque erat Occamiſta.

II.

1 Etiam ſecundum ARISTOTELEM Sapphirus Cærulea dicitur
non eo Senſu, quod in ſe Colorem eum habeat, ſed quod Lumen ita
2 alterare poſſit. Nam *Color* Ariſtoteli non eſt Qualitas aut Forma
quædam Corpori inhærens, ſed eſt *Lumen* ipſum à *Superficie* Corporis
Impellucidi affectum.
3 Et hæc eſt *Sententia Alexandri, Cæſalpini, Avicennæ* & *Avempa-
cis*, item *Alberti*, quamvis fruſtra contra ſentiant Averroes, Thomas,
4 Cajetanus, Toletus, Joach. Cureus &c.. Sed egregie refutantur a
Cæſalpino Quæſt. Peripat. l. 5 q. 8.
5 *Zabarella* vero l. 1 de Viſu c. 2 nec Averrois, nec Alexandri Sen-
,, tentiam ſequitur, & *Colorem* non ex Lumine ſive Luce deducit,
,, ſed *ex Perſpicuo*, & *tria Elementa* ſtatuit *Perſpicua*, cum Averroes &
,, Adſtipulatores ejus Ignem ſtatuant per ſe Lucidum, adeoque Colo-
rem Miſtorum Corporum componant ex Luce Ignis, Perſpicuitate
6 Aeris & Aquæ, & Opacitate & Tenebroſitate Terræ. Verum Zaba-
,, rella in fine Capitis vacillat, & eo *inclinat*, eum *Colorem* ſolum *Actu*
,, eſſe Colorem, qui eſt *in Superficie*, idque confirmat duobus Argumen-
tis, quæ facile poſſunt ad Cæſalpini Sententiam probandam appli-
cari.
7 Zabarella itaque Veritatis vi coactus Sententiam amplexus
eſt, quæ niſi per Cæſalpini Sententiam explicetur, ſubſiſtere nequit.
Sufficit autem pro hoc noſtro inſtituto, quod etiam ſecundum Zaba-
rellæ Sententiam Color non eſt Attributum aliquod Simplex & Irre-
ſolubile.
8 Quamvis autem *Notio Coloris*, verbi gratiâ Cyanei (in
Turcoide) ſive Thalaſſici (Märgrühn) non poſſit reſolvi ſecundum
ſe & ſuam Formationem, ſicut Notio Liquidi, Duri, Friabilis &c. per
ſe & ſuâ Naturâ Reſolubilis eſt; tamen ex eo apparet, quod ſit *Reſo-*

lubilis, quia *non* unam eandemque *Simplicem* habet *Cauſam*. *Ita* 9
quoque *Sonorum Figuræ* Notionibus apprehenduntur ſuâ Naturâ & Formatione Irreſolubilibus; tamen Intellectus animadvertit, eas Sonorum Differentias provenire a Figuris Corporum Sonororum. Figuræ autem iſtæ Corporum ſunt quid Compoſitum.

III

Sextus Empiricus l. adverſus Mathematicos 6, (qui de Muſica), in 1
Definitione Soni (p. 135 D, E edit. Genev. Græc. & Lat.):

"πᾶσα ἡ κατὰ Μελῳδίας Θεωρία "οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ Ὑπόστασιν ἔχει, "εἰ μὴ ἐν τοῖς ΦΘΟΓΓΟΙΣ.——	*univerſa Modulationis Contemplatio non in alio aliquo ſubſiſtit, quam in* SONIS.——	
"τὴν Φωνὴν Ἀνύπαρκτον ἡμῖν ἐν "τοῖς--- Ὑπομνήμασι δέδεικται ἀπὸ "τῆς τῶν Δογματικῶν μαρτυρίας.	*Vocem non ſubſiſtere nobis in -Commentariis eſt demonſtratum ex Dogmaticorum teſtimonio.*	2
"Οἵ τε γὰρ ἀπὸ τῆς Κυρήνης Φιλό- "σοφοι μόνα φασὶν ὑπάρχειν τὰ "Πάθη, ἄλλο δὲ οὐδὲν. Ὅθεν καὶ "τὴν Φωνὴν μὴ οὖσαν Πάθος, ἀλλὰ "Πάθους ποιητικὴν, μὴ γίνεσθαι τῶν "Ὑπαρκτῶν.	*Nam Cyrenaï Philoſophi ſolas dicunt ſubſiſtere Paſſiones, aliud vero nihil Unde & Vocem, cum non ſit Paſſio, ſed Paſſionis efficiens, non eſſe ex iis quæ ſubſiſtunt.*	3

IV

Ipſe Petrus *Aureolus* RELATIONES fatetur non eſſe Entia Realia, 1
ſed *Denominationes*, & idem docent omnes *Nominales*.

„ *Ariſtoteles* l. 5 Phyſ. t. 10: *Relatio* advenit *Rei, ipsâ immutatâ* 2
„ manente.

Si ſint duo Corpora inter ſe Diſtantia, ſumaturque *Diſtantia* 3
iſta Modus aliquis, ſive Ens aliquod, aut quaſi *Semiens*, poteſt *Deus* iſtud Semiens *annihilare*, ita ut non accedat alia Mutatio, & tamen *manebunt* Diſtantia duo iſta *Corpora*.

V

Semicirculi Proprietas eſt, ut CAPIAT ANGULUM RE- 1
CTUM.

Et

2 Et *Anguli Recti* Proprietas eſt, ut CAPIATUR a SEMICIRCULO, ſive ut ex Peripheria inſiſtat Semiperipheriam.

3 *Utrum* vero Proprietates hæ peculiaria *Entia* ſint a ſuis *Subjectis* Re ipſa, an Modaliter *Diſtincta, non conſiderat* Mathematicus, 4 *neque* quidquam ejus Scientia inde *detrimenti* capit. Et ſi *quis* ideo, quia *Proprietas* dicitur, *Diſtinctum* aliquod Ens Realiter ſuo Subjecto Inhærens eam Proprietatem eſſe ſtatuat, merito *ridendus* foret. 5 *Infinitæ* enim poſſunt eſſe *Anguli Recti Proprietates.*

6 Verbi gratiâ:

Ut *ex Centro inſiſtat Quadrantem Peripheria;*

Ut *terminet Quadrilaterum Ordinatum;*

Ut *contineatur a Diametro & Tangente;* &c..

7 Similiter *binarum Rectarum ex* eodem *Puncto Circulo adſcriptarum* ea eſt *Proprietas*, ut SEGMENTORUM a communi Puncto ad Circumferentiam terminatorum RECTANGULA ſint ÆQUALIA.

8 Si *quis* hanc Proprietatem eſſe *Accidens* aliquod peculiare dicat in iſtis Rectis, oportet ut vel *in utraque* Recta Accidens aliquod collocet, vel in *Syzygia* iſta duarum Rectarum & præterea in *Circulo.*

9 Si quis jam Empiricus Geometra hanc Proprietatem Diviniorem & *Excellentiorem* eſſe ſtatuat, *Proprietatibus per Axiomata* enuntiatis, quia ipſe hanc Inſcriptarum iſtarum Rectarum Proprietatem ad Axiomata iſta reducere non novit: *ita* quoque faciunt, *qui* introducunt *Facultates Occultas* & *Formas* multiplicant.

10 Item ſi quis Chytorrhopicorum Principiorum ignarus CRATEREM SUFFICIENTIÆ, vel POCULA CONCORDIÆ &c..;

11 Item ſi quis *Automati Horologii* FACULTATEM SUPERIOREM ſtatuat Horas PULSU aut INDICE DISTINGUENDI.

12 Æctiasmus item Fatuus ſive Titularis eſt, ſi quis dicat eſſe in *Speculo Concavo* VIM IMAGINUM EVERSORIAM, CONFUSORIAM, EXPANSORIAM, ſive Diffuſoriam, & CONTRACTORIAM ſive Contractricem; item RADIORUM COLLECTRICEM USTORIAM, ſive Combuſtricem:

13 Eſſe in *Luna* Facultatem SCHEMATISTICAM ſive varias Phaſes aſſumendi.

VIII

1 Quod fieri poteſt *per* PAUCIORA, non fiat per Plura.

Dicitur eſſe Juris Conſultorum Regula.

Digitized by Google

Sive Phænomenon quod revocari poteſt ad Pauciores HYPO- 2
THESES, non demonſtretur e Pluribus.

Tum enim Hypotheſes ad *Phænomena* recte ſunt *accommodata*, ſi 3
Paucæ Multis Phænomenis ſatisfaciant. Quemadmodum *Geome-* 4
tra tribus Poſtulatis omnia conficit. Et *ex Paucis* Hypotheſibus *Infini-*
ta deducuntur Phænomena in *Opticis*, *Mechanicis*, ſive Staticopho-
ranomicis, in *Chytorrhopicis*.

Cumque *Diſsimillima* ſint Philoſophorum *Placita*, omnia tamen 5
eo tendunt, ut quam maxime fieri poteſt, Pauca atque Simplicia ſup-
ponantur Principia. Quod elucet, ſi Principia *Democritica*, *Plato-*
nica, *Peripatetica*, *Stoica* conferas.

Artifices enim quo *Solertiores*, eo *Compendioſius* opera ſua expe- 6
diunt. *Natura* autem Sapientiſſima (*Artificioſiſsima*) eſt, ideoque 7
nec Deficiens in ſuis Principiis, *nec Superflua*.

Quod Natura vero *non* agat, *ſicut Sinenſes ſcribunt*, *ſed* ſicut 8
aliæ Nationes, ſcilicet *ſecundum Alphabetum*, hoc eſt, non per Appro-
priatas Simplices Potentias ſive Solitarias ſive Subordinatas, (ſecun-
dum numerum, imo ultra numerum Phænomenorum multiplica-
tas), ſed per Combinationem, Complicationem, Replicationem
paucarum ſive Hypotheſeon, ſive Legum, ſive Principiorum, ex
multis Indiciis evidenter conſtat.

Primo *Caudæ Avium* & *Piſcium*, inſtar Temonis Navium 9
ſive *Gubernaculi* ſunt, & reduci *ad Vectem* & *Deflexivum Motum*
poſſunt.

(*Sciurus Cauda pro Malo* & *Velo* utitur). 10

Secundo *Alæ* Avium & *Pinnæ* Piſcium inſtar *Remorum*. 11

Tertio Motus *Animalium per Muſculorum* vel *Inflationem*, uti 12
Cæſalpinus, Ariſtoteles, & Ego, vel *Fibrarum Contractionem*, ut Ga-
lenus, (quod non placet. Nam e Retractione Fibrarum Naturali
vult demonſtrare Motum Muſculorum, qui tamen Animalis eſt).
Tendines etiam *ex Mechanicis* Principiis. 13

Quar-

Digitized by Google

14 Quarto *Oculi Structura* prorſus *Optico Artificio* compoſita eſt. Cryſtallinus enim Humor colligit Radios, atque ita Confuſionem vitat.

15 Quinto *Valvulæ Coli*, *Vaſorum Cordis*, *Mechanicum* quid, non tamen ex Staticis, nec ex Phoranomicis.

16 Sexto *Acetabula Polypi* inſtar *Cucurbitularum* ſunt. Nam Margines fortiter apprimens rei comprehendendæ, Cavitatem Acetabulorum, retracta undique Cute eorum interiore, Laxiorem reddit, ita Aer rarefit &c., ſicut Aere exſucto Clavis hæret Linguæ aut Labiis. v.part.1 ſect. 2 Port.1 c.8 Def.3 ſecti-unc.3.

17 Non itaque tot Potentias, Virtutes, Qualitates Rebus inſeruit, quot Operationes in iis voluit procurare, ſed certas Leges Principiis inſeruit, ſecundum quas Principium cum Principio Compoſitum, Commixtum, unum ab altero juvaretur, inhiberetur, deflecteretur.

18 *Ariſtoteles* utitur hac Hypotheſi l. 1 *Phyſ.* t.41 & 50, item l. 3 *de Cælo* t.37. (Vide etiam de Anagoge l.1 Phyſ. t. 56 fine, l. 2 t. 27, l. 7 t.10; l. de Senſu c.4 fine, & l. 4 Metaph. t. 6.)

19 Eadem Hypotheſi utitur Hieronymus *Rubeus* l. de Deſtillat. ſect. 2 c.2 de Vino circa med. (p.91 edit. Baſil.) 1585.

20 *Nos* Axioma hoc *Hypotheſin Hypotheſeon* vocamus. Eâ enim negatâ omnis Philoſophandi ratio & Cauſarum Indagatio tollitur.

SCHOLION I.

1 ÆSOPUS *Olitori ſatisfaciebat*. Præſuppoſuit tamen (quamvis non
2 neceſſe habeat) Sponte gigni Herbas abſque Semine. *Xanthus* He-
3 rus Æſopi *non* ſatisfaciebat. Omnibus enim *inſitum* Natura quaſi eſt hoc *Principium*; Multa eſſe reducenda ad Pauca.

II

" Conatus HERACLITI laudandus, qui *Scaphii Formam* tribuebat
" *Lunæ* & ceteris *Stellis*, teſte Laertio l. 9.

III

AUCTOR Libri DE MUNDO, ſive Ariſtoteles, ſive Nicolaus 1
„ Damaſcenus, c. 6 (ante med.) *a Simplici* unico *Motu* multos *Varios*q;
„ Motus in Natura provenire poſſe, probat vel illuſtrat *Exemplo Machi-*
„ *nariorum* (Μηχανοποιῶν) & *Neuroſpaſtarum* (Meiſter Hemerling),
„ *qui una Schaſteriâ*, item *unâ* Μηρίνθῳ (Funiculo) Motâ aut *Tractâ*
„ *Varios* & Diſſimiles *Motus efficiunt*.
„ Item *ac ſi quis ex* eodem *Vaſe Sphæram, Cubum*, *Conum* (Turbi- 2
„ nem) aut Columellam (*Cylindrum*) *projiceret*, unâ iſtâ Projectione
„ *Diverſos Motus* in Corporibus *Diverſe formatis* efficiet.
Quiſquis eſt hic Scriptor, *veſtigia* habet veræ & *genuinæ* Philoſo- 3
phandi & *Reſolvendi Methodi*.
„ In eodem Capite (poſt med.) *Fornicum Structuram* & eorum *Um-* 4
„ *bilicum ad Mundum* applicat.

IV

Principio hoc: Non per Plura, ſi per Pauciora, *quod* diligenter & re- 1
cte *commendat*, *abutitur* MERCENARIUS Dilucidationibus (ſe-
" ction. 135) p. 319 edit. Lipſ. 1590. Si *Animal*, quod *e Semine* fit, *Idem* 2
" *Specie* eſt cum eo, quod *e Putri* fit, Natura pluribus Modis Idem effi-
" ceret, ac proinde *Alteruter* iſtorum eſſet *fruſtra*. Atqui hoc non,
" ergo nec illud.
Idem eſt, ac ſi ita vellem inferre. 3
Si *Vitis* quæ *e Semine* naſcitur, quæque ex *Malleolo*, quæque ex 4
Propagine &c., Specie conveniunt, Natura per Plura facit, quod po-
terat fieri per Pauciora &c..
Si *Calor* & *Ignis*, qui producitur *e Radiis Solaribus*, ab *alio* Igne, 5
e *Conflictu Chalybis* & *Silicis*, ex Congreſſu *Spiritus Aeris* & *Corporis Me-*
tallici, vel *duorum Aerium Spirituum*, Specie conveniunt, Natura fa-
cit per Plura, quod fieri poterat per Pauciora.
Potius itaque eos *Modos* Productionis qui Varii videntur, ſtude- 6
bimus *reducere ad Unum* aliquod, in quo omnes conveniant, & me-
rito, cujus eundem Effectum producant.

V

Digitized by Google

V

MODUS DEMONSTRANDI, quo utuntur Metaphyſici interdum, ut Suarez diſp.15 ſ.1 5 16;

„ *Non repugnat dari talem Subſtantiam Incompletam in* rerum *Na-*
„ *tura* &c.,

„ *Ergo datur* FORMA *Subſtantialis* :

Contrarius eſt prorſus S*implicitati* H*ypotheſeon* &P*rincipio Occamico* ; Non eſſe multiplicanda Entia præter Neceſſitatem.

IX

1 Phyſicæ DEMONSTRATIONES *minus* ſunt *Accuratæ*.

2 Primo *plures* ſunt P*rotophaſes*.

3 Secundo ſæpe *a Poſteriore*.

4 Tertio *minus Determinate* & Præciſe.

SCHOLION.

1 Si velint *excuſare* Demonſtrationes Ariſtotelis, ſive Paralogiſmos potius, eo Cresphy geto, quod *non* poſſit in P*hyſicis* D*emonſtrationibus* eſſe tanta A*cribia*, atque in M*athematicis* ; regeremus, *aliud* eſſe *Demonſtrationem minus* certam, minus dubiam, minus firmam ſive *exquiſitam* eſſe, & *aliud*, Demonſtrationem non eſſe Demonſtrationem
2 ſed *Paralogiſmum*, qui quatuor Terminis laboret. Nam ubicunque Homonymiâ laborat Syllogiſmus, duo Termini pro uno obtruduntur.

X

DEUTEROPHYSICÆ Demonſtrationes *abſque* PROTOPHYSICIS Demonſtrationibus poſſunt conſiſtere.

Digitized by Google

Si nimirum quædam *ab Experientia* deſumantur, quædam etiam *Speciales Hypotheſes* præſupponantur. 2

Verbi gratiâ. *Dolorem attrahere Humores*, hoc eſt, Humores verſus Dolentes Partes moveri, *abſtrahendo*, utrum eo *trahantur*, an *expellantur*, &c.. 3

Declarari etiam poteſt Exemplo *Ætiaſmi Somni*, quem vide *alibi*. 4

Medici multa *ex Anatomia* demonſtrare poſſunt. 5

Exempli gratiâ, quia *Ureteres* ſunt & *Anguſti* & *Prolixi*, hinc tanti *Dolores* proveniunt. 6

Quia *Meſaraicarum Venarum Fibræ* adeo *Exiles*, item *Venæ* & *Arteriæ per Lienem* ſparſæ, hinc *Obſtructionibus Opportuna* hæc Viſcera. 7

XI

Apodictica Methodus, quoad ejus fieri poteſt, PRIMUM in iis *Subjectis* exercenda eſt, quæ omnibus *Obvia* & *abſq;* magno *Sumtu*, aut difficili *Operâ* noſtræ Tractationi atque Experientiæ expoſita ſunt. 1

DEINDE ad eas res transferenda, quarum Obſervatio vel *Impensâ* aliquâ vel *Labore* indiget. 2

ULTIMO tandem ad ea deveniendum, quæ a noſtra *Tractatione* prorſus *exemta* ſunt. 3

Aureum hoc Monitum *Galeno* debemus, qui id diligenter inculcat & illuſtribus *Exemplis* declarat, libro de Peccatis Animi c. 3. 4

Cum enim multa requirantur ad Apodixin, & Lapſus hic in proclivi ſint, ut Ariſtoteles ipſe lib. 1 poſt. Anal. text. 72 monet, *minori* cum *periculo* Demonſtrationes periclitabimur in iis Subjectis, *quæ* & recte *Demonſtranti teſtimonium* quaſi ipſa perhibere, perperam autem colligentem Erroris admonere queant. 5

6 *Auditores* quoque ſi *Ingenio* valuerint, *Conſenſu Experientiæ* & *Apodixeos lætabuntur*; *Hebetiores* vero & Demonſtrationum minus capaces fide ex Obſervationibus factâ *Apodictici* Habitus *defectum compenſabunt*.

* Jacchæus, Sennert., Burgersdic., in Phyſ. ſuis.

Consectarium I

1 *Minus dextro* itaque *Ordine* Phyſicam proponunt, qui *de Cœlo prius*, quam de *Sublunaribus* Corporibus agunt*.
2 Quemadmodum & illi in Leges Ordinis Didaſcalici peccant, qui de *Cœleſtium* Corporum *Viribus* in hæc Inferiora agunt, *antequam de Cœlo* ipſo*.

3 *Infelicius* quidam *ab Homine* auſpicantur, qui tamen *Microcoſmus*, ſive Mundi Compendium quoddam eſt, omnium Corporum Naturalium maxime ex variis Compoſitum.

* Burgersdic. Colleg. Phyſ. Diſp. 4 Th. 10

II

1 METEORORUM quoque *Doctrina*, quod pleraque vel eorum Cauſæ & Generationes a nobis longe ſint *remota*, neque Obſervationi ac Tractationi noſtræ ita ſubjecta, ut Miſta proprie dicta, Doctrinæ Foſſilium ſive *Proprie Miſtorum præmittenda non* eſt, uti vulgo fit.

2 „ Accedit quod *Meteora Improprie Miſta Corpora* dici & tantum per „ Accidens & per Aggregationem Entia eſſe velint*, *Elementa* nimi- „rum *Impurata atque a Naturali ſuo ſtatu dejecta*, ac *mutuo contagio Vi-* „ *tiata, quorum pleraque plura ad unum Meteoron conſtituendum con-* „ *currant*; item *Vaporem nihil aliud niſi Aquam Rarefactam*; *Fumum* „ *nihil aliud quam Rarefactam Terram*.

* Burgersdic. Colleg. Phyſ. Diſp 15 Th. 1, & 3.

3 Item cum *ex Halitibus* conſtituantur *omnia Meteora*, varii vero *Halitus ex Lignis, Oſſibus, Filis, Pinguedinibus, Oleis* eliciantur; Halituum ex Proprie dictis Mixtis exſpirantium Differentias prius perноſcere, multum ad Meteororum cauſas reddendas momenti affert.

v. ejuſd. Diſp. 15 Th. 24

4 Denique *cur Fontes* quidam *Medicati Foſſilium Viribus* præditi ſint, *explicari nequit*, antequam de Metallis & reliquis Foſſilibus & eorum Naturis pertractatum ſit.

contra Sennert. Nat. Scient. Epit.

Corollarium.

Immobiles Cauſa, a quibus tam Cæleſtia, quam Subcæleſtia Corpora moveri Ariſtoteles ſtatuit, lib. 8 Phyſ. demum ab ipſo *inventæ* & *demonſtratæ* creduntur. Igitur in *Compendii* parte*, quæ *libro* 2 *Phyſ.* reſpondet, *intempeſtive* proponuntur.

*Burgersd. Colleg. Phyſ. Diſp. 4 Theſ. 10.

XII

Phyſica partim ANALYTICO, partim SYNTHETICO Doctrinæ *Ordine* tum tradenda eſt, tum ab Ariſtotele tradita eſt.

XIII

1 Qui Sententiam aut *Dogma Philoſophi*, *Ambigue* & OBSCURE propoſitum, Commodioribus, *Clarioribus*, & *minus Ambiguis* Vocabulis proponit, is non Δογματίζειν aut Dogma, ſive Placitum Novum afferre, ſed probi *Exegetæ officio* fungi cenſendus eſt.

2 Verbi gratia, ſi *quis omittat Vocabulum Privationis*; item, ſi quis *Diexodice* ab *Ariſtotele tradita* tradat *Apodictice*.

Scholion.

1 Qui *Ariſtotelem Obſcure, Ambigue*, Perplexe in *Acroamaticis* Scriptis loqui negant, eo ipſo hoſce Ariſtotelis Libros ſe non legiſſe fatentur.

2 " Id eum operam dediſſe, ut *ſolis* iis Senſa ſua *de* rebus *Abditis pate-*
" *rent, qui ſe* vel ipſi *audiviſſent*, vel ab Acroatis ſuis, eorumque Succeſſori-

ſoribus quaſi per manus tradita Dogmata accepiſſent, ideoque de induſtria Obſcuri & Flexiloqui Styli Scotiſmo, Methodorum Evidentiam & Ordinis docendi Dexteritatem involviſſe, tum *Epiſtola* ipſius *ad Alexandrum* Regem (apud Gell. Noct. Attic. l. 20 c. 5) teſtatur, tum *Exegetæ* ejus tam Græci quam Latini paſſim monent, imo *conqueruntur*.

XIV

1 *Nulla Scientia* eſt, quæ *Corpus Naturale* conſideret, *quatenus* in ſe *Principium* habet, *quo* Corpora alia *moveat*, *præter* ipſam *Phyſicam*, quæ omnia cognoſcit, quæ de Corpore Naturali vel Speciebus ejus adæquate cognoſci & demonſtrari poſſunt.

2 Poſito, quod Partes Scientiæ Totalis Species Subjecti Scientiæ Totali propoſiti pro Subjectis habeant; *Aſtronomia* & *Geographia* non Corpora Naturalia, ſed *Magnitudinem* & *Diſtantiam* eorum pro Subjecto habent.

3 Ideoque CONSIDERANDI MODO *opus non* eſt ad Scientias haſce a Phyſica diſcernendas.

COROLLARIUM.

Sæpe RES NATURALES *pro Corporibus Naturalibus* ponuntur,* cum tamen etiam *Affectiones* & *Principia* Corporum Naturalium ſint *Res Naturales*.

* a Jacch. Phyſ. l. 1 c. 2 (§ 2, 3): & Burgersdic. Colleg. Phyſ. Diſp. 1 Th. 3, 5, 7 &c.

CAP.

Digitized by Google

CAP. I.

DE PRINCIPIIS CORPORIS NATURALIS IN GENERE.

Argumentum.

1 Aſſertio PRINCIPII VOCABULUM quam *Polyſemum* ſit, oſtendit. Sectiunculas habet 3.

2 *Definitionem* Principii *Ariſtotelis examinat.* Sectiunc. 4.

3 *non* dari *communem Ariſtotelicorum Principiorum Definitionem.*

4 Principiorum COGNITIONEM *non ſimpliciter ad Phyſicam neceſſariam* eſſe aſſerit. Sectiunc. 4.

5 INFINITA Principia conſtituere *quam inconveniens* ſit, oſtendit. Sectiunc. 2.

6 FINITA eſſe Principia *nil attinere* demonſtrare. Sectiunc. 2.

7 NON omne QUOD IN PRINCIPIATO, ſimul eſſe IN PRINCIPIORUM ALIQUO contra *Galenum* & *Sennertum* evincit. Sectiunc. 2.

I

PRINCIPII VOCABULUM adeo *Homonymiis non* eſt *vacuum*, 1
nec Principii *Notio* adeo *manifeſta*, ut *abſque Definitione* Nominali in Scientia ſupponi poſſit.

Principium enim *alio Senſu* de *Materia Democriti*, alio de Mate- 2
ria *Latinorum*, imo *omnium*, alio de Materia *Conringiana*, quæ eſt Inchoamen, ſive Rudimentum Formæ, (Inchoatio Formæ ſecundum Bacchonem), ſive potius Complexio Infinitorum numero quaſi Inchoaminum.

Præ-

3 Præterea Principium Motûs *Activum* ſive Effectivum, & *Paſſivum* Æquivoce, non Synonymice Principii Appellatione conveniunt, ideoque communis eorum Definitio tradi nequit.

II

1 Iſta Principii qualiſcunque Explicatio, quæ l. 1 Phyſ. t. 42 exſtare
,, dicitur: (*Principia* ſunt, quæ *neque ex ſeſe mutuo*, *neque ex aliis*, *& ex*
,, *quibus omnia ſunt*) Nominalis *Definitionis Titulum* in Syſtemate Scientiæ tueri *non* poteſt.

2 *Supponitur* enim tacite, *omnia* Corpora Naturalia ex *iisdem* Principiis eſſe Compoſita.

3 Ex ζ fit ξ, ex ξ fit ψ. Hic idem ς. At ſi ex ψ fit πς, ex πς fit κρ, ex κρ fit ξ, ex ξ fit ψ.

4 Deinde definiunt Principia, quæ non ex ſe invicem fiunt. Tamen dicunt *Formas* fieri *ex Materia*.

III

Qui *tria* Phyſica *Ariſtotelica Principia unâ Definitione*, aut communi Diſtinctâ Notione *complecti* conantur, id quod *fieri nequit*, conantur.

IV

1 *Non ſimpliciter neceſſarium* eſt *ad Phyſicam* Scientiam conſtituendam, COGNITA habere Prima Corporum Naturalium *Principia*.

2 Seu poteſt eſſe de Corporibus Naturalibus Scientia, etiamſi ignorentur Prima eorum Principia.

Ac proinde *nos*, qui *negamus*, hactenus a *Chemicis demonſtrata* eſſe Prima Corporum Naturalium *Principia*, ne Generica quidem, non ſtatim ideo Scientiam Phyſicam omnem tollere jure videbimur. 3

Galenus Simplic. Medicam. Facult. l. 1 c. 29 initio: 4

« Ἐγὼ δὲ ἀγαπήσαιμ' ἂν, εἰ, « καὶ τὰ παρακείμενα τοῖς διὰ τῶν « αἰσθήσεων φαινομένοις, ἐξευρεῖν « ἀκριβῶς δυναίμην.	*Mecum certe probe actum putem, ſi, quæ vicina ſunt per Senſum Apparentibus, invenire exacte poſſim.*

V

ad Sennert. Inſtit. Medic. l. 5 part. 1 ſect. 1 c. 2 (516).

Non eſt adeo *inconveniens* Infinitas Species Corporum Naturalium conſtituere, atque INFINITA *Principia* conſtituere. 1

Infinita autem Principia conſtituit, qui *Infinita* κρησφύγετα, Infinitas elabendi, *Diſtinguendi rimas* concedit, qui infinitos *Modos* poſtulat *Principia Principiis ſubſtituendi*. 2

VI

Quid opus eſt *demonſtrare Principia* eſſe numero FINITA, cum non adeo laboremus copiâ bonorum Principiorum in Phyſica? 1

Potius opera danda eſſet, ut Principia Phyſica certo *numero* comprehenſa, *proponerentur in veſtibulo* Phyſicæ. 2

VII

Galenus duobus *Axiomatibus* utitur de Element. l. 1 c. 2. 1

Unum eſt:

« *Ex Impatibilibus Paſſivum componi nequit.* 2

« *Hinc* infert: *Atomus* eſt *Impenetrabilis*, *Inalterabilis*, *Invulnerabilis*, *ergo etiam* illud, quod *ex Atomis* eſt *Compoſitum*. 3

Fal-

Digitized by Google

4 *Falſiſſimum* eſt hoc Axioma, quod talia ſint Principiata, qualia Principia. Eſt Pronuntiatum Topicum, nullius pretii in Scientiis.
5 Talibus utuntur Ariſtotelici in ſua Phyſica ſæpe. Poteſt enim Compoſito competere, quod Simplicium nulli competit, ſive NON *omne quod* IN PRINCIPIATO eſt, etiam IN PRINCIPIORUM ALIQUO ineſt.

6 *Numerus* componitur *ex Unitatibus*.

7 *Durities* poteſt oriri *ex non Duris*, ut ex *Folle* ſive Follari *Pila* conſtat. v. procem. aſſ. 7 ſecti-unc. 60.

8 *Lignum* eſt *Fiſſile*. At *Principia* Ligni *non* neceſſe eſt eſſe Fiſſilia.

9 Etiam *Pannus* eſt *Fiſſilis* (leſſet ſich reiſſen). At *Reticulata* Opera (Geſtrikter) ſive Laqueata Opera ex eodem Laneo Filo *non* ſunt Fiſſilia. v. ej. aſſert. ſectiunc. 99.

10 Alterum:

" *Cujus* Elementa ſive *Principia non ſentiunt*, id ipſum quoque *non* " *ſentit*.

11 Atqui hoc *negatur* ab *Alexandro* Aphrodiſienſi, quia *Animam Temperamentum* eſſe *ſtatuit*. Imo *Galenus* ipſe huc inclinat.

12 Si *verum* eſſet Axioma poſterius, ex eo *demonſtrari* poſſet, *Animam Senſitivam* aliquid eſſe *Elementis* ſive Temperamentis *ſuperadditum*. Atqui de eo adhuc dubitat Galenus.

13 Imo l. 1 de Elem. c. 3 poſt principium expreſſe *rejicit* poſte- " rius Axioma. *Ex Inſenſivis* enim *fieri poſſe Senſivum*, ait, idque non " ideo, quod aliquid Senſu præditum accedat, ſed *quod Senſûs* iſta *ex-* " *pertia Elementa variis modis* inter ſe *alterentur*.

CAP. II

DE PRINCIPIIS SYNHYPOSTATICIS.

Argumentum.

1 Aſſertio CORPORIS Naturalis *Definitionem* quandam cenſet.

2 FORMÆ DEFINITIONEM *per Actum* factam conſiderat. Sectiunculas habet 4.

Scholion *Vocem Ἐντελεχείας carpit.* Sectiunc. 2.

3. *Entis in* POTENTIAM & ACTUM; item in *Ens Potentiâ* & *Actu*, *malas* eſſe *Diviſiones* monſtrat. Sectiunc. 9.

Scholion 1 *Actûs Vox* quam *Polyſema* ſit, declarat. Sectiunc. 15.

2 *Ariſtotelis magnam* quandam *Catachreſin* notat.

4 *Iacchæi Obreptionem* in Definitione Formæ oſtendit. Sectiunc. 2.

Scholion *de Simplicitate* Formæ *quam diſſentiant* Peripatetici, exponit. Sectiunc. 5.

5 Formam *non* eſſe *Subſtantiam* probat. Sectiunc. 3.

Scholion 1 *quid Arabum* & *Latinorum Formæ* a *Græcorum* Formis *differant*, amplius exponit. Sectiunc. 4.

2 examinat Burgersdicii ſententiam, *an Forma magis* ſit *Subſtantia*, quam MATERIA. Sectiunc. 5.

6 *quod eadem Forma non inſit diverſis Materiis, gratis ſumi.* Sectiunc. 4.

7 *Formam non diſtinguere Subſtantias* Naturales a ſe invicem. Sectiunc. 2.

Scho-

Digitized by Google

Scholion *Senſu non patere qua Formâ differant, occaſione Zabarellæ* locorum quorundam docet.
Sectiunc. 4.
8. *Materiam magis Principium* eſſe *quam Formam* contra Burgersdicium probat.
Sectiunc. 4.
9. *Materiam*, cum Subjectum ſit, *non* debere dici *Inſitum* quid, contra Burgersdicium monet.
Sectiunc. 3.
10. POTENTIÆ *Materiæ Æquipollentia* Vocabula & Phraſes, *ad Pompam excogitata*, enarrat.
Sectiunc. 4.
Scholion *quid Potentia Particularis* ſit, exponit.
Sectiunc. 2.
11 Peripateticorum *Contradictionem* in Dogmate de DISPOSITIONUM *Ortu* proponit.
Sectiunc. 3.
12 *Aliam* Contradictionem e Burgersdicio adfert.
13. *Zabarellæ* Propoſitionem:
Omnis Forma Materialis eſt Extenſa ad EXTENSIONEM *Materiæ*,
conſiderat. Sectiunc. 6.
14 *Quantitate a Materia Prima* dependente, *non* poſſe Materiam Primam dici puram *Potentiam Paſſivam.* Sectiunc. 2.
15 ſi *Quantitas* Materiæ Primæ *Coæva* ſit, *Formam non* eſſe *totam Rei Eſſentiam.*
Scholion *Diſſenſum de tota Corporis* Naturalis *Eſſentia* una cum *Ariſtotelis Sententia* indicat.
Sectiunc. 6.
16 *Formas magis abſurdas* eſſe *quam Materiam Primam* aſſerit. Sectiunc. 6.
17 *Materiam eſſe*, non poſſe DEMONSTRARI, niſi *ſimul* demonſtretur, *eſſe Formam.*
Sectiunc. 3.
18 *Diverſis modis procedendum* in *Materiæ Examine.*
Sectiunc. 2.
19 *Demonſtrationem Formæ Zabarelleam miſerrimam* eſſe oſtendit. Sectiunc. 5.

Scholion *Ariſtotelem Dialectice probaſſe, quicquid ſit, ex Contrario fieri*, ex Ariſtotele probat.
Sectiunc. 5.

20 *Jacchai* Demonſtrationem Formæ *per Emanationem Frigoris a Forma Aqua*, conſiderat.
Sectiunc. 2.

21 *Nec Conimbricenſes, nec Suarezium, nec Pererium* Formas *demonſtrare*, contra Burgersdicium monſtrat. Sectiunc. 3.

22 *Demonſtrationem Materiæ Subſtantialis Zabarelleam* examinat. Sectiunc. 14.

23 *Burgersdicii* Demonſtrationem Materiæ & Formæ conſiderat. Sectiunc. 4.

24 *Materiam Primam Zabarelleâ* proximâ *Demonſtratione non demonſtratam* eſſe docet.
Sectiunc. 9.

Scholion *Injuriam Zabarellæ a Burgersdicio* factam removet.

25 *Materiâ Primâ Demonſtrationem ſupponere, Quodvis ex Quovis fieri.*

26 *Iſto conceſſo*, ut & hoc, *Subſtantiale* aliquid *aboleri*, & reliquum *permanere*, non tamen *concedi in omni Tranſmutatione idem manere.*
Sectiunc. 2.

27 *Materiæ Primæ Demonſtrationem a Suarezio* factam perpendit. Sectiunc. 7.

I

Qui CORPORIS *Definitionem* ſtatuit, *Compoſitum* quoddam eſſe *ex Materia* & *Forma*, quid *Definitio*, quid *Demonſtratio* ſit, *æquè* bene *novit.*

II

Digitized by Google

II

1 Qui FORMAM DEFINIT *per Actum,non* ante *definito Actu* *, *nihil* definit. *Burgersdic. Ideæ Diſp.2, Theſ.14.

2 Actûs enim Nomen Latinis non Ἐντελέχειαν ſolum, ſed & Ἐνέργειαν ſignificat. *Magis* igitur *Ambiguum* eſt, quam Græcum Ἐντελέχεια.

3 *Rectius* tamen Forma per *Principium Conſtitutivum* Corporis Naturalis, vel *Subſtantiam Incompletam*, ut Genus late dictum, quàm per Ἐντελέχειαν definitur, cum hæc & Subſtantiis, & Accidentibus, tum Entibus, tum Modis Entis communis ſit.

4 Phyſica enim Dogmata Ariſtotelis optime tradi poſſunt, *nullâ mentione* factâ *Actûs* ſive Ἐντελεχείας.

Scholion.

1 *Vocabulum* Ἐντελεχείας *contra* Græcæ Linguæ *Analogiam* ab Ariſtotele formatum eſt.

2 Julius Cæſar *Scaliger* Exercit. 107 ſection. 12 ſummâ ope annititur, *ut* Neceſſitatem & Apologiam Vocis hujus *probet*, ſed in conatu *deficit*.

III

1 *Male* dividitur *Ens in* POTENTIAM & ACTUM*. * Ariſtotel. de Anim.l.1 t.6 conferendo l.2 t. 2.

2 *Rectius* dicimus, *Ens* aliud eſſe *Actum*, aliud *Potentiam*, ſive Ens Potentiale, aliud denique *ex Actu & Potentia* Compoſitum;
Et porro *Actum* alium *Purum*, alium *Informantem*.

3 *Male* etiam dividitur *Ens* in Ens *Potentiâ* & Ens *Actu**. * Phyſ.l.5 t.8 Metaph.l.9 t.1 ſeqq.

4 Omne enim *Ens* quod *vere* eſt Ens, *Actu* Ens eſt.

Tole-

Tolerabile eſt, ſi dicam: 5

Ens Finitum ſive Dependens, modo *Potentiâ*, modo *Actu* eſt.

Verum *Diſtinctio* eſt, non Diviſio. 6

Commodius eadem Diſtinctio proponitur ita: 7

Quicquid dicitur eſſe aliquid, vel *Actu*, vel *Potentiâ eſt* id, quod eſſe dicitur.

Dicitur autem *B Potentiâ eſſe C, ſi B poſſit mutari in C.* 8

Sive ſi ex B Tranſmutative poſſit fieri C.

Cum vero dico, hoc vel illud *fieri, oriri, generari, effici poſſe, Potentia* eſt *Logica*, non Phyſica. Eſt enim *Relatio Rationis*, Subjecto Reali deſtituta. 9

SCHOLION I

Actus de Puro & Informante Æquivoce dicitur. 1

Actus *Purus nonnullis* dicitur *Ens*, quod *ſua* eſt *Operatio.* 2

Talia Entia *Ariſtoteles* exiſtimavit eſſe *omnes Subſtantias Separatas. Hodie* vero *ſolus Deus* eo ſenſu Purus Actus eſſe aſſeritur. 3

Nunquam autem Intelligentias, ſive Mentes a Materia Separatas Ariſtoteles Ἐντελεχείας *appellat. Notio* enim Vocis hujus *Reſpectiva* eſt, Subſtantiis Separatis non ſatis conveniens. Primam tamen Intelligentiam ſive *Deum ſemel* Ἐντελέχειαν 4 5

& *Quidditatem Primam* | τὸ τί ἦν εἶναι τὸ Πρῶτον

appellat Metaph. l. 12 t. 49 *ingenti Catachreſi*, ſi textus mendâ caret. Ut taceam, *nullam* idoneam *Syntaxeos rationem* in Appellatione τῷ τί ἦν εἶναι *dari* poſſe, nullam loquendi Formulam *ſimiliter* conſtructam. 6

In Diviſione, ſuperioris Aſſertionis 3 ſectiunculâ 2, datâ Actus Purus dicitur *Ens*, quod nec Potentiale Ens, nec Actus Informans, nec ex Potentia & Actu Compoſitum eſt. 7

Sive brevius, quod *nec ex aliis, nec cum alio per ſe eſt Compoſitum.* 8

Eſtque vel Abſolutus vel Aſſiſtens. 9

Aſſiſtens (dicitur etiam *Forma Aſſiſtens*) eſt Actus Purus *Cœleſti Corpori unitus, ut* id *in Orbem* perpetuo *moveat, nec* tamen *cum eo Ens* perſe *unum* conſtituat. 10

Actus

Digitized by Google

11 Actus *Informans*, quem definivimus part.1 ſection. 2 portion.1 c. 1, Def. 16, eſt vel *Subſtantialis*, (qui alias *Forma Subſtantialis* dicitur), vel Accidentalis.

12 *Accidentalis* alius eſt *Forma Accidentalis*, Qualitas nimirum aliqua, alius Ἐνέργεια, ſive *Operatio*, ſive *Actio Immanens*.

13 Actus *Informans* etiam in Actum Primum & Secundum diſtinguitur.

14 Actus *Primus* eſt *Forma* vel *Subſtantialis* vel *Accidentalis*.

15 Actus *Secundus* eſt Ἐνέργεια *Primi*, ſive Actio Immanens.

II

" *Magnâ* & vix explicabili *Catachreſi Actus* & *Potentia*, *l. Metaphyſi-*
" *corum* 12 *t.* 26, omnium *Entium*, vel Entium in Prædicamentis exſi-
" ſtentium, dicuntur *Principia*.

IV

1 *Formam Subſtantialem* eſſe *Actum Simplicem*, probandum eſt con- adv. Jacch.
tra Alexandreos, *non* ut per ſe *Notum*, aut omnibus Confeſſum *in* Phyſ.l.1 c.3
Definitione ponendum. (52).

2 *Sufficit* Formam definire *Actum Materiæ*, *qui* cum ea *Corpus Naturale* per ſe *unum componat*. Cum enim ita excludantur alii Actus, patet, quidquid additur Definitioni, id fore ſuperfluum.

Scholion.

1 *Cum Jacchæo plerique* Peripatetici *Formas* Subſtantiales volunt *omnes* eſſe *Simplices*.

2 Alii nonnullas etiam eſſe *Compoſitas*, verbi gratiâ *Mixtorum* Cor- conf. part. 1
porum Formas ex Formis quatuor Elementorum quaſi contempera- ſ. 2 port. 1
tas credunt, ut *Averroes*, *Zabarella*, *Burgersdicius* Colleg. Phyſ. c.10 Def. 9
Diſp.17 Theſi 9. Schol.

3 *Græci* & Græcorum Sectatores *fere omnes* docent eſſe *Compoſitas*.

Certe, quod Forma Subſtantialis tam frequenter Λόγος Οὐσίας, 4
Λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι, & per Ellipſin Λόγος appellatur, maximum eſt indicium, *ab Ariſtotele non Simplicem* Formam (Abditam quandam Semiſubſtantiam) *intellectam.* Eſt enim Λόγος Compoſitum aliquid & Reſolubile.

Verba etiam *l.2 Gen. & Corr. t.6* fin. *ex Ocello*, manifeſte *evincunt* 5
Formam Abditam & Simplicem in Elementis Ariſtoteli ignotam.

V

* Burgersd. Colleg. Phyſ. Diſp.3 Th.5.

Forma quidem Subſtantiale quid dici poteſt, verum *qui Subſtantiam* eam eſſe contendit *, *abſque Notionibus* loquitur. Inhærere enim Materiæ & Subſtantiam eſſe, ſunt Contradictoria. 1

Cum vero Peripatetici ita *argumentantur*; 2

Quicquid eſt *Pars Subſtantiæ*, eſt *Subſtantia*.

Forma Corporis Naturalis eſt *Pars Subſtantiæ*, (probatur per Conſequentiam a Rectis ad Obliqua),

ergo Forma eſt Subſtantia:

Major Sumtio aut *Identica* eſt, ſi Subſtantia Incompleta definiatur, quæ eſt Pars Subſtantiæ; aut *Falſa* eſt, ſi Subſtantia dicatur id, quod per ſe ſubſiſtit. Forma enim per ſe non ſubſiſtit.

Per ſe ſubſiſtere dicitur, quod *non* requirit aliud Ens, cui *penetranter coexſiſtat.* Addo penetranter, quia coexſiſtentia de ſolo Tempore poſſet accipi. 3

Scholion I

Formas Subſtantiales Arabes & Latini ab omnibus *Accidentalibus* 1
re ipſa & quaſi *Nativitate Diverſas* eſſe ſtatuunt.

Græci vero (Alexandri Sectatores) & eorum Aſſeclæ eandem Rem 2
Inhærentem modo in Subſtantiali, modo in Accidentali Statu, ſive
modo *Accidentale*, modo *Subſtantiale* aliquid eſſe poſſe docent. Uti 3
Cæſalpinus Quæſt. Peripat. l.1 q.5 (fol.15 A), & q.7 (fol. 24 B), & l. 4 q.6 (fol.95 F) & q.7 (fol.99 E): Cremoninus l. de Formis Elementor. ſection.1 c.4, ſection 3 c. 2: Bonamicus de Motu l. 8 c. 18, & Conringius Natural. Inſtitut c.35 1.

Simon *Portius*, Profeſſor Piſanus & Sectator Alexandri defendit expreſſe, Formas eſſe *Accidentia*.

II

1 *Ariſtoteles* Metaph. l. 7 c. 3 in utramque partem Argumenta adfert, & quod MATERIA, & quod *Forma magis* ſit *Subſtantia*. Hoc tamen Argumentum, *quod Burgersdicius* Colleg. Phyſ. Diſp. 3 Theſi 6 ponit, *pro Forma* non adfert. Eſt autem *nullius momenti*.

2 „ *Fatetur* enim ipſe Burgersdicius Diſp. 2 Theſi 13, *quod Materia* „ *Prima Actu habeat ſuam Eſſentiam, atque Exſiſtentiam Subſtantialem*. Ideo Materia Formæ minus recte ita opponitur, quaſi Materia ſit Poteſtate, Forma vero Actu.

3 *Rectius* opponitur Materia Formæ ita, ut *Materia* ſit *Potentia* (Δύναμις), *Forma* vero *Actus*. Forma enim ponitur eſſe Ens Incompletum, quod Materiam Inhærendo perficiat, ideoque Actus Materiæ dicatur. Contra Materia dicitur Potentia (Poteſtas), quia eſt Ens Incompletum, quod aptum eſt ſuſtinere aliud Ens, a quo compleatur.

4 Sive vero *Materia* Prima *Potentia* eſſe (Δύναμις εἶναι) dicatur, ſive *Potentiam habere*, *eadem* intelligitur Materiæ Primæ *Eſſentia*.

5 *Ariſtoteles* autem *Phyſ. l.* 2 *c.* 12 *Formam magis Subſtantiam* eſſe quam Materiam, *ne dicit quidem*, nedum id probet. At Phyſ. *l.* 1 *t.* 79 *Materiam* non cum Forma, ſed *cum Privatione confert*.

VI ☞

1 *Quod eadem Forma* Subſtantialis *non* poſſit *ineſſe diverſis Materiis*, id *ſumunt* Peripatetici *gratis*. Experientia id docere immediate nequit, cum *Forma* Subſtantialis ſit *Inſenſilis*.

2 *Videntur* id ex eo Axiomate *colligere*, *quod nullum Inhærens de Subjecto in Subjectum tranſit*.

3 Sed unde hoc ſumunt, *quod* ex duobus illis Syſtaticis Corporis Principiis, quorum unum manet, alterum interit, id quod *manet*, ſit *Subjectum*, id quod *interit*, ſit *Inhærens*? Id ſumunt ex *Accidentali Mutatione*.

Verum *ibi* id, quod *manet*, eſt *præſtantius*, & cujus merito ſubſi- 4
ſtit alterum.

VII

Cum *Forma* Subſtantialis ſit res *Inſenſilis*, *non diſtinguere* nobis *po-* 1
terit Compoſitum ſuum ab aliis Corporum Speciebus, *niſi* prius *demon-ſtratum* ſit *eſſe* in eo Compoſito ita Qualificato peculiarem F*ormam* Subſtantialem.

Verbi gratiâ, *non* poſſum affirmare Formam Subſtantialem *Gla-* 2
ciei diſcernere Glaciem a quavis alia Specie, ac proinde *ab Aqua*, niſi prius ſciero, Formam Subſtantialem Glaciei differre a Forma Subſtantiali Aquæ.

Scholion.

" *Zabarella* in comment. ad l. 1 Phyſ. t. 24 dicit, *Senſu patere*, *quod* 1
" *Homo & Equus differunt ſecundum Formam, & quod* Contraria *dif-*
" *ferunt ab invicem ſecundum Formas.*

Videtur per Formam intelligere *Speciem*. Nam paulo poſt ait, 2
" *probare* Corpora Naturalia *non eſſe unum Specie, id eſt, Formâ.*

" Et ibid. ut & in t. 19 dicit *Senſui repugnare, adverſari*, qui *dicit* 3
" Corpora Naturalia *omnia eſſe unum* Specie.

At *quanam Specie differant*, non Senſus, ſed *Rationis* eſt judicare. 4
Multo *magis, qua Formâ* differant.

VIII

adverſ. Burgersdic. Colleg. Phyſ. Diſp. 3 Th. 4.

N*on* deſunt Rationes, quibus *Materia magis* Corporum Natura- 1
lium P*rincipium* Conſtitutivum videatur eſſe, quam *Forma*.

Nam quod *plurium* eſt P*rincipium*, magis eſt Principium, quam 2
quod paucorum. At Materia Prima plurium eſt Principium quam Forma, quia omnium.

Item,

Digitized by Google

3 Item, quod *ante Formam exſiſtit*, & Formâ *pereunte ſupereſt*, id magis Principium eſt, quam Forma.

4 Denique, quod *magis Subſtantiæ nomen meretur*, magis Subſtantiæ Naturalis Principium eſt, quam quod minus meretur.

IX

1 *Materia* reſpectu *Corporis Naturalis* Materia, reſpectu *Formæ* tam Subſtantialis quam Accidentalis *Subjectum* dicitur. ad Burgersd. Colleg.Phyſ. Diſp.2 Th.14, & Id. Diſp.2 Th.6.

2 *Neque* recte dicitur *Inſitum* quid Corpori Naturali. Rectius *Inexſiſtens* vel *Immanens*.

3 *Inſitum* enim eſt aliquid *Inhærens*, non Subjectum, ut *Surculus* Inſitus inhæret *Trunco*.

X

1 POTENTIA, & *Aptitudo* & *Propenſio ad Formam*, ad Burgersd. Colleg.Phyſ. Diſp.2 Th.13 ſeqq..

2. et *Appetitus Formæ* * & *Capacitas* omnia *idem* ſunt. *Ariſt. Phyſ. L.1 t.81.

Materiam poſſe recipere Formam,

Materiam *Aptam eſſe* & *Propenſam ad Formam*,

Appetere Formam,

Capacem eſſe Formæ,

omnes hæ *Phraſes idem* notant, atque eo tantum faciunt, *ut Verborum copiâ ſaturent* ſuos *Auditores* Sophiſtæ, quos Rerum Copiâ ſatiare nequeunt.

3 Abſtracta item hæc *Vocabula*:

Potentia Univerſalis & *Particularis*,

Appetitus Univerſalis & *Particularis*,

Propenſio Indifferens & *Limitata*,

ad Pompam excogitata ſunt, ut Phyſices Auditores multùm intelligendo nihil intelligant.

4 Eodem autem jure, quo Appetitus Formæ tribuitur *Materiæ*, *etiam Faſtidium Formæ tribui* eidem *poteſt*.

Materia enim *Ligni*, dum *ad Formam* C*arbonis diſponitur*, ſimul Formam Carbonis Appetere, & *Ligni* F*aſtidire incipit*.

SCHOLION.

ad Burgerſd. dictæ Diſp. Th.14.

Potentia P*articularis* ſive Specialis non eſt de Eſſentia *Materia*, ſed ejus Accidens, non tamen Reale, ſed *Denominatio Externa*. 1

Non vero tantum D*iſpoſitiones*, ſed & *Formæ Subſtantiales* Potentiam Materiæ *reſtringunt*. Nam ex *Lacte non* fit *Acetum, nec ex Vino* fit *Oxygala*. 2

XI

Contradicunt ſibi Peripatetici, dum *Proprietates* Rei *Formam conſequi*, a Forma fluere & oriri dicunt, & tamen *Formam* non niſi *in Materiam* DISPOSITIONIBUS, hoc eſt, Propriis Qualitatibus Corporis Generandi *præparatam induci* poſſe docent. 1

Sic *Burgerſdicius* ſtatuit, *Diſpoſitiones omnes*, inter quas Figura quoque eſt, *antecedere Formæ* Subſtantialis ſive O*rtum* ſive Eductionem, ſive Introductionem, Colleg. Phyſ. Diſp. 2 Theſi 15, & Diſp. 20 Theſi 9 in fine. Ideo ſibi contradicit, dum Diſp. 2 Th. 11 fine docet, quod *Materia Figuram ab Adveniente Forma accipiat*. 2

Vide etiam *Zeiſoldum*. 3

XII

* Burgerſd. Diſp.2 Th.12, v.& Diſp. 3 Th.11,12,&13.

Sunt *, qui dicunt *Subſtantias Naturales fieri ex Materia Prima*, quod tamen *non credunt*. Si dicerent, Corpora Naturalia *conſtare* ex Materia Prima, *ſibi non contradicerent*.

XIII

Digitized by Google

XIII

1 *Zabarella* lib. 1 de Partit. Animæ c. xi (col.754 & 755), vide etiam
“ Phyſ. l. 8 t.78, *Irrefragabilem Propoſitionem eſſe* ait *in Philoſophia Ari-*
“ *ſtotelis hanc:*
“ *Omnis Forma Materiam Informans* ſive Materialis *eſt extenſa ad* EX-
“ TENSIONEM *Materiæ*, & *Dividua eſt ſecundum Diviſionem* Ma-
“ *teriæ. Non eſt Tota in* qualibet Parte.

2 *Axioma* eſſe *non* poteſt, quia hoc ipſum *Demonſtratione opus* habet, *quod* Forma aliqua *ſit*.

3 Deinde ſi Axioma eam eſſe vult, imprudenter facit. *Qui negent* eam veram *Thomas* & *Albertus* Magnus?

4 Si *Theorema*, dicat, *ubi demonſtratum* ſit.

5 “ Probat eam, *quia* alias *rueret Demonſtratio Ariſtotelis*, quæ
“ Phyſ. l. 8 t. 78 probat, *Primum Motorem eſſe Formam abjunctam a Ma-*
“ *teria*, ſive Formam Aſſiſtentem. Nullam aliam adfert rationem
“ aut Demonſtrationem.

6 Certe hæc *Probatio nullâ* Reſtrictione, Diſtinctione, aliâve *Interpolatione* eo reduci poterit, ut *Scientiam efficiat*, ideo ab Analyſte Exagogico omittenda eſt.

XIV

1 Si *Quantitas per Emanationem a Materia Prima* dependet, Materia Prima *non* erit *Pura Paſſiva Potentia*. ad Jacch. Phyſ. l 1 c. 2

2 Si enim *Actio Immanens* eſt *vera Actio*, id quod Actione Immanente agit aut efficit, vere Activâ Potentiâ erit præditum. (ſ antepen. & 3).

XV

Digitized by Google

XV

ad ejuſd. c. (ſ penult. & c. 351).

„ Si *Quantitas Materiæ* Primæ *Coæva* eſt, vel quod ad *Rem* illi *eadem* eſt, vel *Eminenter* in eâ, unde emanat, includitur. *Materia Prima* autem *Corpori* Naturali *Corporeum* eſſe *tribuet*, ideoque *Forma* Subſtantialis *Rei tota Eſſentia* eſſe affirmari *nequit*. „

Scholion.

Eſſentiam Subſtantiæ Naturalis ex *Materia* & *Forma Compoſitam* eſſe ſtatuunt *plerique Latinorum*. 1

Quidam *dubitant*, ut *Jacchæus* Phyſ. l 1 c. 3 initio. 2

Græci vero & Græcorum *Imitatores* Formam Subſtantialem Corporis Naturalis *Quidditatem totam* eſſe volunt, quod defendere ſatagit etiam *Conringius* Introduct. Phyſic. c. 1 § 4. Vide Pererium l. 6 c. 7, qui etiam *Averroi* Arabum, & *Alberto* Latinorum Principi tribuit hanc ſententiam. 3

Ariſtoteles ſæpius Formam ponit *totam* eſſe *Rei Eſſentiam*, ut „ Phyſ. l. 1 t. 28, Analyt. poſt l. 2 t. 48 (dum enim *unam e Cauſis eſſe* „ dicit τὸ τί ἦν εἶναι, Formam intelligit). Tamen interdum *rurſus* id *in dubium* revocare videtur, ut *Phyſ. l. 2 t.* 31. 4 5

„ Τέλων (Τῶν ὡς τὸ ἐξ οὗ „ Αἴτιά ἐστι), τὰ μὲν ὡς τὸ Ὑποκεί- „ μενον, οἷον τὰ Μέρη· τὰ δὲ „ ὡς τὸ τί ἦν εἶναι, τότε ὅλον, „ καὶ ἡ Σύνθεσις, καὶ τὸ εἶδος.	*Eorum*, (*quæ ut id, ex quo Cauſa ſunt*), *alia ut Subjectum*, *videlicet Partes*; *alia, ut Quidditas & Totum, & Compoſitio, & Species ſive Forma*.

Hic *Formam* non ſumit, ut Partem, ſed ut *Totam Quidditatem*, quæ *Notioni Definitivæ* reſpondet. 6

XVI

Omnes *admirantur Materiam Primam*. At *Formæ* iſtæ *magis abſurdæ ſunt*. 1

Mate-

2 Materia enim facilius concedi poteſt, quam Forma. Nam *Atomi Materia* dici poſſunt *Ordinis*, *Tactûs*, & reliquorum Modorum Entis (ſive Semientium).

3 Veriſſimum itaque eſt, in omni Mutatione Subjectum aliquod requiritur, ſive Formæ intereant, & oriantur, ſive Semientia tantum ſint, quæ oriuntur & intereunt.

4 Neque adeo de Materia Prima *lis* eſt, quam *de Materia* Penetranter *Formæ Subſtrata.*

5 Deinde poteſt dari *Materia Prima*, quæ tamen non ſit unius Speciei, ut ſi dicam *Similaria Corpora.*

6 *Ariſtoteles* uſus fuit *Artificio Sophiſtico.* Avertit homines *ab Abſurditate Formarum* (ſive Simplicium ſive Temperatarum) Penetrantium *ad Contemplationem Materiæ.*

XVII

1 *Eſſe* in rebus *Materiam* Subſtantificam; eſſe *Formam* Subſtantialem; eſſe *Tranſmutationem Actupotentialem*; hæc tria *ſimul* vel aſſerenda vel neganda ſunt. Nec poteſt una harum trium Propoſitionum DEMONSTRARI, niſi ſimul demonſtratæ ſint & reliquæ.

adverſ. Zabarel. qui l. de Ph. c. 43 & 44 Formam, 58 Materiam demonſtrari ſtatuit.

2 *Demonſtrato* tamen *Materiam Subſtantificam dari*, *non* ſtatim *demonſtratum* eſt Materiam *Primam* dari.

3 Qui autem *a nullo ſano in dubium vocari* poſſe aſſerit, *omne Corpus habere Materiam & Formam*, is *Averroem* cum omnibus Aſſeclis, ut & *Zabarellam*, *inſanos* facit.

XVIII

1 *Quod ad* Materiam, *aliter* procedendum *contra eos*, *qui Elementorum* Tranſmutationem *negant*, ut Sennertini, aliter contra eos,

qui eam *ſupponunt*, ut Zabarella, Suarezius, & reliqui omnes.

Aliter contra eos, 2

qui eodem Syllogiſmo Materiam & *Materiam* Primam *demonſtrant*, ut Zabarella,

aliter contra eos,

qui primum Materiam *Subſtantialem, deinde Primam*, ut Suarezius, cum tamen *prior ratio magis* Suarezio & Fonſecæ, quam Zabarellæ conveniret.

XIX

*Zabarel.in Phyſ.l. 1 t. 43 & 44.

Qui Propoſitiones haſce duas toties Phyſ.l.1 & alibi ab Ariſtotele 1
uſurpatas:

,, *Quicquid fit, ex Contrario fit:*

,, *Quicquid corrumpitur ſive interit, in Contrarium corrumpitur ſive*
,, *interit,*

,, per Inductionem probari, & ex iis probatis *Formas Subſtantiales*
,, Simplices & Abditas ſibi invicem in communi Materia ſuccedentes,
,, (quod Dogma Latinus Peripatus ſummo conſenſu defendit), *Phyſicâ & non Topicâ* ſive Logicâ *ratione probatas* eſſe perhibent *; evitare non poſſunt, quin tum aliis *ſe implicent* difficultatibus & *Contradictionibus*, tum in *Nugationem* manifeſtam incurrant.

Si enim ab omnibus Æquivocationibus expediantur dictæ Propoſitiones, huc demum evadunt, ut hiſce duabus Ineptiſſimis æquipolleant: 2

Quicquid fit, ex eo fit, ex quo poteſt fieri,

&

Quicquid corrumpitur ſive interit, *in id corrumpitur* ſive interit, *in quod poteſt corrumpi* ſive interire.

ad t. 43.

Id ipſum ultro quaſi *fatentur*, cum *Contraria* in his Axiomatibus 3
,, *Large* ſumta *intelligenda* eſſe docent, ita ut etiam Privative Oppoſi-
,, ta comprehendantur.

Miſer-

Digitized by Google

4 Miſerrima proinde evadet Formæ Subſtantialis per Inductionem
Demonſtrativam Probatio, quæ Phyſ. l.1 t. 43 & 44 ex duobus illis
Axiomatibus fieri dicitur.

5 Nimis autem de Demonſtrativa hac ſuâ Inductione *ſecurus* eſt Za-
„ barella, dum *Formas* Subſtantiales non vere, ſed *per Similitudinem*
„ tantum *Contrarias*, item *tantum Diverſas* eſſe docet in Comm. Phyſ.
l.1 t.44, l.2 t.15, & in l.1 de Mat. c. 2.

SCHOLION.

1 *De Contrariis Generaliter* ſumtis nemo loquitur, niſi vel *Metaphy-
ſicus* vel *Dialecticus*, quia eſt una ex Affectionibus Entis.
2 " *Ariſtoteles* ipſe alicubi, *an Contrariorum,* inquit, *ſit una Scientia,*
" *conſiderare Dialectici eſt.*
3 " Ergo *Dialecticè* agit Ariſtoteles, dum Phyſ. l. 1 *probat*, *Principia*
" *eſſe inter ſe Contraria, & quicquid ſit, ex Contrario fieri.*

XX

1 „ *Demonſtratio Formæ* per *Emanationem Frigoris a Forma Aquæ**, * Jacchæi
non eſt *Ariſtotelica*, quia nimis Specialis eſt, & præterea *e medio* Ari- Phyſ. l. 1 c. 8
2 ſtotelicis ipſis adhuc *dubio* exſtructa. Nam *qui Græcos* ſequuntur, (ſ 1 fin.).
Reſultantiam iſtam *Figmentum Recentiorum* eſſe perhibent, cujus nul-
la in Ariſtotele ſint veſtigia.

XXI

1 *Conimbricenſes* & *Suarezius non demonſtrant*, *Formas* Subſtantiales adverſ. Bur-
dari. Id enim omnes Peripatetici credunt ab Ariſtotele eſſe demon- gersdic. Ideæ
2 ſtratum. *Verum* id demonſtrare conantur contra Græcos Peripa- Diſp. 2 Th. 13.
teticos, & eorum Sectatores, quod Forma Subſtantialis ſit res *Sim-
plex* & *Abdita*, non ex Potentiis, aliiſve Qualitatibus Compoſita.

Id ipſum quoque *Pererius* de Communib. Rer. Natural. Principiis 4
« l.6 c.2 *Argumentis* pluribus probat, quæ tamen ipſe fatetur, *non* eſſe
« *Demonſtrativa, ſed Probabilia* tantum.

XXII

*Zabarel. in 1 Phyſ. t. 58 inic., t. 63 fin., item de prima rerum Materia l. 1 c. 5.

Sunt*, qui *Materiam Subſtantialem*, & per conſequens Formam 1
Subſtantialem hujuſmodi Syllogiſmo *demonſtrari* putant:
» *Ubicunque eſt* Tranſmutatio (ſive ſecundum Subſtantiam Mutatio)
» *de Contrario in Contrarium, ibi ſubjecta eſt Materia aliqua utrique Con-*
» *trario* (Formæ nimirum Decedenti & Succedenti) *communis*;
» *atqui in Corporibus Naturalibus eſt Tranſmutatio de Contrario in*
» *Contrarium*,
» e.

v ad 1 Ph. t. 57 & 62.

» *Majorem* dicunt ita *probari*, ut primum *Inductione* colligatur, *in* 2
» omni *Accidentali Mutatione* eſſe *commune Subjectum* duarum Contrariarum Formarum, Decedentis & Succedentis. (Nam in Tranſmutatione Inductionem hujuſmodi fieri non poſſe tacite fatentur, cum Formæ Subſtantiales Inſenſiles ſint).

» Deinde peculiari *aliqua Mentis Conſideratione*, & *Diſcurſu* adhi- 3
» bito, deprehendi ajunt, id ipſum *neceſſarium & eſſentiale eſſe* omni Mu-
» tationi, *etiam Subſtantiali*.

Totam autem hanc probationem ex Inductione priore & ſubſe- 4
» quente Conſideratione compoſitam, vocant *Inductionem Scientialem*
» ſive *Demonſtrativam*.

Verum enimvero ſi per Tranſmutationem de Contrario in 5
Contrarium *intelligunt Tranſmutationem Actupotentialem*, Minor, non Major *probanda* eſt.

Sin Tranſmutationem in ea ſignificatione accipiunt, quæ & 6
ab Actupotentiali & a *Syndiacritica* Tranſmutatione *abſtrahat*, quicquid
de

de Minore ſit, Majorem probatione indigere concedimus: verum allatam *probationem* prorſus *Sophiſticam* eſſe aſſerimus.

7 Nam primo *ne in omni quidem Accidentali Mutatione Formæ* alicujus aut Entis *fit* vel *Generatio* vel Productio.

8 Verbi gratiâ, ſi *Veſica* vel *Follis Luſorius inflatur*, atque ita ex Corpore Flaccido fiat Corpus Durum & Renitens, *Duritics* illa non eſt Forma aliqua Realiter Diſtincta, & peremptâ Flacciditate e Nihilo Producta, ſed *Modus Entis*. v. proœm. aff. 7 ſectiunc. 60 & 30.

9 Ita, cum *Cereviſia* Lupuloſa *in Spumam acta Albeſcit*, *Albor* iſte non eſt Forma, ſed *Modus Entis*, aut Apparentia Figurationem & Situationem Partium Cereviſiæ conſequens.

10 Nec enim multiplicanda ſunt Entia præter neceſſitatem.

11 Deinde *Appendix* iſta *Inductionis* vulgaris, ſive Conſideratio, ſive Diſcurſus, ſive Negotiatio Intellectûs, ſive Mentale Examen vocanda ſit, ſi quid probat, & ex ignoto notum, ex incerto certum facit, aut *Inductio* eſt, aut *Demonſtratio*, aut *Fabula*.

12 Tertio *quærendum* ex Zabarella, *num ſolam Biterminam Mutationem* in hac Demonſtratione *intelligat*, an etiam reliquas Mutationes;
13 Item num *Inductionem* eam, quæ prior pars eſt Inductionis Demonſtrativæ, in quibuſvis Mutationibus Accidentalibus fieri velit, an *in Alterationibus Actupotentialibus tantum*;
14 Item num *ex Biterminа Accidentali Biterminam Subſtantialem*, & eodem modo *ex Corruptione Accidentali* Mera, Meram *Subſtantialem Corruptionem*, & ex *Productione Accidentali* Mera, *Generationem Meram*, interveniente novo iſto abdito Diſcurſu, *inferendam* putet.

XXIII

14 Sunt *, qui Materiæ & Formæ *Demonſtrationem* circiter *talem* adferunt: * Burgerſd. Colleg. Phyſ. Diſp. 1 Th. 9.

« *Quod ſecundum Subſtantiam tranſmutatur*, ſive corrumpitur, ſive in-

" interit, id *conſtat* ex Parte Subſtantiali, quæ manet (perdurat), &
" Parte Subſtantiali, quæ interit, hoc eſt, *ex Materia* & *Forma*,
" atqui quatuor Simplicia Corpora, quæ *Elementa* dicuntur, *ſecun-*
" *dum Subſtantiam tranſmutantur*,
" ergo *conſtant ex Materia & Forma.*

Quia autem quatuor hæc Corpora Mixtorum Corporum ſunt Materia, ideoque Elementa dicuntur; *Materia*, illis quatuor *Communis*, *Prima* erit Materia, ipſorum vero *quodlibet* Materia erit Mixtorum Corporum Subſtantialiter *Secunda*. Atque hactenus Demonſtratio. 2

Poſſunt *multa reprehendi* in hac Probatione. Jam *ſufficit negaſſe Majorem* Sumtionem, cui hanc dicimus *ſubſtituendam*: 3

Id, *quod ſecundum Subſtantiam tranſmutatur, conſtat ex Parte Subſtantiali qua manet, & Parte Subſtantiali, quæ ſeparatur.*

Deinde & *Minor* Sumtio *falſa* eſt. Nullis enim Experimentis evinci poteſt, quatuor iſta Corpora in ſe invicem tranſmutari, & hac in re *Sennertinos habemus adſtipulatores.* 4

XXIV

Si maxime *concedamus* Zabarellæ eam *Demonſtrationem*, quam Aſſertione 22 conſideravimus, qua Materiam a poſteriore, nimirum effectu ſuo, demonſtrari putat, *nondum* tamen eo ipſo *Materiam Primam*, ſive Subſtantiam Incompletam æternam omnibus Formis Caducis communiter Subſtratam, *Demonſtratam* eſſe concedendum eſt. 1

In Demonſtratione enim iſta idipſum *Materiæ nomine accipiendum* eſt, *quod in utroque Tranſmutationis* concreto *Termino permanet*. Atqui id non ſemper Materia Prima eſt, ſed *ſæpe Materia* aliqua *Secunda*. 2

Verbi gratiâ *in Mixtione*, quæ ipſi ſecundum Refractionem fit; item in *Miſti Reſolutione*, Materia eſt id quod *ex Materia Prima* & *Rema-* 3

4 *manentis Formarum Elementarium componitur.* (Si quis Mixtionem *per Superinductionem* amplexetur, eſt *Elementorum* ipſorum *Congeries*).

5 Si *ex Embryo vitam Plantæ agente* fiat *Animal*, Materia Tranſmutationis hujus eſt id, quod *ex Materia Prima, Formis Subſtantia-*
6 *libus Partium Similarium*, & *Anima Vegetativa* componitur. Quod ſi etiam *Anima Specifica Equi non eodem momento* ſive inducatur ſive *introducatur, quo* Anima *Sentiens Generica*, Materia hujus Tranſmutationis adhuc Perfectior ſive *magis Compoſita* eſt.

7 Ita quoque, ſi *Anima Quercûs Specifica* introducatur *poſt* introductam jam *Animam Plantæ Genericam*, etiam hujus Tranſmutationis Materia *magis erit Compoſita*, quam ejus Tranſmutationis, *qua ex Semine* fit *Plantæ*.

v. Zabar. de Facult. Animæ c.9, ubi adducit Ariſtotelis verba ex l. 2 Gen. Animal. c.3; „ *non ſimul* „ *fieri Animal* & *Equum*.

8 Materia itaque Subſtantifica in genere ſumta eſt, quæ Tranſ-
9 mutationi in genere ſumtæ adæquatur. *Demonſtrationis* autem *Leges* a Zabarella tantopere inculcatæ hoc *requirunt*, ut *Effectus Cauſæ adæquatus* ſit. (Videl. de Specieb. Demonſtrat. c. 21, & de Medio Demonſtr. l.2 c. 3).

Scholion.

Non ideo, *quia Materia Prima* dicitur *Corpori* Naturali *tribuere, ut ſit Corpus* ſive Subſtantia Corporea, ipſa *Senſilis* eſſe ſtatuitur. *Neque* vult *Zabarella* Materiam Primam eſſe *Corpus Completum*. Fatetur enim eſſe Subſtantiam Incompletam.

adverſ. Burgerſdic. Colleg. Phyſ. Diſp. 2 Th. 21.

XXV

Ut *Materia Prima demonſtretur*, inter alia etiam hoc *neceſſe* eſt, *ſupponere*, Sublunarium Corporum *quodvis ex quovis*, ſaltem mediate & & remote, *fieri* poſſe. *Et contra* poſitâ Materiâ Primâ, ſequitur oriri quodlibet Sublunarium ex quolibet. *Utrum* autem id *per Inductionem* ex ſufficienti Experientia deduci queat, admodum *incertum* eſt.

Digitized by Google

XXVI

Si maxime *concedatur* Zabarellæ & ejus Aſſeclis, 1
primum, in *omni* ſecundum *Subſtantiam Mutatione* aliquid *Subſtantiale* re verâ *aboleri*, & reliquum *permanere*;
deinde *quidvis ex quovis fieri*,
non tamen hoc ſimul conceſſum eſt, iſtud ipſum, *quod manet in hac Tranſmutatione*, etiam manere *in illa*.

Verbi gratiâ, *ex A* fiat *B*, & *ex B* fiat *C*, & *ex C* fiat *D*, *non neceſſe eſt*, id ipſum, *quod manet in Tranſmutatione A in B*, etiam *manere* in Tranſmutatione *B in C*, vel *C in D*. 2

XXVII

* Suarez. Diſp. Metaph. 13 ſect. 1, § 4.

1 " Qui *Materiam Primam demonſtratam* putant, dum *in omni Cauſarum Genere ad Primam aliquam perveniendum* dicunt*, non animadvertunt, prius illud ipſum, quod aſſumunt, *Generale Theorema demonſtrandum* eſſe. Quod ubi factum ſit, & an fieri poſſit, merito quæritur.

2 Nam ſi maxime *concedatur*, in omni *Singulari* Cauſarum ſibi invicem Subordinatarum *Serie* ad aliquam Primam, uti etiam ad Ultimam aliquam perveniendum eſſe, tamen *non* ſequitur, in *quavis* Serie *ad* unam eandemque omnibus *Communem* deveniri.

3 Deinde cum Univoca non ſit Cauſæ Notio, Generali Demonſtratione Theorema iſtud Generale demonſtrari non poterit, ſed *de Speciebus* totidem, quot ſunt *Cauſæ Species* (Analogiæ), *Demonſtrationes* fiant neceſſe eſt, quo *deinde per Inductionem* de Cauſa *in Genere* Veritas hæc colligatur, *ex quo* denique rurſus *ad* Speciale *de Materia Theorema Regreſſus* fiat. Quod ſi fiat, manifeſtiſſimum *Pleonaſmum Demonſtrationis* committendum eſſe, in aprico eſt. 4

Pri-

Digitized by Google

5 Primo, quia unica Demonſtratio, ſcilicet de Materiali Cauſa ſufſeciſſet.

6 Dein neque Inductione opus fuiſſet, neque Subcollectione.

7 Taceo, quod *Phyſica, Demonſtratio* hæc, *non* dicen da, cum *ex Communibus*, non ex Propriis & Adæquatis *Principiis* ſit petita.

C A P. III

DE FORMÆ ORTU ET INTERITU.

Argumentum.

1 Aſſertio docet, *cur Verbis* quibuſdam *Motûs Localis ad* FORMÆ ORTUM & INTERITUM Peripatetici *abutantur*. Sectiunculas habet 3.

2 *non* tamen *evitare* ipſos *poſſe*, *quin Ens* aliquod *e Nihilo fiat*. Sectiunc. 2.

Scholion explicat, *quo ſenſu Ariſtoteles Formam fieri neget*.

3 eorum opinionem conſiderat, qui *Formam e Materia educi* ajunt. Sectiunc. 3.

Scholion *Græcorum Phraſes ſimiles*, & *quas Formas Latini educi negent*, indicat. Sectiunc. 6.

4 eos qui *Formam ut quo*, *Compoſitum ut quod, fieri* dicunt, explodit.

5 eos, qui *Formam confieri* volunt. Sectiunc. 13.

6 eos, qui *Compoſitum per ſe fieri* contendunt. Sectiunc. 2.

7 loca quædam *Themiſtii, Alexandri, Bonamici* & *Ariſtotelis* ipſius producit, quibus *Formas in Materia fieri* rectius dicant. Sectiunc. 9.

8 *Propagationem Formarum* conſiderat. Sectiunc. 4.

Scholion *a quo Sennertus* iſtud Dogma *acceperit*, & *quomodo* ejus *Sectatores* idem *propugnent, exponit.* Sectiunc. 2.

9 *Burgersdicii opinionem* de Formæ Ortu examinat: Sectiunc. 7.

Nota ejuſdem *Conſenſum* cum ceteris Peripateticis *Æquivocum* notat.

Scholion *alios* adducit *cum Burgersdicio ſentientes*, & *quomodo hic Conringii* ſententiam, quaſi *Formæ Actu exſiſtentes, a Materia, Re non* ſint *Diverſa, oppugnet*, declarat. Sectiunc. 8.

10 *Latinis demonſtrandum* eſſe *contra Græcos, Formam in Momento fieri*, aſſerit. Sectiunc. 3.

I

Peripatetici, dum FORMAS ſive Subſtàntiales ſive Accidentales 1
e Materia expelli, ejici, amitti, recedere, migrare dicunt; aboleri eas, perimi, perire, INTERIRE volunt. Dum vero eas *introduci, educi*, 2
imponi, admitti, accedere, advenire ajunt; ORIRI, fieri, gigni eaſdem ſtatuunt.

Localis autem *Motus Verbis* in Generatione & Alteratione *abutuntur*, 3
ne quod *Ens* alicujus momenti *e Nihilo fieri* aut *in Nihilum interire* fateantur.

II

Quomodocunque loquantur Hypotheſeos Actupotentialis Defenſo- 1
res, *quin Ens* aliquod *e Nihilo fiat, evitare nequeunt*, ſi modo Fieri ſit id quod in Definitione Peripatetica 1 Capitis 2 diximus, & Formæ tum Subſtantiales, tum Accidentales, in Entium numero habeantur.

Imo vel ipſi *Syndiacriticæ Hypotheſeos* Propugnatores *aliquid e Ni-* 2
hilo fieri, fateri coguntur. Nam *Situs, Ordo, Contactus, Unio, Incluſio,*

ſio, Implicatio mutua Atomorum ſive Partium Hypoſtaticarum non prorſus Nihil, ſed *Modi* Entium eſſe ſtatuenda ſunt.

SCHOLION.

" Quando *Ariſtoteles Formam* Subſtantialem *fieri* ſeu generari " (γίνεσθαι), Metaph. l. 7 c. 8 & l 12 c. 3 t. 12, *negat*, eo *modo quo Compoſitum* fit, fieri eam negat. Alioquin & ipſe Formas vel Subſtan-" tiales *corrumpi* (φθείρεσθαι) & per conſequens fieri pronuntiat lib. 1 Phyſ. t. ultimo, & alibi.

III

1 Qui *Formas* Subſtantiales *e Materia*, ſive e *Potentia Materiæ*, ſive e *Sinu Materiæ educi* ajunt, quominus e Nihilo Formas Abditas fieri dicant, declinare nequeunt.

2 Nam ſi urgeantur, quid per Phraſin hanc intelligant ut explicent, eo tandem deveniant neceſſe eſt, ut dicant, Formas educi e Potentia Materiæ, nihil aliud eſſe, quam Formas *in Materia fieri*, ſive *dependenter* a Materia, id eſt, ita fieri, ut a Materia tanquam a Subjecto ſuſtentante dependeant, & extra eam vel fieri vel perdurare, (ſive ut extra eam vel incipere exſiſtere, vel pergere exſiſtere), nequeant.

3 Atque ita major Peripateticorum *Pars* cum Formas Subſtantiales e Materia fieri, omnes perhibeant, *aliud ſentiunt ac loquuntur*.

SCHOLION.

1 *Phraſin* hanc, quæ *ab Averroe* Originem habere creditur, & in Ari-
ſtotelis ſcriptis non comparet, ſtudioſe *vitant* Peripatetici, qui *Græ-*
2 *ca Familiæ* ſe accenſent, ut Franciſcus Bonamicus. Ipſi enim Com-
poſitam Subſtantiam fieri, Formam nec fieri nec educi e Materia,
„ ſed *induci* aut *imponi in Materiam ab Efficiente* ſive Agente, con-
3 tendunt. Vide Bonam. l. 2 de Motu c. 29. Declinare tamen & hi
nequeunt, quum Formam, Ens Divinum, e Nihilo fieri fateantur.

v. etiam Burgersd. Coll. Phyſ. Diſp. 3 Th. 13.

Latina Scholæ Peripatetici *Formas*, quæ ita educuntur, *Mate-* 4
riales vocant. *Animam* enim *Rationalem* ita educi negant, ideoque
e Materialium Formarum numero *excipiunt*.

Alii, ut Fonſeca, Metaph. l. 5 c. 2 quæſt. 4 ſect. 1, (ubi etiam 5
" hanc Propoſitionem: *Educuntur e Potentia Materiæ oppoſitam eſſe*
" ait *Anaxagoræ*, & *reliquis*, quorum mentio fit Phyſ. l. 1 t. 33 & 34),
" etiam *Formas Cæleſtes* excipiunt.

Idem reliquos Latinos, *qui Cælum ex Materia & Forma com-* 6
ponunt, ſentire neceſſe eſt.

IV

* Suarez. Metaphyſ. Diſp. 15 ſect. 4 § 4.

" Qui *Formam ut quo*, *Compoſitum ut quod*, fieri dicunt*, tum *Barbare* & vix Grammatice loquuntur, (quanquam Ariſtoteles Metaph. l. 7
" t. 22 *Formam* id eſſe, καθ᾽ ὃ *Compoſitum generetur*, docet), tum id, quod declinare cupiunt, non declinant, nimirum *nihilominus*, *Formam ex Nihilo* fieri, fateri coguntur.

V

* Toletus in l. 1 Phyſ. c. 9 quæſt. 19, & ad l. 1 Gen. & Corr. c. 3 q. 2: & Suarez. Metaph. Diſp. 15 ſect. 4 § 3.

" *Eodem modo*, qui *Formam* per ſe non fieri, ſed *confieri & comproduci* 1
contendunt*, ſi maxime id obtineant, Formam ex nihilo confieri,
fateantur, neceſſe eſt, & ſic in id ipſum quod declinare volunt, incidunt. Confieri enim eſt fieri cum alio. Quod autem fit cum alio, id vere fit.

Verum, cum *improprie* admodum & contra Sermonis Latini Ana- 2
logiam loquantur, explodendi ſunt.

Nam *primo* ita loquuntur, *quaſi Materia quoque fieret*. 3

Deinde Forma non cooritur cum Compoſito, ſed Ortus Formæ eſt Or- 4
tus Compoſiti, & Interitus Formæ eſt Interitus Compoſiti.

Neque Forma exſiſtentiam ſuam Compoſito acceptam refert, 5
ſed ideo *Compoſitum* potius *exſiſtit*, *quia* & *Materia & Forma* exſiſtit,
Materiâ quidem Formam ſuſtinente, Formâ autem Materiam, ut
lo-

6 loquuntur, continente. *Facilius* poteſt concedi *Formas interire & oriri*, quam Formas *merito Compoſiti exſiſtere*, & non potius Compoſitum merito Formæ & Materiæ.

7 In *Plantis Partem poſt Partem fieri* liquido conſpicimus.

8 In *Animalibus* primum Cor, deinde *Hepar* vel *Cerebrum* generari, tum Ariſtoteles, tum omnes Græci Lycei docent Alumni.

9 Non itaque ideo Pars exſiſtit, quia Totum exſiſtit, ſed contra Totum exſiſtit, quia Pars exſiſtit.

10 *Nec* tamen, vel *Totum Parti confieri, proprie* dici poterit. Minus recte dicimus, *Pollicem* confieri, aut comproduci *cum Manu*.

11 *In* Corpore *Animato Formæ Similarium Partium Confieri* dici poſſunt ſecundum eos, qui tales Formas ſtatuunt, quia quælibet fit cum reliquis.

12 *Pars* una *cum altera fieri recte* quidem dicitur, ut *Pollex cum Indice* aut *Annulari*.

13 Verum ſi quis *Formam* cum eo, quod ex Materia & Forma conſtat, *confieri* dicat, æque ineptus eſt, ac ſi *Icterici Cutem cum Corpore conflaveſcere*, aut *Crines Senis cum Capite concaneſcere* argutetur.

VI

1 " Vanum quoque eorum * eſt Effugium, qui *majore* adhuc *Cata-* *Mercenarii
" *chreſi* uſi, *Compoſitum per ſe*, *Formam* Subſtantialem *per accidens fieri* di- Dilucidat.
2 " cunt. Hi tamen *Formam prius*, *Compoſitum poſterius* (*Naturæ Or-* (c. 48).
" *dine*) *generari* fatentur, & *Compoſitum* ideo *fieri*, *quia Forma fit*.

VII

1 *Rectius* loquuntur, qui Formas *in Materia fieri* dicunt.

2 *Themiſtius* ad l.2 Anim. t. 122 (fol. 83, b):

Digitized by Google

„ Ὕλη γὰρ οὐδεμία δύναται κρί- „ νειν τὸ ἐγγινόμενον Εἶδος. „ Ἀσύνετον γάρ τι ἡ Ὕλη.	*Materia enim nulla poteſt diſcernere, quæ in* (ipſa) *fit, Formam. Brutum enim quid eſt* Materia.

Alexander l. 1 Anim. c. 1:

" Τοῦ γὰρ Ἀνδριάντος Ὕλη μὲν ὁ Χαλκὸς, " ἢ Λίθος. Εἶδος δὲ τὸ τοιόνδε " Σχῆμα, καὶ ἡ τοιάδε Μορφὴ, " ὅ ἐστι κατὰ τὴν Τέχνην γινό- " μενον, καὶ ἡ Τέχνη. Τέχνη γὰρ " πᾶν τὸ κατὰ τὴν Τέχνην ἐν τῇ ὑποκει- " μένῃ Ὕλῃ γινόμενον ὑπὸ τοῦ τὴν Τέχ- " νην ἔχοντος.	*Nam Statuæ Materia quidem Æs, aut Lapis. Forma vero talis Figura, & talis Species, quæ eſt ſecundum Artem facta, & Ars. Ars enim, quicquid ſecundum Artem in ſubjecta Materia fit ab eo qui Artem habet.* 3

Et poſtea, ubi de Materia Primâ, ſive Simplicium Corporum Materia loquitur: 4

" δι' ἣν Ἀνείδεον οὖσαν τε καὶ " λεγομένην, Εἶδος ὠνόμασαι, " ὃ γενόμενον ἐν αὐτῇ, πάνυ " τῆς προηγουμένης αὐτὴν Στε- " ρήσεως.	*propter quam, cum Informis ſit & dicatur, Forma appellata eſt, quod factum in ea, omnino præcedente eam Privatione.*

Et poſt:

" οὐ μόνον δὲ τὴν τοιαύτην Ὕλην " ἀδύνατον αὐτὴν καθ' αὑτὴν " ὑποστῆναι, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐν αὐ- " τῇ γινόμενον Εἶδος.	*non ſolum vero talem Materiam impoſſibile ipſam per ſe ſubſiſtere, ſed neque, quæ in illa fit,* Formam. 5

Et mox de Formis tam Simplicium quam Compoſitorum Cor- 6
" porum ſubjungit; poſtquam dixerat, *Materiam Proximam* Ὕλην
" Προσεχῆ (quam alias Secundam dicunt) poſſe per ſe ſubſiſtere:

Τῶν

« Τῶν δὲ Εἰδῶν, τῶν ἐν Ὕλῃ γι- « νομένων, οὐδὲν οἷόν τε καθ' αὑτὸ « ὑποστῆναί ποτε.	*At Formarum, quæ in* Materia *fi- unt, nulla poteſt per ſe ſubſiſtere unquam.*

7 Et ad c. 5:

« οὔτε ἐξ Ὕλης τὸ Εἶδος. « Εἰ γὰρ.	*neque ex Materia* (Forma). *Si enim* &c..

8 „ *Bonamicus* de Motu l. 2 c. 29 (192 H): *Forma non fit ex Materia, ſed* „ *in* Materia.

9 Imo *Ariſtoteles* ipſe Gen. Anim. l. 1 c. 22, ubi docere conatur, quod Mas nihil Materiæ ad Fetum conferat, ſed tantum Formam & Inſtrumentum movens, idque Fabri exemplo declarans, ita ſcribit:

« ἀλλ' ἡ Μορφὴ, καὶ τὸ Εἶδος, « τὸ ἀπ' ἐκείνου (Τέκτονος), ἐγγίνεται « διὰ τῆς Κινήσεως ἐν τῇ Ὕλῃ.	*ſed Forma & Species, quæ ab illo* (Fabro), *fit per Motum in Materia.*

VIII

1 Qui Formarum Exortum e Nihilo hac ratione probabilem reddi „ poſſe putant, ſi dicant *Formas in prima Creatione Vim accepiſſe ſe ipſas* „ *multiplicandi* *, primum, quia *ſupponunt, quod Rationis Viribus demonſtrari nequit*, eo ipſo fatentur, Abditarum Formarum Exortum & Interitum demonſtrari non poſſe.

* Sennert. Natural. Scient. Epitom. l. 1 c. 3 (529).

2 Deinde *ſibi* ipſis *adverſantur*, dum in progreſſu Doctrinæ *plures Generationes* Corporum Naturalium, tum Simplices, tum Compoſitas, ponunt, quæ *per Multiplicationem* harum Formarum vel *Mediatam* (ut, ſi Forma Quercûs producat Formam Glandis, & hæc aliam Formam Quercûs) vel *Immediatam*, (ut ſi Anima Quercûs in Glande producat Animam Quercûs & hæc ſenſim Augmentatione in Quercum abeat) *nullo modo* fieri dici queunt.

Nec

Digitized by Google

Nec enim *Silex Silicem*, aut *Plumbum Plumbum*, aut *Adamas Adamantem* generat. 3

Quod ſi forte & hoc *aſſerant*, eo ipſo totam ſuam *de Mixtione* Doctrinam *evertunt*, quippe in ea omnes agendi partes quatuor Elementis totius Peripati conſenſu tribuuntur. 4

SCHOLION.

Sennertus, ne Formam Subſtantialem e Nihilo fieri diceret, *Formarum Propagationem* ſive Traductionem, a Julio Cæſare *Scaligero in Plantis* & *Animalibus defenſam, ad omnes Subſtantiales* Formas *extendit*. 1

Sectatores tamen ejus, (inter quos *Sperlingius*), *Traducem* Formarum, ita *in* Corporibus *Animatis* propugnant, ut manifeſte *ad Formarum* ſive Effectionem, ſive Generationem, ſive Productionem, ſive Eductionem relabantur; in Mixtis vero *Inanimatis vix Formam* Subſtantialem agnoſcere videantur. 2

IX

Nullus Textus ex Ariſtotele proferri poteſt, quo hoc de Forma ſtatuat, *quod Burgersdicius* Colleg. Phyſ. Diſp. 3 Theſ. 12 *ſtatuit*. 1

Vix de Subſtantia Compoſita hoc uſpiam dixit *Ariſtoteles*, quod *ante* 2
Generationem non fuerit Nihil, ſive, quod antequam eſſe inciperet, aliquid fuerit. Verbi gratiâ, quod *Carbo, ante* quam eſſe inciperet, 3
fuerit *Lignum*, quod *Acetum*, ante quam oriretur, fuerit *Vinum*.

Si quis tamen ita loquatur, ut dicat, Acetum, ante quam Acetum eſſet, fuiſſe Vinum, is nihil aliud *ſignificat*, quam *aliquam* Subſtantiæ *Aceti Partem præexſtitiſſe*, Materiam ſcilicet ante Vini, poſt Aceti Formæ ſubſtratam. 4

Eodem modo, ſi quis contendat, F*ormam Actualem*, *ante* quam Actualis Forma exſiſteret, POTENTIALEM fuiſſe Formam, eo ipſo innuet, aliquam *Partem Actualis* Formæ *præexſtitiſſe*, ideoque *reliquam* ejus Partem, quæ non præexſtitit, e *Nihilo* ortam eſſe. 5

Acce-

Digitized by Google

6 Accedit aliud inconveniens, quod hac ratione *nulla Actualis* For-
ma *Simplex Actus* futura ſit, quod expreſſe contrarium eſt Theſi 7
dictæ Diſputationis.

7 Præterea *duplicabitur Numerus Formarum*, & per Conſequens
Principia eo magis erunt Innumerabilia.

Nota.

Notandus hîc eſt *Burgersdicii* cum ceteris Peripateticis *Conſenſus
Æquivocus*, dum innuit, Formam *Materialem ex Potentia Materiæ edu-
ci*, quam tamen ex Potentiali potius Forma fieri ſtatuit. Dum enim
Th.13 excipit Animam Rationalem, eo ipſo ſe de ſolis Formis Ma-
terialibus hactenus locutum eſſe ſignificat.

Scholion.

1 Inter eos, qui, ne cogantur fateri Formas e Nihilo fieri, e Poten-
tialibus Entitatibus eas fieri contendunt, etiam alii cum Burgers-
" dicio Potentiales iſtas Entitates, ſive *Potentiales Formas in Mate-
" ria ineſſe* dicunt, ante exortum Actualis Formæ, ut *Albertus Ma-
2 " gnus* & Joannes *Baccho* l.2 Sent. diſt. 18. Vide Suarez. Diſput. 15
ſect. 2, num.3 & 4, qui Alberti incommode dicta ad vulgarem ſen-
tentiam retrahit.

3 " Eſt vero, qui Potentiales iſtas Entitates ipſam *Materiam Pri-
" mam* eſſe ſtatuat, ut Hermannus *Conringius* Inſtitut. Phyſicar. c.4.

4 Præter quem etiam neminem novi, *qui* a *Burgersdicio* Coll. Diſp.3
" Th.13 hiſce verbis *notetur*, quando *negat, ſe ſentire cum iis, qui For-
5 " mas Actu exſiſtentes a Materia non eſſe reverâ Diverſas putant*. Nam
in Inſtitutionibus Phyſicis c.5 Th.13, imo in Diſputatione de O-
rigine Formarum ſub præſidio Franc. Burgersdicii Leidæ habitâ
Th.16 & 40 tale Paradoxon defendit.

6 *Sententia* autem *probationis*, qua Franco contra ſingularem hanc
Opinionem, (quod nimirum Forma Actualis a Materia Prima Rea-
liter non ſit Diverſa), utitur, *clarius* ita proponi poteſt:

7 Quæ *Realiter Eadem* ſunt *Eidem*, ea *inter ſe Realiter Idem*
ſunt,

Ii atqui

atqui *Forma Ignis* & Forma *Aquæ Realiter Eadem* ſunt Eidem, communi ſcilicet utriuſque *Materiæ*,

ergo *Forma Ignis* & Forma *Aquæ inter ſe Realiter Eadem* ſunt.

Atqui etiam *Materia Ignis Realiter Idem* eſt *cum* Materia *Aquæ*, ergo 3 *totus Ignis toti Aquæ Realiter Idem* eſt.

X

Latinis, præſertim Averroiſtis, & Semiaverroiſtis, qui Formas 1 quaſdam Subſtantiales Remiſſibiles & Intenſibiles ſtatuunt, *demonſtrandum* eſt, *Formam* Subſtantialem in *Momento* (Inſtanti) ſive educi, ſive Induci, ſive introduci, ſive *fieri*.

Id enim negat *Græcus* Peripatus, qui *omnem Generationem in Tempore* fieri aſſerit. 2

Si *qui* vero Formam in *Momento* induci (ſive introduci) ajunt, 3 „ longe id alio ſenſu intelligunt, atque Latini intelligunt. *Sicut Domûs Forma*, inquiunt, tum demum *introducta* eſſe ſive abſolvi eo Inſtanti dicitur, *quo ultima Tegula imponitur*; aut *Globus Æneus* fit *ultimo Ictu*, qui ab Artifice Æri incutitur: *ita* quoque *Naturalis Corporis Forma* tum demum *exſiſtere* incipit, *ubi* ultimus ejus Gradus ſive *ultima Eſſentialis Pars exſiſtere* incipit. Vide Alexandr. Aphrodiſ. Comment. in l. 6 vel 7 Metaph. ſect. 17.

CAP.

CAP. IV

DE PRIVATIONE.

Argumentum.

1 Aſſertio PRIVATIONIS *commenta cauſam* docet.
Sectiunculas habet 3.
2 *quam futilis* ſit *Doctrina* de Privatione.
Sectiunc. 11.
3 per *Formæ Decedentis* nomen *commodius* eam *explicari* poſſe. Sectiunc. 3.
Scholion *Zabarellæ Catachreſeos* cujuſdam *fontem* monſtrat.
4 Privationem *non* eſſe *Principium* , & ſi concedatur eſſe, *Generativum potius* dicendum.
Sectiunc. 3.
Scholion *Sales* adſpergit *e Ramo.*
Sectiunc. 2.
5 *Potentiam Particularem eodem jure* , *quo Privatio, interire* dici poſſe.
6 *falſum* eſſe *aliquid per accidens* eſſe *Ens*, quod *per ſe* ſit *Non Ens.* Sectiunc. 2.
7 *non congruenter* dici, *Formæ Præcedenti accidere Privationem Formæ Generandæ.*
Sectiunc. 2.
8 *Zabarella Aſſertiones* quaſdam conſiderat.
Sectiunc. 5.
9 *Muſicum* & Ἄμουσον *per Catachreſin Contraria* dici.
Sectiunc. 2.

I

1 Ariſtoteles cum *quod vis quatuor* Simplicium dictorum Corporum (Terræ, Aquæ, Aeris, Ignis) *ex tribus reliquis fieri* crederet, &

tamen non quodvis e quovis, ſed *e Determinato* fieri vellet, ex PRIVATIONE fieri Corpora Naturalia *commentus* eſt.

Ex Privatione vero aliquid fieri cum dicit, *ex Privato* id fieri vult intelligi. Privatum autem *per Catachreſin* vocat, non quod habuit, ſed *quod aptum* eſt *habere*, ſive, quod poteſt accipere. 2

II

Eorum quæ *fiunt*, quædam fiunt *ex mere Privato*, ut *ex Tenebroſo Lucidum*, ex *Nudo Veſtitum*, ex *Indocto Doctus*; 1

quædam *e Contrario*, ut *ex Calido Frigidum*, ex *Raro Denſum*, ex *Levi Grave*, ex *Intemperante Temperans*; 2

quædam *ex Diverſo*, ut *ex Viridi Flavum*, vel *Rubrum* vel *Cæruleum*, ex *Acerbo* vel *Acidum* vel *Dulce* vel *Amarum*. 3

Omnia tamen fiunt *ex Privato*, hoc eſt, ex Non Ente, quia Contrarietas & Diverſitas Privationem includunt. 4

conf. c. 1 aſſ. 19 ſectiunc. 2.

Propoſitio igitur hæc: (Quicquid fit, fit e Privato, ſive Privative Oppoſito, id eſt, ex eo, quod non eſt tale, & poteſt eſſe tale) *veriſſima* eſt, ſed *futilis* & ridicula, quippe quæ non docet, niſi quod omnes ſciunt. 5

Avis, inquiunt, fit *ex Privatione Avis*, ſive ex eo, quod eſt Avis Potentiâ, hoc eſt, ex eo, quod non eſt Actu Avis, ſive re verâ Avis, & poteſt fieri Avis. Hoc etiam *Ruſtici* in Norvegiâ *noverunt*, & tamen nondum pudet Ariſtotelicos hujus ſui Principii. 6

Latibulum eſt *Ignorantiæ*. 7

Quia enim *rationem reddere non* poſſunt, *cur aliquid* fiat *ex pluribus* (Materiis Tranſeuntibus Proximis) a ſe *Specie Diverſis* & quid ſit id, in quo conveniunt illa, quodque Cauſa eſt, quod in res Specie Convenientes tranſmutari queant, ideo Sanguinem ex Non Sanguine, Carnem ex Non Carne, naſci dicunt. 8

Ut

9 Ut *Flamma* fit *ex Ligno,* & *Pilo,* & *Oleo* &c.

10 *Eruca* fit (uti creditur) *ex Semine,* & *ex Putri.*

11 *Sanguis* ſive Chylus fit *ex Pane, Carne, Piſce, Olere.*

III

1 Quicquid Scientiæ, alteriuſve Cognitionis per Ambiguas & Im-
proprias loquendi Formulas, quæ *Privationis*, ut tertii Principii, Vo-
cabulo utuntur, Intellectui inſeritur, id omne multo dexterius *evi-
tatâ* inſigni iſtâ *Catachreſi,* per *Formæ Decedentis* nomen, *aliaque*
Διδασκαλικώτερα Vocabula eidem inſtillari poteſt, ſalvo Ariſtotelis de
Materia & Forma, item Actupotentiali Tranſmutatione Corporum
Naturalium Dogmate:

2 " Si enim *Privatio neceſſario annexam habet aliam Formam,* item ſi Pri-
" vatio *nullo pacto attribui poteſt ipſi Materiæ nudæ & inaffectæ, ſed Formatæ*
tantum, ut Zabarella vult de Materia Prima l. 1 c. 7 (col. 150 D), ſe-
quitur Terminum a quo Generationis ſtatui poſſe Formam illam De-
3 cedentem, ſive quæ interit. *Eodem jure, quo Forma* Subſtantialis,
quæ oritur, Terminus ad quem Generationis eſt.

Scholion.

" *Zabarella Catachreſis,* quâ *Privationem* non Formaliter ſed *per ne-
" ceſſariam Concomitantiam* ſive Concomitanter eſſe perhibet *Formam
" Contrariam,* (hoc eſt, Decedentem ſive Recedentem), de Mater. Prima
l 1 c. 7 (col. 147 D, E) & c. 10 (col. 156, C) *ex Phyſ l 2 t.* 15 recte depromi
" videtur. Eandem de Privatione eſſe *Sententiam Alexandri l.* 2 *Na-
" tural. Quæſt.* c. 11 (dicto c. 7 col. 148 E). *Idem eidem* tribuit *Sim-
" plicius* ad l 1 Phyſ. t. 58. *Idem* ſignificat *Averroes* Metaphyſ. Epitom.
tract. 2 t. 12.

IV

Etiam admiſsâ Ariſtotelis de Tranſmutatione Subſtantiali, ſive 1
Generatione Rerum per Formarum Annihilationem, & Enihilationem, ſententiâ, *Forma Decedens non* eſt verum *Principium* Corporis Naturalis, multo *minus Privatio.*

Sive enim pro *Potentia Materiæ*, vel Univerſali, vel Determinata, 2
ſive etiam pro *Forma Decedente* accipiatur, *per* duram & obſcuram *Catachreſin Principium* dicitur.

Interim Privatio aut Forma Decedens, minori incommoditate, & 3
magis Latine Principium *Generativum* Corporis Naturalis, quam *Tranſmutativum* dicetur. *Forma* enim *Decedens* eſt aliquo modo Requiſitum, aut *Occaſio, ut generetur Res*, cujus Principium ab Ariſtotelicis eſſe perhibetur, nequaquam vero, ut tranſmutetur.

Scholion.

Non minus vere quam *lepide Ramus* lib. 1 Schol. Phyſic. cap. 8
„ *Formam Ariſtotelicam* ſcribit *Privationi merito id objicere*, *quod*
„ *Fabius* olim Livio *Salinatori, cui glorianti*, ut eſt in Catone Ci-
„ ceronis c.4, *ac dicenti. meâ operâ Q. Fabi Tarentum recepiſti: certe*,
„ *inquit, ridens Fabius. Nam niſi tu amiſiſſes, ego nunquam recepiſ-*
„ *ſem.* *Ita* quoque *Privationi titulum Principii* Naturalis *vindicanti*, apposite reſpondebit *Forma: niſi tu locum deſeruiſſes, ego nunquam ſucceſſiſſem.*

V

adverſ. Burgersd. Coll. Diſp. 3 Th. 15. cum qua conf. Th. 14.

Potentia Particularis ſive Specialis Materiæ eſt Accidens, (vide 1
c. 2 aſſ. 9 Schol. ſectiunc. 1). Et hæc eſt, quæ *Proxima Habilitas* dicitur, id eoque *eodem jure* dici poteſt *interire*, *quo Privatio.*

VI

Digitized by Google

VI

1 *Falſum* eſt, aliquid per *accidens*(ſive ex accidenti) eſſe *Ens*, quod per ſe ſit *Non Ens*. Id enim per accidens eſt Ens, cui accidit, ut ſit Ens. Atqui *Non Enti nihil accidit.* adv. dictæ Diſp. Th. 16.

2 *Differt* autem aliquid dicere *eſſe Ens per accidens* & aliquid *per accidens eſſe Ens.*

VII

1 " *Non* ſatis *congruenter* loquitur, qui dicit, *Formæ præcedenti accidere* adv. dictæ
" *Privationem Formæ Generandæ* aut Succedentis. Diſp. Th. 17

2 Poſitâ enim Tranſmutatione Ariſtotelicâ, *non accidit Formæ Ligni Habilitas*, quâ poſſit decedere & locum dare Formæ *Carbonis*, ſed *per ſe apta* eſt Forma Ligni, ut præcedat proxime Ortum Formæ Carbonis. init.

VIII

1 *Zabarella* de Prim. Mater. l. 1 c. 2 & comment. ad l. 1 Phyſ. t. 76
" *per ſe generari Aerem ex Non Aere*, *per accidens vero ex Aqua*: item
" *accidere illi Non Aeri, ex quo Aer fit, ut ſit Aqua*, aſſerit.

2 Verum *Aſſertiones* iſtæ prorſus *falſæ* & *ineptæ* ſunt, *neque ex prædicto* Ariſtotelis *textu* a Zabarella recte deducuntur.
3 Imo hoc potius *ibi* contendit Ariſtoteles, *Aerem* fieri *ex Aqua*, non quatenus
" Aqua eſt Corpus, aut Corpus Simplex, ſed *quatenus Aqua* eſt, & hoc
" ſenſu ibi dicit *per accidens fieri Ens ex Ente*, & *Animal per accidens fieri*
" *ex Animali.*

Non

Non autem, quia *Aqua* Terminus a quo Generationis Aeris adæquatus non eſt, ideo *Terminus* ejus Generationis *per Accidens* eſt. 4

Non Aer non poteſt eſſe *Terminus* Generationis, multo *minus* erit Terminus *per ſe*. *Realis* enim *Mutationis Terminus Realis* ſit, neceſſe eſt. 5

IX

ad v. Burgersdic. Colleg. Phyſ. Diſp. 3 Th. 2.

De veris Contrariis dicitur, quod *alterum alterius* Privationem *includat*, ut *Juſtus* includit Privationem *Injuſtitiæ*, & *Calidus* includit Privationem *Frigoris*, quia ex Juſto infertur Carens Injuſtitia & ex Calido infertur Carens Frigore, ſive Non Frigidus. 1

Verum *Muſicus* & *ἄμυσος per Catachreſin Contraria* dicuntur. 2

C A P. V

DE PRINCIPIIS HYPOSTATICIS, ET SYNDIACRISI.

Argumentum.

1 Aſſertio HYPOSTATICA PRINCIPIA *præfert Synhypoſtaticis*. Sectiunculas habet 5.

2 Corpora *ad Senſum* SIMILARIA & STNDIACRISIN in confeſſo eſſe aſſerit. Sectiunc. 7.

3 ATOMOS igitur *concedendas*. Sectiunc. 3.

4 METASTNCRISIN item.
Scholion *non extendi hic ad omnia cum Antiquis Syndiacriſin* docet. Sectiunc. 6.

ſ.cur

Digitized by Google

5 *cur Principiorum numerus ignoretur*, cauſas reddit.
6 quid VACUUM DISPERSUM evincat.
Sectiunc. 2.
7 *qui Corpus per Syndiacriſin negat per ſe unum* eſſe, *Syndiacriſin non oppugnare*, docet.
8 CONSENSUM ARISTOTELIS *cum* ANTIQUIS de *Principiorum Contrarietate* eſſe ÆQUIVOCUM.
Sectiunc. 4.

I

1 Quodcunque Phænomenon *per* HYPOSTATICAS PARTES demonſtrari poteſt, ad id demonſtrandum *Synhypoſtaticæ* Partes arceſſendæ *non* ſunt.

2 Et *quod per* Syndiacriſeos *Hypotheſin*, vel *adjunctâ Metaſyncriſi*, expediri poteſt, id *ad Tranſmutationis* Exannihilativæ ſive *Actupotentialis* Hypotheſin reducendum *non* eſt.

3 Nam ſi *Senſilia* Principia *ſufficiunt*, quid opus eſt Inſenſilia inſuper Senſilium rerum Principia adſciſcere? Partes *Hypoſtaticæ* Sen-
4 ſiles ſunt. *Synhypoſtaticæ* vero Partes ſi dantur, neſcio quid *medium* habent inter *Senſilia* & *Inſenſilia*.

5 Quod ſi inter Senſilia numerari nequeunt *Hypoſtaticæ* Partes, multo tamen *promtius ex Senſu* colliguntur, quam Tranſmutationis Exannihilativæ Principia.

II

1 Eſſe in Rebus Naturalibus Corpora *ad Senſum* SIMILARIA, reverà autem Diſſimilaria, & *oriri* multa *per* SYNDIACRISIN, hoc eſt, partim per Diacriſin, ſive Eccriſin (Secretionem ſive Excretionem) partim per Syncriſin (Concretionem ſive Commixtionem), partim utrâque interveniente, in confeſſo eſt.

Fatetur id aliquoties *Ariſtoteles*, tum l.4 Meteor., tum in libris de 2
Animalibus, quamvis in libris Acroaſ.Phyſ., de Generat. & Corr.,
item libris de Cælo communem plerisque Veterum Syndiacriſeos
Hypotheſin impugnare videatur.

Galenus ſæpe & diligenter id monet, præſertim libro de Simplici- 3
um Medicam.Facultat.4 c.3.

Generatio per Syndiacriſin fit, quando *ex Plumbo* gignitur *Ceruſſa*, 4
ex Ære Chalcanthum.

Alteratio per Syndiacriſin, ut cum *Spongia humectatur*, aut *compri-* 5
mitur, *Ferrum incaleſcit*. Licet enim admiſceatur aliena Subſtantia,
tamen ceſſante Agente ſenſim redit ad Naturam priſtinam. Ita 6
Plumbum Liquefactum eſt Plumbum, etiamſi multas habeat Ignis A-
tomos admixtas.

Utrum autem ſit aliqua *Generatio*, item *Alteratio*, *Actu potentialis*, 7
id *inquirendum*.

III

Conceſſis Corporibus ad Senſum tantum Similaribus, ſimul A- 1
TOMI, ſaltem *Conſiſtentium*, non Fuſilium Partium, *concedendæ*
ſunt, ſi maxime Fluidas & interdum Fuſiles Partes exquiſite ſibi Con-
tinuas libeat ſtatuere.

Deinde quodlibet *Liquans* (Solvens) *ſolvit ad certam Exilitatem*, 2
præſertim cum fateantur Peripatetici, non poſſe ſervari Formam
Subſtantialem, niſi in certa Magnitudine. *Servatur* autem *Forma
Auri*, dum liquatur *in Aqua Regia*.

Et ſi itaque Corpus Similare Fuſile fuerit vere Continuum, tamen 3
Corpus, quod *ex Illiquefactili & Liquido*, vel *ex Illiquefactili & multo
Fuſili* (quale eſt Orichalcum) conſtat, *Atomos* ſuas habet, & vere
Continuum non eſt.

IV

IV

Quod *ſi Syndiacriſis* conceditur, etiam METASYNCRISIS, ſive Variatio Sitûs & Ordinis Atomorum Corporis Apparenter Similaris negari nequit.

Scholion.

1 " *Omnes* Actiones, *Mutationes*, verbi gratiâ, Generationem, Altera-
"tionem, &c. per Motum Localem, *per Syncriſin* & *Diacriſin*, ſive Con-
"gregationem, & Segregationem, per Ingreſſum Corporis Agentis in
Meatus Corporis Patientis fieri, commune *Dogma* eſt *Anaxagoræ*,
Democriti, & *Empedoclis*, uti conſtat ex l. 1 Generat. & Corrupt. c. 1
2 t. 1, c. 1 t. 5, & c. 8 t. 56; & *Hippocratis* lib. 1 de Diæta. Imo *Pytha-
goricorum* & *Platonis*, ut ex Platonis Timæo conſtat.
3 *Nec* tamen ideo Syncriſis & Diacriſis *Principia* Corporum Natu-
ralium ab ipſis ſunt poſita. Modi *potius* ſunt, ſecundum quos Muta-
4 tiones vel *Motus* fiunt, *per quos Corpora* Naturalia conſtituuntur.
5 *Poſteriores* Syndiacritici recte *addiderunt* etiam *Metaſyncriſin*.
6 *Nos* quærimus hac in Phyſices parte, *utrum* ſaltem *omnia in Inani-
matis* fiant *per Syndiacriſin*, vel etiam ſimul per *Metaſyncriſin*.

V

Infelix *Fiduciâ* in *Ariſtotelis* Dialecticâ Phyſiologiâ collocata, & hinc orta *Obſervandi Negligentia* fecit, ut, *quot*nam *Species* ſint Corporum *Exquiſite* Similarium, *ne hodie quidem* ſit exploratum:

VI

1 *Motus Internus*, quem *in* Corporibus *Apparenter Fluidis* & *Mollibus* deprehendimus, evincit, aut Corpora aliqua *re verâ Fluida*, aut

Digitized by Google

VACUUM DISPERSUM admittendum eſſe. *Nulla* enim *Figura* 2 *Atomorum* ab ullo Stereometra excogitari poteſt, quam ex iis concinnatum Corpus ita variare queat, *ut nullus Hiatus*, dum Atomorum Situs variatur, inter Atomos admittatur.

VII

Si quis *Corpus per Syndiacriſin* conſtitutum *per ſe Unum* eſſe *neget*, & per ſe Unum eſſe definiat, vel id quod *reverâ Similare* eſt, vel quod prorſus *Simplex* eſt, inſtar Atomi, vel quod *ex Actu* & *Potentiâ* Compoſitum eſt, *nulla* harum trium Aſſertionum, Syndiacriticæ Hypotheſeos Defenſorem *oppugnabit*.

VIII

Solidum & *Inane* opponuntur ut *Ens* & *Non Ens*. 1

Oppoſitio quæ eſt in *Atomis*, quod ad *Situm*, *Figuram*, *Ordinem*, eſt 2 *Relativa*; ſicut etiam ea, quæ eſt inter *Secretionem* & *Concretionem*, (Διάκρισιν καὶ Σύγκρισιν); item inter *Litem* & *Amicitiam* Empedoclis, inter *Rarum* & *Denſum* Anaximandri; inter *Magnum* & *Parvum* Platonis.

Omnes autem *Mutationes* ſecundum ARISTOTELIS ſententi- 3 am ſtricte dictâ Inhærentiarum ſive *Peremtoriâ* *Contrarietate* nituntur.

Ergo CONSENSUS Ariſtotelis *cum* ANTIQUIS Philoſophis 4 *de Principiorum Contrarietate* Apparens eſt, & ÆQUIVOCUS.

CAP.

CAP. VI

DE PRINCIPIIS ANAXAGORÆ.

Argumentum.

1 Aſſertio PRINCIPIA ANAXAGORÆ exponit.
Sectiunculas habet 3.
2 quod *Alimentum plenum* ſit *Sanguinis Guttulis, Oſſiculis* &c., Anaxagoram *ſtatuiſſe*, *negat*.
Sectiunc. 3.
3 *nec Infinita* poſuiſſe *Principia* aſſerit.

I

1 ANAXAGORAS Clazomenius poſuit PRINCIPIA Corporum Naturalium Corpora *Similaria*.

2 Id ſi intelligatur de Corporibus *Exquiſite* Similaribus, *Rationi* & *Experientiæ congruum* exiſtimamus.

3 Corpus autem ὁμοιομερὲς eſt, quod *Similium* eſt *Partium*. Hinc ὁμοιομέρεια.

II

1 *Scripſit* forſan Anaxagoras *Partes Sanguinis*, *Oſſis*, *Carnis*, *præexſtitiſſe* in Pane, Gramine, aliove *Nutrimento*, quod aſſumitur ab Animalibus.

2 Id ita a nonnullis vel intellectum, vel *depravatum*, *quaſi Alimentum plenum* eſſe *Guttulis Sanguinis*, *Oſſiculis*, *Carunculis*, opinaretur.

3 Adeo ineptam Opinionem Viro ob Sapientiam celebri, & Periclis, Athenienſium prudentiſſimi, familiari ego non tribuerim.

III

Veriſimile eſt *ſtatuiſſe* Anaxagoram Corporum *Exquiſite Similarium Species* eſſe numero *Indefinitas*, *ſicut* dicimus *Infinitas* eſſe *Species Plantarum*. *Hinc* orta Calumnia, *quaſi Infinitas* Similarium Corporum Species pro Principiis Senſilium Corporum venditaret.

C A P. VII

DE DEMOCRITI PRINCIPIIS.

Argumentum.

1 Aſſertio *Infinitatem, quæ* DEMOCRITI ATOMIS *objicitur*, conſiderat. Sectiunculas habet 13.
Scholion *eam Granorum & Foliorum Diſſimilitudine illuſtrat*.

2 quod *Contrarietas Qualitatum*, quæ *in Mixtis*, *non* ſit *in Atomis*, Atomos *non tollere*, docet.

3 *quo ſenſu* Atomos *Paſſionis* omnis *expertes* ſtatuat Democritus.

4 *quale* VACUUM docuerit. Sectiunc. 2.

5 *Injuriam* ipſi fieri, *quaſi ad* CASUM *omnia* retulerit. Sectiunc. 2.

I

Ariſtotelicorum Principia non minus Infinita ſunt, quam DEMOCRITI, cum tot *Formas Specificas* ſtatuant, quot Corporum Naturalium ſunt Species, id eſt *Innumerabiles*. *Species* enim Corporum Naturalium, ſaltem *Inanimorum*, etiam *ſecundum Ariſtotelem Infinitas*, non minus, quam ſecundum Democritum. Nam 1 2 3

pri-

primo *ComplicationesQualitatum Primarum ratione Proportionis In-*
4 *finitæ* ſunt. Et

ſecundo *Proceſſus, quibus* proveniunt *Novæ Species*, *Infinite Varii*
5 ſunt, pro Varia Applicatione Agentium & Patientium. Et *Raræ* ſunt *Reductiones.* At *Productio* Novæ Speciei *Frequentiſſima.*

6 Si deinde *Formas Subordinatas* & *Genericas adjiciamus*, longe plu-
7 res Formas Subſtantiales, quam Corporum Species reperiemus. Quot autem ſunt Formæ, totidem ſunt *Privationes*, quia ſua cuique Formæ Privatio opponitur.

8 Quod ſi dicant, *Unum Genere* eſſe *Principium Formale*, dicemus *Unum quoque* Genere eſſe Principium ſecundum Democritum, nempe ATOMUM, ſive Corpuſculum Inſectile.

9 Deinde *dubium* adhuc nonnullis * merito videtur, *an* Democritus *Species Figurarum*, quibus Atomi inter ſe differunt, poſuerit *numero* eſſe *Infinitas*, an ſolum Ἀπεριλήπτους (Incomprehenſibiles).

* Gaſſendo Epicuri Phyſiol. c. de Figura Atom. (p. 206).

10 *Ariſtoteles* ſatis *confuſe* loquitur L. 1 de Generat. & Corr. c. 1, dum
„ *Democritum*
„ Σώματα Ἀδιαίρετα, | *Corpora Individua*, ſive Inſectilia,
„ ait *poſuiſſe*
„ καὶ ταῦτα Ἄπειρα, καὶ τὸ πλῆ- | & *hæc Infinita tum Mul-*
„ θος, καὶ τὰς Μορφάς. | *titudine, tum Formis* ſive Figuris.

11 „ Et c. 81 t. 63 Leucippum
„ Ἄπειρα Σχήματα | *Infinitas Figuras*
Inſectilium Corporum.

12 *Peripatetici*, dum *Corpus* omne *in Infinitum* eſſe *Dividuum* docent, *Infinitum* aliquo modo *ſciri* poſſe ultro fatentur.

13 *Geometræ* quoque optime norunt *Infinitas* eſſe *Ordinatarum Figurarum*, ne dum Irregularium, *Species.*

Scholion.

Melius Infinitas Atomorum Species intelliget, qui experiri voluerit, *utrum in Cumulo Granorum* (Hendfol Gerſten oder Haber) *duo* omnino *Similia Grana*; vel *in Arbore duo Similia* & Congrua *Folia*, (quæ conveniant Proportionibus Partium, Magnitudine, Colore &c.), reperiri poſſint. Vide Log. Hamb. l. 1 c. 1 § 52.

Digitized by Google

II

v.c.1 aſſ.7 ſectiunc.1, ſequ..

Quomodo Senſus *Contrario Modo* affici*a Concretis* Corporibus queant, *ſuo loco* conſiderabitur. Jam denuo monere ſufficit, *futile* eſſe Pſeudaxioma, *nihil eſſe in Compoſito aut Mixto, aut Concreto, quin idem ſit in* Simplicioribus, *aut Simplicium aliquo.*

III

Atomos P*aſſionis* omnis *expertes* ſtatuit Democritus, nimirum *Diviſionis, Incrementi, Decrementi, Alterationis, Transfigurationis*; *non* tamen *Motûs, Tactûs, Percuſſionis*, ſive Plagæ, ſive Ictûs, R*epercuſſionis*, P*ulſionis*, T*ruſionis, Rotationis, Implicationis, Cohæſionis.*

IV

Inſenſile VACUUM *nullum eſſe*, tantum *abeſt, ut demonſtrent* Peri- 1
patetici, ut ne conentur quidem. Senſile autem Vacuum etiam De- ,
mocritus *repudiat*.

Atomos autem *Vacuo connecti* Democritus *nunquam* ſomniavit. 2

V

Democritus *omnia Naturalia* κατ' Ἀνάγκην ſive ἐξ Ἀνάγκης 1
(ex Neceſſitate) fieri tradidit. Itaque *Injuria* ſaltem ipſi, ſi non & reliquis Antiquis hæc Inſcitia tribuitur, *quaſi ad* CASUM & Fortunam
omnia retulerit. Caſu enim aut Temere oritur, quod *præter* Conſili- 2
um Mentis, vel per *Errorem* etiam Mentis oritur, & præſertim Mentis Liberæ & ad utramque Contradictionis partem Indifferentis, item *ob Interventum alterius* Mentis Liberæ.

CAP.VIII

CAP. VIII

DE PRINCIPIIS HERMETICIS.

Argumentum.

1 Aſſertio HERMETICOS *Tria* quidem PRINCIPIA *præmittere*, ſed *plura exhibere* docet.
Sectiunculas habet 4.
Scholion *de Sulfure & Mercurio* quædam adfert.
Sectiunc. 3.
2 ALIA præter Tria iſta eſſe *Principia* probat.
Sectiunc. 9.
3 *non ſequi, ex Sale, Sulfure, & Mercurio non componitur Viſcoſum, ergo* requiritur PRIMUM VISCUM. Sectiunc. 4.

I

1 HERMETICÆ *Philoſophiæ Cultores*, dum *Subſtantias* Naturales *ad Tria* ſe reducturos *Principia* pollicentur, deinde *ex quovis Simplici*, ut ajunt, SALEM, SULFUR, & MERCURIUM, hoc eſt, Partem Fixam, Inflammabilem, & Exhalabilem educunt; *alium* autem *Salem Artemiſiæ*, alium *Abſinthii*, alium *Salviæ*, alium *Fagi*, alium *Quercûs*, alium *Cornu Cervini*, alium *Eboris*, alium *Cranii Humani* eſſe autumant; *Sulfura* item, & *Mercurios tot*, Specie & Attributis inter ſe Diſcrepantes, eliciunt, quot reſolvenda Simplicia ſuſcipiunt; imo *ex eodem* Simplici *Diverſos* plerumque *Sales*, Fixum, Eſſentialem ſive Cryſtalleſcentem & Volatilem ſive Exhalabilem, Diverſa etiam *Sulfura* & *Olea* excernunt; longe *aliud præſtant*, *quam polliciti* erant. *Plura* enim Analyſi hac ſuâ exhibent nobis *Principia*, *quam Principiata*.

Digitized by Google

Ut taceam, eos *ex omnibus* Apparenter Similaribus *ne educere quidem poſſe* Sales Univoce convenientes, ſive *ejusdem Definitionis* participes. (De Sulfuribus & Mercuriis idem dictum intelligatur). 3

Verbi gratiâ, *Sal Plumbi*, aut *Æris*, *cum Sale Fagi*, aut *Artemiſiæ*, 4
Univoce *non* convenit. *Hic* enim in *Aqua liquatur*, *ille* conſortium Aquæ *reſpuit*.

Scholion.

Sulfur minus commode exprimit ſecundum Principium, cum *plus* 1
forſan *Salis* ſit *in Sulfure* communi, quam Olei aut *Pinguedinis*.

Spiritus Vocabulum commodius, quam *Mercuris*. 2

Spiritus Pingues, itemque *Acidi* ſunt *Impuri*. Illi Pinguedinem, 3
hi Salem habent admixtum.

II

Eſſe ALIA præter Tria iſta celebrata Principia, Salem, Sulfur & 1
Mercurium, etiam *hinc* patet.

Lateres qui *maximo Calore indurati* ſunt, etiamſi *terantur*, & *Aquâ* 2
ſæpius *perfundantur*, *vix aliquid Salis* ſuppeditabunt. Id igitur, *quo cohæret* eorum *Terra*, *non* eſt *Sal*, ſed Mucago, aut Viſcago quædam.
Quod ſi Viſcago eſt, Aquâ erit Liquabilis, & Exhalatione indureſcet, 3
uti Gummia, (Galbanum, Ammoniacum, Gummi Ceraſinum, Tragacantha &c.), & reliquæ Viſcagines, ac proinde Sal erit. Nam quicquid in Aqua liqueſcit, ita ut in Aqua non ſubſidat, ſed conſtanter Aquæ unitum maneat, id Sal eſt.

Contra, non omnes Sales æque conſtanter in Aqua permanent, *ut* 4
Sal *Communis*.

Reſpondeo. *Chalcanthum* quidem *brevi* tempore *Crocum* ſuum 5
deponit, verum Separatio iſta non Pondere Salis, ſed *Caloris operâ* evenit. Si enim Dilutum Chalcanthi ſervetur in loco Frigido, non orietur Crocus.

Alia-

6 *Alumen Frigoris* Hiberni *inclementiâ ſeparatur ab Aqua.*

7 *Mucagines, Viſcagines* ſeparantur quidem ab Aqua *ſurſum*, ſed *Caloris culpâ*, qui in Mucagines agens eas rareſacit, Spongioſas & Spiritu repletas reddit, atque ita particulatim Corpuſcula quædam Cava elevat, quæ ſenſim in Superficie Aquæ Viſciditate ſuâ, tum inter ſe mutuo, tum Vaſi cohæreſcunt, Naturalem tamen Gravitatem

8 retinent. (Hic ponimus Hypotheſin, non omnem Levitatem a

9 Poroſitate ſeu Spongioſitate provenire). Nam dum in Superficie hærent, condenſantur, ſeu compinguntur inter ſe arctius, & quædam eorum Exſiccata rumpuntur. Ita Aqua intrans Spiritum expellit, ideoque ſi moveatur tale Secrementum, diſſolvitur a Vaſe, & Fundum repetit.

III

1 Quod *Viſcoſa non evincant* peculiare aliquod Principium, quod docendi gratiâ PRIMUM VISCUM appellare liceat, hinc evincitur, quod *ex Aceto Corrodente*, & *Ære*, *Argento ve Corroſo Viſcoſum* aliquid oriatur, quod ſi ſiccetur, dicitur *Ærugo* & *Lazurium*. conf. ſect. 2 c. 3 aſſ. 7.

2 Itaque *non valet, ex Sale* Fixo, *Sulfure*, & *Mercurio* ſive Sale Volatili *non componitur Viſcoſum* aliquid,

ergo requiritur peculiare aliquod *Primum Viſcum.*

3 Imo *Sal* ipſe *non* videtur eſſe aliquid *ex Principiis*, quia *etiam* Sal,

4 ſive Saliforme Corpus oriri poteſt *ex Corrodente & Corroſo.* Itaque *non mirum*, quod *Viſcoſum* quid ita oriatur. Nam Viſcoſa, (ut dixi aſſ. præced. ſectiunc. 3), etiam ſunt Sales, ſive Saliformia Corpora.

Digitized by Google

CAP. IX

DE NATURA ET NATURALI.

Argumentum.

1 Aſſertio DEFINITIONI NATURÆ l. 2 Phyſ. t. 3 multiplicem AMPHIBOLIAM & ÆQUIVOCATIONEM objicit. Sectiunculas habet 35.

2 OBREPTIONEM. Sectiunc. 12.

3 ſi GENUS foret *legitimum*, *propter Medicinam tot Particulis non* fuiſſe *opus*, oſtendit. Sectiunc. 4.

4 *Jacchai* & *Burgersdicii Notionem*, quam τῷ PRIMO INESSE tribuunt, conſiderat. Sectiunc. 2.

5 *Zabarellæ* & *Pendaſii*. Sectiunc. 3.

6 *quid ſequatur, ſi* MATERIA PRIMA ſit *Natura*. Sectiunc. 2.

7 *Burgersdicium male probare*, *quod* FORMA *magis Natura* ſit, quam Materia. Sectiunc. 2.

8 *duas Jacchai* Catachreſes de GRAVITATE & LEVITATE proponit. Sectiunc. 5.

9 eorum Sententiam, *qui* in ANIMÆ *Definitione* l. de Anim. 2 t. 6, *eoſem* Actūs tum *Incluſive* accipere coguntur, tum *Excluſive* accipiunt, expendit. Sectiunc. 5.

10 *quomodo definienda* fuiſſet *Anima*, docet.

11 NATURAM STRICTE dictam *ab Anima non diſcerni* eo, quod Natura *ad unum Motum Determinata*. Sectiunc. 9.

12 apud eos, *qui omne Corpus* NATURALE eſſe dicunt, *epitheton* Naturalis eſſe *Diſtinctivum*.

13 Au-

13 *Automata* & *Lecticam Corporis Naturalis Definitioni objicit.* Sectiunc. 8.
14 *Ariſtotelis Definitionem* eorum, quæ SECUNDUM NATURAM ſunt, *reprehendit.*

I

1 DEFINITIO NATURÆ *Ariſtotelica* egregium reliquæ in Phyſicis libris Perplexiloquentiæ Specimen eſt, ſimulque cauſam oſtendit, cur parum plerique effecerint, qui Ariſtotelis Dogmata hactenus impugnarunt.

2 Perplexitas præſentis Definitionis partim in Amphibolia, partim in Homonymia conſiſtit.

3 AMPHIBOLIA ex trium harum Particularum Definitionem claudentium, *primo, per ſe,* & *non per accidens,* Syntaxi conſpicua eſt.

4 Alii enim omnes tres *ad Principium Motûs* referunt, ut *Pererius,* de communib. Rer. Natural. Princip. l. 7 c. 4, *Toletus* ad Phyſ. l. 2 t. 3, & ex Græci Peripati Renovatoribus *Bonamicus* de Motu l. 3 c. 1 (p. 231 D). Sed hic non ſatis conſtat ſibi. Pag. enim 232 (E) conſtruit cum *ineſt.*

5 Alii *primam* Particulam cum verbo *ineſt,* *reliquas* duas cum *Principio & Cauſa* Motûs conſtruunt. Ita videntur explicare Themiſtius, ad Phyſ. l. 2 t. 3 (fol. 23 A), & *Budæus* apud Bonamicum.

6 „ *Themiſtius* quidem, quando ait, *Navim non moveri a Gubernatore per* „ *ſe.* Idem tamen τὸ *per ſe* ad *Ineſt* refert, cum vult *Gubernatorem non* „ *ineſſe Navi per ſe.*

7 *Zabarella* etiam ad Phyſ. l. 2 t. 3 (p. 323 fin. & 324 Francof. edit. 1602) *primam* cum verbo *ineſt,* *reliquas* duas cum *Principio Motûs, in quo ineſt,* conſtruendas contendit.

8 Sunt, qui *priores duas* cum *ineſt,* *tertiam* cum Principio conjungant, inter quos eſt *Burlæus,* nobilis Averroiſta, in Phyſ. l. 2 t. 3.

Digitized by Google

Non pauci Particulas haſce *omnes* ad verbum *ineſt* pertinere 9
volunt, *Simplicius* nimirum, ad Phyſ loc.d. fol. 58 (B), & ex Recen-
tioribus *Fonſeca* Metaph.l.5 c. 4 quæſt.2 ſect.4 (§ ult.), *Conimbricenſes*
ad Phyſ.l.2 c.1 quæſt. 2 artic.1(§ult.), Jacob. *Schegkius* ad Phyſ.l.2 p.83,
& 84, *Vicomercatus* ad Phyſ.loc d., *Jacchæus* Inſtit. Phyſ.l.2 c.2 & *Bur-
gersdic.* Colleg. Phyſ. Diſp.4 Theſ.4.

Pendaſius apud Zabarel. d.p.323 *primam* ad verbum *ineſt*, *ſecun-* 10
dam ad *Principium* Motûs, *tertiam* ad *Principium* Motûs, *in quo eſt*, re-
fert.

Inter HOMONYMIAS 11

v.c.1 aff.1. prima eſt, quod *geminum* quaſi *Genus* Homonymum poni-
tur, *Principium* & *Cauſa*, quaſi unum Homonymum alterum cor-
rigere ſive diſtinguere queat in caſu recto ipſi copulatum.

Præterea Peripateticorum alii tantum *Paſſivum Principium* 12
Motûs Naturam eſſe contendunt, ut Græci, eorumque Aſſeclæ, &
ex Latinis *Scotus* in 2 Sent. Diſtinct. 8 quæſt. unica, & Jacobus *Schegkius*.

Alii tantum *Activum*, ut *multi ex Latinis*. 13

Alii partim Activum, partim Paſſivum Principium eam eſ- 14
ſe ſtatuunt, & *Materiam* quidem *Paſſivum*, *Formam* vero partim
Activum, partim *Paſſivum Principium* eſſe. Vide *Zabarellam* lib. de
Natura. *Burgersdicius* quoque his verbis Colleg. Phyſ. Diſp. 4 15
» Theſ.6. (*Quin imo ſi Forma conſideretur ut Forma* &c.) hoc voluit di-
cere, Materiam eſſe Principium Paſſivum Commune, Formam ve-
ro cum Materia aut Materiam a Forma Determinatam eſſe Princi-
pium Paſſivum Speciale.

Quietis nullum vel Paſſivum vel Effectivum *Principium* pro- 16
prie dictum datur. Id enim quod recipitur, eſt Ens, quod efficitur, Rea-
le quid eſt. At *Quies* Privatio eſt. Ergo etiam hoc reſpectu
Principii vox πολύσημος Definitionem Vitioſam facit.

Sophiſtici quoque *Artificii* eſt, *ſcrupuloſum* eſſe in Particulis, *pri-* 17
mo & *per ſe*, *quaſi* vel Principium vel verbum ineſt *Reſtringentibus*;
cum Reſtrictio fruſtra adhibeatur iis, quorum Diſtinctio eſt re-
medium.

Ineſſe

18 *Ineſſe* dicitur aliquid *in alio admodum πολλαχῶς.*

19 Nam
Pars in Toto,
20 Accidens ſive *Inhærens* in *Subjecto,*
21 *Locatum* ſive Incluſum Corpus in *Continente,*
22 *Incumbens, Inſiſtens, Inhærens* Corpus in Corpore *Suſtinente,*
23 *Terminus* in *Terminato,*
24 vel ut *Terminatum* in *Termino*, verbi gratiâ, *Calefactio* in *Calore,*
25 *Modus* in *Accidente*, quo etiam comprehendi poſſunt duo Significata proxime antecedentia,
26 *Prædicatum Eſſentiale* in *Subjecto,*
27 *Affectio ſecundum Rationem* tantum *a Subjecto Diverſam.*

28 *Primo ineſſe* dicitur
primo, *Logice*, quod non mediante alio Prædicato ineſt. Ut cum dico *Animal eſt Sentiens*, *Corpus Vivum augeſcit.*
29 Secundo, quod inhæret *non mediante alio vere Inhærente.* Uti *Calor Igni*, *Gravitas Terræ.*
30 *Non-primo* ineſt Color *Corpori.* Ineſt enim proxime Superficiei, quæ Corpori & ipſa inhæret.
31 Tertio, quod ineſt ut *Pars non mediante alia Parte*, uti *Propoſitio* primo ineſt *Syllogiſmo*, Terminus ſive *Notio non primo*, ſed mediante Propoſitione.

Quar-

Quarto, quod ita *inhæret Toti*, ut *non Parti* 32
proxime inhæreat. Ita *Calor Igni*, *Albor Lacti* inhæret. Contra *non-* 33
primo ineſt, ſed mediante Parte *Pulcritudo* & *Virtus Homini*, illa mediante Corpore, hæc Animo.

Quinto, quod ita ineſt, *ut non* ſit *aliud* quod 34
prius ſecundum Naturam inſit. Quod Significatum *Jacchæo in hac Definitione placuit*.

Mirum itaque, ſi quis Definitionem hanc tum Æquivocatione, 35
tum multiplici Amphibolia laborare non videat.

II

Ejus quoque Sophiſmatis, quod OBREPTIONEM DEFINITIVAM appellamus, *Exemplum non unum* præſens exhibet Definitio. 1
Obreptio vero Definitiva eſt, ſi quis id quod Probatione indiget per Definitionem Nominalem, quaſi rem per ſe certam, Auditori incauto inſtillet. 2
Quod Circumventionis Genus eo felicius ſuccedit, quo pluribus Definitio Ambiguitatibus intricatur. 3

Qui enim tale *ineſſe* in hac Definitione intelligunt, quale *Parti reſpectu Totius* convenit, illi ipſi per tacitam quaſi quandam Quæſiti Sumtionem id Principii confeſſi loco ponunt, quod forſan verum non eſt, imo inter Peripateticos ipſos controverſum. 4
Poſtulant, inquam, ſibi concedi, *omne Corpus Naturale* conſtare *ex duabus Eſſentialibus* ſive Specie Diverſis *Partibus*, quarum vel *utraque* vel *altera* ſaltem ſit Motûs *Principium*. 5

Atqui *Syndiacriticæ Hypotheſeos* in Phyſicis *Defenſores* Corpora *Exacte Similiaria* ex nullis Specie aut Eſſentiâ Diverſis Compoſita Partibus, eademque nihilominus vera *Naturalia* Corpora recte ſtatuunt. 6

Quin

7 Quin *Averroes* & cum ejus Aſſeclis *Zabarella Cælum* Corpus *Naturale*, *nec* tamen *ex Materia & Forma* Compoſitum eſſe docent, ac proinde *Naturam* Cælo nonniſi ut *Affectionem* aliquam Ratione tantum Diverſam, (uti Potentia Paſſiva Materiæ Primæ, aut Potentia Informandi, aut Agendi Formæ Subſtantiali), vel ut *Differentiam* aliquam *Eſſentialem* ineſſe credunt.

8 Qui *Principium* in hac Definitione tum *Activum* tum *Paſſivum* interpretantur, *Opinionem de Gravibus & Levibus ab Interno Principio Activo* Locum mutantibus Obreptitie Lectoribus inſinuant.

9 Cum *Lapis deorſum* movetur, *a Forma Subſtantiali* & *Gravitate* ſua eum moveri ſtatuunt *Latini*: a *Generante Græci* & *Græciſſantes* Peri-
" patetici: a *Terra*, ceu magno Magnete, *attrahi Keplerus* Epitom. Aſtronom. l. 1 part. 4, & *Gaſſendus* in Epiſtolis de Motu Impreſſo
" a Motore Translato: ab *Æthere* & *Aere ſurſum nitentibus deorſum eli-*
" *di* Carteſius Princip. Philoſ. part. 4 ſect. 20 ſeqq., & Regius Funda-
10 ment. Phyſic. c. 12 (p 55). Qui ergo Naturam ita definiunt, ut Lapidem a Forma ſua deorſum moveri neceſſario ex Definitione inferatur, Subreptionis vitium Definiendo incurrunt.

11 *Quietem* Naturalem eſſe *ab Interna Efficiente* credunt *Latini* Peripatetici. Exempli gratiâ, cum Corpus *Grave Locum* ſuum *attingens* quieſcit, aut cum *Aqua*, ubi ſe reduxit *ad* priſtinum *Frigus*, in
12 eo quieſcit. At *Græcorum Schola neutrum* approbat.

Quare hic quoque Latini Obreptionis vitio Naturæ Definitionem implicant.

III

1 " *Cum Medicus*, inquiunt *, *ſe ipſum ſanat*, *Ars Medica* eſt quidem
" *Principium* Activum *iſtius Motûs per ſe*, & *Medicina ineſt* in *Medico pri-*
" *mo*, id eſt, quatenus eſt Medicus, non tamen Ars Medica per ſe eſt
" Principium Motûs in eo, in quo ineſt; ſed *accidit Arti Medicæ*, *ut*
" *Principium ſit Motûs in eo, in quo ineſt*, ſive ut Principium Internum

* Zabarel. in Comment. ad Phyſ. l. 2 t. 3 (p. 323).

Digitized by Google

ſit Motûs. Nec enim ſemper ac neceſſario eſt Principium Internum Motûs.

Nihilopus erat *propter Medicinam* ex *tot Fruſtulis* Definitionem conſarcinare, ſi GENUS ſe *recte* haberet. 2

Nam ſi per Cauſam intelligitur *Realis Cauſa*, uti æquum eſt, jam excluſa eſt Medicina, cum *Medicus* etiam ſeipſum curans non Phyſica, ſed *Imputativa Cauſa* ſit Sanationis. 3

Sin *Cauſa* adeo *late* ſumitur, ut etiam Imputativam complectatur, jam *Genus* Æquivocatione laborat, quod *Diſtinctivo Epitheto curandum* potius erat, quam tot Ambiguis Particulis tot Definitio intricanda. 4

IV

* Jacch. Inſtit.Phyſ. l.2, c.2 (§ 3), & Burgersdic. Colleg.Phyſ. Diſp.4 Th.4.

" Qui *Partem Eſſentialem prius* ſecundum Naturam *ineſſe*, quam *Affectiones*, vel Inhærentes *Qualitates*, (quod alius efferet, ineſſe *ut Primariam Cauſam, non ut Inſtrumentalem*), ideoque Partem Eſſentialem PRIMO INESSE dicit*; is *Æquivocationem Copulatam* committit, ac ſi quis dicat, *Lineam Rectam Angulo Recto* eſſe *Rectiorem*. 1

Qui vero *primo ineſſe* ita in Definitione Naturæ accipiunt, non ſolum Particulas, *per ſe*, & *non per accidens*, *ſuperfluas* faciunt, (cum nihil per eas excludi poſſit, quod non per primo ineſſe jam ſit excluſum), ſed etiam totam *Definitionem* omnino *ineptam reddunt*, quippe quæ cum Prolixitate ſit Obſcura & Ambigua, *cum potuerit* dari Definitio ſimul *brevior*, eademque manifeſtior, verbi gratiâ; *Natura* eſt *Pars Eſſentialis Corporis Naturalis, Cauſa* exſiſtens *Motionis*, *qua totum* movetur. 2

V

V

1 " *Primo ineſſe* dicitur *ſecundum Zabarellam & Pendaſium*, quod ineſt
" alicui *ut proprio Subjecto.*

2 Exempli gratiâ, *Ars Medica* ineſt *Animæ primo*, *Corpori* vero *mediante Animâ.*

3 Etiamſi & *hoc modo* accipiatur prima hæc Particula, *Ars Medica* per eam a Definitione Naturæ *excluditur*, ac proinde duabus reliquis Particulis ad eam rem haud quaquam opus eſt.

VI

1 Si MATERIA PRIMA *per ſe* ſumta eſt *Natura*, *nullus Motus* erit *præter Naturam*, quia Materia Prima etiam Violentorum Motuum Principium eſt Paſſivum, & quidem per ſe.

2 " Si Materia *per Formam Determinata* eſt Natura, ut vult Zabarella, l. de Natur. c.7 (col.245 A,C), quædam Natura erit *Ens per accidens*, & præterea nulla erit in fruſtulata Definitione Particula, quæ Materiam Primam per ſe ſumtam excludat.

VII

1 " Burgersdicius dum Colleg Phyſ. Diſp.4 Theſ.5 FORMAM *magis*
" *Naturam eſſe, quam Materiam* ex eo probat, *quod Forma gignat*, ever-
" tit hoc, quod Theſi proximâ docuit, *Naturam non eſſe Naturam, qua-*
" *tenus extra operatur.*

2 " *Neque* ideo Forma magis quam Materia eſt Natura, *quia* φύσεως
" ſive *Generationis Terminus* eſt, ſed tum demum, ſi Naturæ Definitio ipſi magis competat.

 VIII

Digitized by Google

VIII

*Jacchæi Inſtitut. Phyſ. L. 2 c. 3 (ſect. 1 & 8).

1 " Ingens *Catachreſis** eſt GRAVITATEM & LEVITATEM, vel " *Formam* etiam Subſtantialem *Gravium* & *Levium*, *Generantis Inſtrumentum* appellare.

2 " Nec minor Catachreſis eſt, ideo *Gravia* & *Levia moveri a Generante, ut Efficiente Principali*, aſſerere, *quod* Generans *Locum Naturalem tribuere* debeat *Generato*.

3 *Lignum* in *Aqua ſumma quieſcit*, *nec* tamen ideo Naturaliter diſpoſitum, hoc eſt, ita collocatum eſt, ut ſit in *Loco*, ut loquuntur, *Naturali*, hoc eſt ad conſervandum idoneó.

4 *Generans* Cauſa Ligni Lignum *in Aere locat*, dum generat, non in Aquæ Superficie.

5 *Securis* Arborem excidens *inepte Generans Ligni* dicitur, nimirum ſicut Lanius Carnem facit.

IX

1 Præter ſupra (c. 2 aſſ. 2, 3, & 3æ Schol.) notatas Actûs Homonymias, hæc quoque *Aſſignificationis Homonymia* notanda eſt.

2 Dicitur *aliquid alterius* eſſe *Actus*

vel *Excluſive*, ut *Forma Materiæ*, quam informat:

vel *Incluſive*, ut *Forma* totius *Corporis* Naturalis, quod cum Materia conſtituit. Hæc enim includitur in eo, cujus Actus eſſe dicitur.

3 Qui non niſi *unam* in quovis Corpore Naturali *Formam* agnoſcunt, inter quos eſt Jacchæus, *non poſſunt Actum Excluſive* ſumere, " cum Ariſtoteles ANIMAM definit *Actum Corporis Naturalis* lib. 2 de " Anim. t. 6, ideoque *ſibi non* ſatis *conſtant*, dum aſſerunt, *Naturam ibi* " *ſtricte ſumtam Animæ opponi*.

Qui

4 Qui *Excluſivo* Senſu *Animam Corporis Naturalis Actum* dici aſſerunt, ut *Simplicius*, eo ipſo indicant, quod *aliam* in Corpore *Animato, præter Animam, Formam* ſtatuant, per quam ſit Corpus Naturale.

5 Si vero maxime *concedatur*, in Animæ Definitione *Corpus Naturale, Organicum* ſumi *ſecluſâ Animâ*, ita ut per alias Formas ſit Naturale & Organicum, Anima vero ſit aliquid Organico Corpori ſuperadditum, ut volebat Simplicius, inde tamen *non* recte *infertur, Animam non* eſſe *Naturam.*

X

Anima definienda fuiſſet *per Naturam*, ut per Genus Proximum, aut per *Formam*. Anima enim eſt Natura Corporum Viventium.

XI

1 NATURA SRICTE dicta, hoc eſt, Forma, quæ non eſt Anima, *non* eo *ab Anima diſcerni* poteſt, quod Natura *ad unum Motum Determinata*; Anima vero Contrariorum Motuum in eodem Individuo Cauſa ſit.

2 Nam & *Aqua*, tum in Canalibus, tum in Fluvii Alveo ad *Dextram* & *Siniſtram*, item *Antrorſum* & *Retrorſum*, imo in Siphone Inflexo *Surſum* & *Deorſum* movetur.

3 Si *dicas, per accidens* hoſce evenire Motus ob Impedimenta, nihil agis.

4 Nam omnis *Effectus per accidens* reducitur *ad* aliquam *Cauſam per ſe*, jam *Impedimenta non* ſunt *Cauſæ per ſe* iſtorum Motuum. Ergo Natura, quæ Aquam Deorſum, eadem ad Dextram vel Siniſtram movet.

Deinde *Motus* quoque *Animalium*, tam illi, quibus Partes, quam quibus Totum Animal movetur, *Deflexiones* ſunt *Simplicis* & *Uniformis* cujuſdam *Motûs*, ob Impedimenta per Mechanicam quandam neceſſitatem obortæ. 5

Si *quis objecerit*, *Aquam* in breviore Siphonis crure *Violenter Surſum* trahi ab ea Aqua, quæ per prominens Siphonis crus deorſum labitur, ideoque non infringi univerſale Aſſertum, quod Naturalia ſtricte dicta, hoc eſt, Inanima, eo ab Animatis differant, quod ad unum Naturalem Motum ſunt Determinata; *regero*, *etiam in Animalibus Varietatem* & Contrarietatem *Motuum* ex eo provenire, quod Pars a Parte vel etiam Spiritu *Violenter*, hoc eſt, præter Naturam & ab Externo Principio moveatur. 6

Quod ſi *Totum Animal* nihilo minus *Naturali Motu* promovetur, *licet Partes præter Naturam* cieantur, eodem modo *Totam Aquam* per Siphonem Inflexum *Naturali Motu* cieri recte dicemus, *etſi Pars* una ab altera *præter Naturam* moveatur. 7

Eodem modo, ſi *Lignum Oblongum Menſæ* ita imponatur, ut Majori aut *Graviori Portione promineat*, ea ipſa *Deorſum delabi incipiens reliquam Surſum* movebit. Interim *Totius Ligni Latio Deorſum* facta *Naturalis* erit Motus. 8

Corpora *Inanima*, quæ *per Retenſionem* moventur, ſecundum omnes Loci Differentias, ideoque *Contrariis Motibus* moventur, *nec* tamen ideo *Inanimata* ſive ſtricte Naturalia *eſſe deſinunt*. 9

XII

Qui *nullum Corpus non* NATURALE noverunt, dum Corpus Naturale dicunt, τὸ *Naturale* non Reſtringendi, ſed *Diſtinguendi cauſâ* adjiciant neceſſe eſt.

XIII

Digitized by Google

XIII

1 Qui omnia *Corpora*, quæ, quatenus talia, *Principium ſui Motûs Internum* obtinent, *Naturalia* eſſe dicunt, & *Automata* in Corporum *Naturalium cenſu* habeant neceſſe eſt.

2 Automata enim habent Principium Motûs ſui Internum.

3 *Etiam ea, quæ Ponderibus moventur*, ita conſtrui poſſunt, ut lateant Pondera.

4 *Nec obſtat* ſi ab *Arte* illud Principium *impreſſum* eſſe dicatur.

5 *Neque Lectica* habet magis *extra ſe Principium* Motûs, quam Horologium: At Lectica non habet alium Motum, atque Lignum. Automatum vero habet alium Motum, atque Ferrum aut Lamina.

6 Ceterum ad Objectionem ab Automato deſumtam videtur *reſponderi* poſſe. *Retenſorium* (*Molam* vocat Cardanus de Subtilitate l. 1 (p. 20 edit. Baſil. 1611), *Pennam* Germani), eſſe quidem Cauſam Motûs (Effectricem), ſed *non Principium*. Principium enim eſt, quod eſt primum in ſuo Genere. Prima Cauſa Motûs non eſt Ferrum, *ſed Forma Ferri.*

7 *Reſpondeo*, ſi *Ferrum* ineſt *Automato*, multo *magis Forma* Ferri ineſt.

8 Deinde *Ferrum, qua Ferrum, non* habet *Potentiam ſe retendendi*, niſi ſit Figurâ Attenuatum & Duratum.

XIV

Non eodem Senſu & ipſa *Corpora Naturalia* & *Affectiones* eorum SECUNDUM NATURAM eſſe dicuntur, ideoque *perperam* ab Ariſtotele *Disjunctivâ Definitione* definiuntur *l. 2 Phyſ. t. 5.*

CAP.

CAP. X

DE CAUSA EFFICIENTE, ET FINE.

Argumentum.

1 Aſſertio *excuſat* ORDINEM, *quod de* FINIS *Motione* jam dicendum ſit.

2 *commodiorem*, quam eſt Ariſtotelis, *Definitionem* CAUSÆ EFFICIENTIS adfert. Sectiunculas habet 4.

3 Ariſtotelis *Propoſitionem* aliquam *l. de Cælo* 2 c. 8 *rejicit*.

4 *Naturam agere ob Finem*, *Dialectice ab Ariſtotele doceri* probat. Sectiunc. 9.

Scholion *Notionem*, cum *Opus* concipitur *ob Finem agere*, præcipue proponit. Sectiunc. 5.

5 *Hominem temere agentem magis ob Finem* agere, quam *Naturalia*, docet. Sectiunc. 2.

6 *cur Efficientes* Naturales ſæpe *ceſſent*, *antequam ad Finem* perveniant.

7 *Phyſico de Materia & Efficiente potius* quam *Fine* laborandum. Sectiunc. 2.

8 *Catachreſes circa* CASUM & FORTUNAM notat. Sectiunc. 3.

9 *Democritum defendit*. Sectiunc. 2.

I

Ariſtoteles nobis Phyſicæ ORDINEM ita *pervertit*, *ut* jam *dicendum* ſit *de Motione* FINALIS CAUSÆ, quod *ſine mentione Appetitûs* & *Cognitionis*, & *Specierum Senſilium* & *Intelligibilium* fieri *nequit*.

II

Digitized by Google

II

1 *Commodius* EFFICIENTEM CAUSAM definiemus, ſi dicamus eſſe Cauſam *Externam, quæ* reverâ aut moveat aut *mutet*, & Cauſam *Externam* dicamus, quæ eſt *extra Effecti Eſſentiam.*

2 Ita per id, quod Generis quaſi loco ponitur, Cauſa Externa, diſcernitur Efficiens a *Materia* & *Forma*, quæ Eſſentiam rei, ut Partes, conſtituunt, ideoque *Internæ* Cauſæ dicuntur.

3 Per reliqua diſtinguitur a *Fine*, qui *Metaphorice movere* dicitur, quique tum *efficere* dicitur, cum non exſiſtit.

4 *Ineptum* Cauſæ Efficientis *Exemplum* adfert Phyſ. l. 2 text. 29 " *Ariſtoteles*, dum eum *qui Conſilium dat* affert. Is enim (ὁ βουλεύσας) non Phyſica ſed *Moralis Cauſa* eſt.

III

" *Omne Ens, cujus Opus* aut Operatio aliqua *eſt, Operis* aut Operatio- " nis ſuæ *gratiâ eſſe*, ut aſſerit Ariſtoteles lib. 2 *de Cælo*. cap. 3 initio, aut *falſum*, aut *dubium* ſaltem eſt.

IV

1 Omnes *Argumentationes*, quibus probatur *Naturam agere ob Finem, non præſuppoſitâ Theoriâ Plantarum* & *Animalium*, ſunt Sophiſticæ aut *Dialecticæ.*

2 Omnes item, *quæ non præſupponunt Mundum in Tempore*, aut *Animalia* ſaltem, *conditum*, aut, quæ non præſupponunt *Primum Ens Liberum.*

Digitized by Google

Ariſtoteles in Phyſica ſua *demum* in libro 8 *Phyſ. demonſtrare* conatur *Primum Motorem*. 3

Deinde tantum hoc de eo cognoſcit, *quod moveat*, & quod ipſe ſit omnino *Immobilis*. 4

Quantum autem ex verbis Ariſtotelis lib. 12 *Metaph.* c. 7 t. 36, & *accuratioribus* ejus *Interpretibus* colligi poteſt, *Cœlos ab Intelligentiis*, non *ut* Efficientibus, ſed *Finalibus Cauſis moveri* Ariſtoteles tradidit. 5

Fumos igitur *vendit* Ariſtoteles, dum dicit, Corpora Naturalia agere ob Finem. 6

" *Rurſus* in *Metaph.* l. 12 c. 9 docet, *Primum Univerſi Motorem non* 7
" *cognoſcere quidquam extra ſe*.

Ergo non dirigit Corpora Naturalia in Finem. 8

Ergo iterum deprehenditur Fumos vendere. 9

Scholion.

Cum *Opus ob Finem agere* dicitur, quia Cauſa Efficiens Operis, eademque Intelligens, ob Finem egit, dum Opus effecit, *Æquivocatio ad Unum* committitur. 1

Quod vero Natura aut *Res Naturales ab Efficiente* aliquo *ob Finem* agente conſtitutæ ſint, id *accuratiores Peripatetici non credunt*. 2

Ad minimum alieno loco de Fine Naturalium *Agentium* Lector docetur, dum *nondum*, *an talis Naturæ Auctor* fuerit, edoctus eſt. 3

V

Homo maxime *temere agens*, *magis* tamen *ob Finem*, (ſive alicujus gratiâ) agit, quam *Naturalia* Agentia. 1

Homo nunquam abſque Prohæreſi quicquam facit, ſed *non ſemper accuratâ*, ut ſi *in Forum* eat, *Temporis terendi causâ*, dicitur abſque Prohæreſi facere, quia ejus, quod per accidens facit, nullam habuit Prohæreſin. 2

VI

VI

Efficientes Naturales ſæpe *ceſſant*, *antequam ad Finem* perveniant, vel quia ab aliis Efficientibus *impediuntur*, vel quia *Materia* aut *reluctatur*, aut *deficit*. adverſ. Burgersd. Colleg. Phyſ. Diſp. 4 Th. 12.

VII

1 *Quod Conſilium Naturæ Auctor* in ſingulis Univerſi Speciebus inſtituendis habuerit, Homunculi *divinare non* poſſumus.

2 P*hyſico* itaque *de* Materia & *Efficiente magis*, quam de *Fine* ſive Finali Cauſa laborandum eſt.

VIII

1 " Per ſummam *Catachreſin* CASUS & FORTUNA dicuntur *Cau-* * Jacch.
" *ſæ*, & *Homo* reſpectu Theſauri inventi *Fortuna**. Phyſ. l. 2
2 " Dicit quidem *Ariſtoteles* Phyſ. l. 2 t. 57 *Caſum* & *Fortunam* eſſe *Cauſas* c. ult. (ſ 2)
" *per accidens*, ſed ita *intelligendus* eſt, ac ſi dicat, id *quod per* Fortunam, aut *Caſu agit*, eſſe Cauſam per Accidens.

3 *Cauſa per Fortunam* agens eſt Cauſa *Efficiens*, *ex Prælectione* agens, quæ *ex parte Effectus per Accidens efficit*, non reſpectu eorum, quæ accidunt Cauſæ.

IX

1 Cum *Democritus Caſu ortum* aliquid dicit, *non* intelligit talem Caſum, *ſicut Ariſtoteles*, multo minus Fortunam. vid. c. 7 aſſ. ult.

2 " *Falſum* autem eſt, *quod* Democritus *Cælum magis Caſu ortum* aſſe-
" rat, quam *Animalia*, quod tamen Ariſtoteles innuit Phyſ. l. 2 t. 45.

Digitized by Google

CAP. XI

DE MOTU, EJUSQUE SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio *Phyſici non eſſe*, DEFINIRE, *quid* ſit *Mutatio*, aut MOTUS, *ſed* quid ſit *Mutari, Moveri*, aſſerit.
Sectiunculas habet 4.

2 ipſos *Peripateticos*, dum quærunt, *an ex Definitione* Motûs ſequatur *Succeſſivitas*, *non* ſatis *diſtincte* loqui.

3 *quatuor* Motûs SPECIES *ex ſententia Ariſtotelis* adſtruit, & examinat.
Sectiunc. 3.

Nota *Æquivocationes duas* adfert.
Sectiunc. 2.

4 GENERATIONEM & CORRUPTIONEM *ob Contrarietatem Acceſſûs* & *Receſſûs Contrarias* dicere, *futile* eſſe docet.
Sectiunc. 2.

5 *miratur, neminem* e Peripateticis *præter Pererium* cogitare *de Succeſſione* Generationis *ſecundum Extenſionem.* Sectiunc. 2.

6 *Formæ Ortum & Interitum non eſſe Actionem toto Genere ab* ALTERATIONE *Diverſam.*

7 *Diviſibilitatem* Motûs *a Gradibus* ſumtam *rejicit.*

8 *quasdam* Alterationes *adferre* ſecum Loci MUTATIONEM, contra Ariſtotelem oſtendit.
Sectiunc. 6.

9 TERMINUM *Motûs Localis* cum *Alterationis* Termino, item SUCCESSIONEM *Alterationis & Generationis* cum *Localis Motûs* Succeſſione *Synonymice non* convenire.
Sectiunc. 6.

10 *Non omnia Termino* ſuo *acquiſito quieſcere*
Sectiunc. 2.

11 *Motum Localem ſufficere.*
Sectiunc. 8.

Digitized by Google

I

1 Sicut *Geometra non definit, quid* ſit *Tactus, ſed* ſatis habet definire, quid ſit *Tangere, Tangi, Tangens Linea*: ita *Phyſici non* eſt definire, aut inquirere, *quid* ſit *Mutatio* aut *Motus, ſed* quid ſit *Mutari*, quid *Moveri*.

2 Phyſicus hoc *potius* inquirit, quomodo fiant Mutationes, num *per Syndiacriſin, an* per *Exannihilationem*.

3 Exempli gratiâ, utrum *humectetur* aliquid per Productionem alicujus Qualitatis, quæ aliam Qualitatem e Subjecto communi expellat, an per Syncriſin ſive Admiſtionem Humidæ Subſtantiæ.

4 Utrum *Linteum, Oleum*, (vide Galen. lib. 2 Simplic. Medicam. Facult. c. 18), *Cera, dealbetur* per Exannihilationem Qualitatum, an per Diacriſin alicujus Excrementi ſive alienæ Subſtantiæ.

II

Ariſtotelici diſputant, *num ex Definitione Motûs* Ariſtotelica ſequatur *Succeſſivitas Motûs*, & dum hoc quærunt, ipſi quoque *non* ſatis *diſtinguunt*, utrum de Succeſſivitate Motûs, item Continuitate Motûs eâ, quæ ſecundum *Intenſionem*, an de ea, quæ ſecundum *Extenſionem* eſt, quæſtionem proponant.

III

1 *Græci & Germanorum* quondam *Schola* Melanchthonem ducem ſecutæ, recte ſecundum *Ariſtotelis* ſententiam *quatuor* SPECIES *Motûs* eſſe defendunt; nempe

Digitized by Google

1 *Generationem* & *Corruptionem*,

2 *Auctionem* & *Diminutionem*, ſive Accretionem & Decretionem,

3 *Alterationem*,

4 *Lationem*, ſive Motum ſecundum Ubi, aut Locum.

Secundum Ariſtotelem igitur vera eſt hæc: Quicquid mutatur, id vel corrumpitur, vel augmentatur, vel alteratur, vel Loco movetur. 2

Atqui *quod frangitur*, *ſcinditur*, *rumpitur*, *contunditur*, id *non* 3 *corrumpitur*, quia ſecundum Formam non mutatur, nec *alteratur*, quia Qualitas nulla interit &c; nec ſecundum Locum movetur, quatenus dividitur.

NOTA.

Corpus Naturale *non eâdem Notione Ortum ſubire* dicitur, *quâ Interitum*. 1

Sed & *Generabile* & *Corruptibile* Corpus *non abſque Æquivocatione* 2 *Adſignificationis* dicitur.

IV

adverſ. Burgerſd. Colleg. Phyſ. Diſp. 14 Th. 5.

Inter Acceſſum & *Receſſum* proprie dictum *Oppoſitio* eſt *in Relatio-* 1 *nibus* fundata. *Forma* vero *accedere* & *recedere per Catachreſin* dicitur.

„ *Futile* itaque eſt, GENERATIONEM & CORRUPTIONEM 2
„ *ejuſdem* ſive Corporis ſive Formæ, *ob Contrarietatem Acceſſûs* & *Re-*
„ *ceſſûs*, *Contrarias* pronuntiare.

V.

Mirum eſt, cum de eo agitur, an Generatio fiat in Tempore, ſive 1 an ſit Motus, *neminem de Succeſſione Generationis*, quæ *ſecundum Ex-*

Digitized by Google

Extenſionem eſt, cogitare; *excepto* unico *Pererio* de communib. rer.
2 Natur. Princip. l. 14 c.1 (§ 4). Vide *Zabarell*, ad Phyſ. l.1 t. 62 fin., ubi *nihil* de Continuitate, quam per ſe habet Generatio (abſque Al-
„ teratione prævià ſumta) ratione Extenſionis, cum tamen *Animam*
„ *in Corde primum generari, deinde* ab eo *ad Partes Aggeneratas protendi*
„ *& diffundi* doceat l. Partit. Anim. c.5 (col.735 C).

VI

Forma Ortus & Interitus *æque* eſt *Actio*, atq; *Caloris* Ortus & Interitus. *Neque ultra quinque Entis Genera plura* ponere, aut *Generationem ad Subſtantiam*, ALTERATIONEM *ad Qualitatem reducere*, neceſſe eſt. adv. dicta Diſp. Th. xr.

VII

Diviſibilitas ſive Continuitas illa *Motûs Interna*, quæ *a Multitudine Graduum Intenſivâ* deſumitur, quam plurimis *obnoxia* eſt *Incommoditatibus*, & præterea *nulla in* Ariſtotelica *Acroaſi veſtigia* habet. Imo *lib.* 6 *Phyſ. t.* 37, 39, *&* 49 *contrarium* omnino aſſerit Philoſophus.

VIII

1 Ariſtoteles lib. 1 de Gen. & Corr. t. 25:

„ φαίνεται τὸ μὲν ἀλλοιούμενον	*apparet id quod alteratur*
„ οὐκ ἐξ ἀνάγκης μεταβάλλον κατὰ	*non ex neceſſitate mutari ſecundum*
„ τόπον, οὐδὲ τὸ γινόμενον.	*Locum, neque quod generatur.*

Τὸ

„ Τὸ δὲ Αὐξανόμενον καὶ „ τὸ φθῖνον.	*Quod autem accreſcit & decreſcit.*

NB miram Ellipſin. 2

Interim *aliqua Alteratio* neceſſario ſecum *adfert* LOCI MU- 3
TATIONEM, ut *Calefactio* & *Condenſatio.*

Quod ſi omnis Calefactio comitem habet Rarefactionem, ut 4
veriſimile eſt, & Frigefactio Condenſationem, *Exſiccatio* item & 5
Humectatio, quales in Natura ſunt, ſcilicet Syndiacriticæ, item Mutatio Liquidi in Conſiſtens (*Congelatio*), & Conſiſtentis in Liquidum (*Regelatio*), junctam habent Loci Mutationem neceſſario.

At Ariſtoteles ita proponit, quaſi in nulla Tranſmutatio- 6
ne, item in nulla Alteratione juncta ſit Mutatio ſecundum Locum. Cur alias ſolam Accretionem & Diminutionem exciperet? Eo magis reprehendendus eſt Ariſtoteles.

IX

TERMINUS *Motûs Localis* & *Alterationis Synonymice non* con- 1
veniunt.

Neque Alterationis & Generationis SUCCESSIO cum Localis 2
Motûs Succeſſione, quia in *Alteratione* Succeſſio eſt partim ſecundum Terminum ad quem, ſive *ſecundum Formam*, quæ acquiritur, partim ſecundum *Subjectum* quod movetur.

At in *Motu Locali*, præſertim Translatione, Succeſſio *non* eſt *ob* 3
Terminum ſucceſſive acquiſitum, ſed quia Spatium ſucceſſive tranſitur, ſive quia alii Termini prius acquirendi & rurſus abjiciendi ſunt.

Secundo *nec propter Subjecti*, quod movetur, *Magnitudinem*. Nam 4
id ſimul totum & incipit ferri & deſinit. In *Fine* Lationis *Terminus* ultimus, quatenus eſt totius Corporis Locus, *ſucceſſive* acquiritur, ita tamen ut *quodvis Punctum* ſuum *Locum* in *Momento* acquirat, quod non fit in Alteratione.

Alte-

Digitized by Google

6 *Alteratio ſecundum Colores*, qualis fingitur a Peripateticis, nonnihil *Commune* habet *cum Motu Locali*. Intermedii enim Termini acquiſiti amittuntur, antequam acquiratur Ultimus.

X

1 *Non omnia*, quæ moventur *ad* Naturalem Motus *Terminum*, eo *acquiſito quieſcunt*. adverſ Burgerſd Colleg Phyſ. Diſp. 4 Th. 9.

2 Ut *Lignum in Aquam* cadens, *Plumbum ex Funiculo* dependens.

XI

1 Motum aliquem & Mutationem in rebus Naturalibus eſſe *evidens* eſt, & præſertim *Motus Locales* dari.

2 *Utrum* vero *reliqui* Ariſtotelici Motus in Rebus Naturalibus reverâ exſiſtant, ulterius *inquirendum* eſt.

3 Si Phænomena Naturalia ſalvari poſſunt ſolô Motu Locali poſito, non opus eſt, alias Species Motûs excogitare

4 *Inſigniores* certe *Mutationes*, quæ maxime corrumpunt, & tranſmutant, non per Alterationes prævias, ſed per *Motus Locales* fiunt.

5 Ut in *Combuſtione*, *Fermentatione*, *Putredine* (in Putredine
6 Mali aut Rapi). *Flatu juvatur Combuſtio*, *Agitatione* ſæpe excitatur *Fermentatio*, ut dum *Muſta vehuntur*, aut *Cereviſiæ recentes*.

7 *Humectatio* & *Exſiccatio* Motus Locales ſunt, non Alterationes tales, quales Ariſtoteles nobis deſcribit, hoc eſt, Actiones Peremtoriæ, qua una Contrariarum Qualitatum perimit alteram.

8 Id quod *ſecari*, *conteri*, *deteri*, *comprimi*, *extendi* dicitur, pati aliquid dicitur, & tamen hæ omnes *Paſſiones* nihil ſunt, niſi *Lationes* quædam (Locales Motus) *ſecundum Partes*. *Ex Paſſione* Ariſtoteles *Alterationem* colligit.

Oo CAP.

Digitized by Google

CAP. XII

DE TRANSMUTATIONIS ACTUPOTENTIALIS INDICIIS.

Argumentum.

1 Aſſertio TRANSMUTATIONIS ACTUPOTENTIALIS, *Scientiali Probatione* aſſerendæ, INDICIUM *Senſile* ſtatuendum, probat.
Sectiunculas habet 5.

2 Demonſtrationi hujus Tranſmutationis, & Indiciis *præmittendam Miſtorum Inanimorum Theoriam*, aſſerit.

3 ſi qui Tranſmutationis hujus Dogma, *ut Hypotheſin, habeant, & hos Indicia Senſilia adjicere debere.*
Sectiunc. 3.

4 *Valleſium, Zabarellam, & alios ad aſſerendum Diagnoſticon ſe obſtringere.*

Scholion, hos etiam *admonſtrandum textum* in Ariſtotele adſtringi.

5 *Generationis & Alterationis* DEFINITIONES *Ariſtoteleas* conſiderat.
Sectiunc. 8.

Scholion 1 *Burgersdicium eas non recipere, quamvis ſimulet*, oſtendit. Sectiunc. 3.

2 *ejusdem Opinionem inſolentem de Generatione Corporis Vivi ex Inanimato* rejicit.
Sectiunc. 3.

6 *Mutationem a non eſſe ad eſſe*, & *contra*, *Alterationem æque* dici ac *Tranſmutationem*, aſſerit.

7 ſi maxime *Generationis Terminum ponamus Formam Subſtantialem, Alterationis Accidentalem, Senſilia* tamen *Indicia requiri.*

Scho-

Scholion *eos, qui Subſtantiam Compoſitam Generationis Terminum* ſtatuunt, *reprehendit*.

8 *Tranſmutationem* vix aliter quam per EXEMPLA *diſtingui* ab Accidentali Mutatione, indicat.
Sectiunc. 1.

9 *quam parum ſibi conſtent* in *Diagnoſtico, & quam Topice* agant, *Mutationum Exemplis* docet.
Sectiunc. 16.

Scholion *Exempla* quædam allata *illuſtrat*.
Sectiunc. 12.

10 Qui MUTATIONES PER ACCIDENS ſtatuunt, *quanam Criteria* ponere neceſſe habeant ſignificat. Sectiunc. 4.

11 qui MUTATIONEM NON MUTUAM *Subſtantialis*, aut MUTUAM *Accidentalis* Mutationis *Indicium* ponunt, *quam peccent*.
Sectiunc. 7.

Scholion 1 de *Homonymia Reductionis* monet.
Sectiunc. 3.

2 Propoſitione hac: *a Privatione ad Habitum non datur Regreſſus, non confirmari* illud Diagnoſticon, monſtrat.
Sectiunc. 5.

12 qui ex FACILI REDUCTIONE *Accidentalem*, ex DIFFICILI *Subſtantialem* Mutationem colligunt, *gravius peccare*, probat.
Sectiunc. 2.

13 qui ex SPONTANEA REDUCTIONE *per Emanationem*, Mutationem *Accidentalem* inferunt, *quantam errent*, oſtendit.
Sectiunc. 5.

14 qui ex eo, quod MULTUM vel PARUM Res MUTATA ſit, Diagnoſticon venantur, per *Magis & Minus Speciem variare*.
Sectiunc. 3.

15 qui ex eo, quod Res ſecundum PLERAQUE ATTRIBUTA MUTATA ſit, *Tranſmutationem* factam eſſe, concludunt, *in aliud Abſurdum* incidere. Sectiunc. 4.

16	qui omnem *Mutationem*, quæ MUTUA NON eſt, *Actupotentialem* dicit, *Mutationem Elementorum Mutuam, Tranſmutationem* eſſe, *negare.*
17	*ſolam* SYNDIACRISIN *Indicium* hactenus eſſe Tranſmutationis & Alterationis.
18	*ſecundum hanc Hypotheſin* ſi ſibi *ſuccedant* aliquot *Mutationes* ita, *ut in Primum* Corpus *Reductio* fieri *queat*, iſtud *Incolume permanere* certum eſſe, *de Mutationibus* autem ipſis *nondum liquere.* Sectiunc. 5.
19	*Accidentalem Mutationem* factam, ſi *Reductio* fieri *queat*, aſſerit Sectiunc 2.
20	ſi *Reductio* fieri *nequeat*, *non ſtatim Tranſmutationem* factam.

I

TRANSMUTATIO ACTUPOTENTIALIS, præſertim quæ ſecundum Formas Abditas, tam Nobiles, tam Potentes, fieri dicitur, ſi, ut Dogma *Scientiali Probatione*, (hoc eſt, vel Inductione, vel Demonſtratione), aſſerendum ſtatuatur, primum omnium INDICIUM aliquod *Senſile* hujus Tranſmutationis, vel plura etiam, numero tamen certa, Indicia ſtatuenda, & Probatione Scientiali munienda ſunt. 1

2 Nam nec *Inductio*, nec *Demonſtratio* Indeterminatam & Particularem Propoſitionem immediate, ſed ſemper *Determinatam* & *Univerſalem* inferre ſolet.

3 Sicut igitur *Geometra non* probat, *ex* dato *Puncto in* datam *Rectam*, vel *Peripheriam*, *duci* poſſe aliquam *Rectam Breviſſimam*, aut datâ *Peripheriâ*, *&* dato *Puncto*, ex hoc tandem, (multis Secantibus jam eductis), *educi* aliquam *Rectam*, *quæ Peripheriam tangat*, *ſed* Univerſale, & Determinatum quippiam demonſtrat, nimirum, *quæ Perpendicularis* ſit, eam *Breviſſimam eſſe*, item, *quæ Perpendicularis* ſit *Diametro*, *eam tangere*;

Eodem

Digitized by Google

4 Eodem modo *Phyſicus non* ita inferet: eſt in rebus Naturalibus aliqua *Actupotentialis Tranſmutatio*; ſive ſunt in rebus *Abditæ* & *Illuſtribus* inſtructæ *Viribus Formæ*, quæ in communi aliqua Materia
5 interdum *oriuntur e Nihilo*, interdum *intereunt in Nihilum*. Quin ita *potius* colliget: ſi *qua Mutatio hoc vel illud*, aut *hoc & illud* habuerit *Attributum Senſile*, omnis ea Mutatio & *Tranſmutatio* eſt, *&* *Actupotentialis* eſt.

II

Demonſtratio Actupotentialis Tranſmutationis, præſertim quæ ſecundum Formas Abditas fieri dicitur, ut & *Diagnoſtica* Mutationis Accidentalis & Subſtantialis, recte exponi, dijudicari, & ab Homonymiis liberari nequeunt, niſi Specialis Corporum Naturalium, præſertim *Miſtorum Inanimorum præmittatur Theoria*.

III

1 Quod ſi forte reperiantur, qui Tranſmutationis Actupotentialis Dogma, ut *Hypotheſin, habeant*, quæ quidem Scientialiter probari nequeat, ex qua tamen poſitâ, (ſimul aliis vel Hypotheſibus, vel Axiomatibus, vel Theorematibus, aſſumtis), Phænomena Phyſica demonſtrari commode queant; hi *quoque de Senſilibus* Tranſmutationis Actupotentialis *Indiciis* Hypotheſin, aut *Hypotheſes*, *adjiciant*, neceſſe eſt.

2 Alioquin *Aſtronomo ſimiles* erunt, qui *Hypotheſin* aliquam *ex diverſis Orbibus* concinnatam ponat, & certas *Motuum* Metas ac *Leges*, cum Velocitatis, tum Tendentiæ, adjungat, *Stellam* autem *nullam Viſibilem Supremo Epicyclo* affigat.

3 Ejus enim Hypotheſis *cum Phænomenis conferri*, & num conſentanea iis ſit, an diſſentanea, judicari *nunquam* poterit, & per conſequens Hypotheſis nequaquam erit.

Digitized by Google

IV

* Valleſius Controv. l. 5 c. 9; Zabarel. Miſti Gener. l. 2 c. 16 init. (col. 652 F), Cæſalpinus Quæſt. Medic. l. 3, q. 2 (p. 206 A), Claudin de Putred. in Reſp. p. 10 & 14.

Qui ita *inferunt*:

" Res hæc *ſecundum* Subſtantiam *Corrupta* eſt,

" *ergo reſtitui in priſtinum nequit* *;

illico ipſo *ad* Accidentalis & Subſtantialis Mutationis *Diagnoſticon* afferendum *ſe obſtringunt*, *aut* turpiter *Circulum* argumentando committunt.

Scholion.

Adſtricti etiam hi ſunt, ut *monſtrent textum* in Ariſtotele, ubi tradat hoc Theorema; *Tranſmutatio non eſt Immediate Reciproca*, aut *Tranſmutatio* Corporum *Miſtorum non eſt immediate reciproca*. Citat quidem Ariſtotelem Zabarella l. 2 de Generat. Miſti c. 16 initio, ſed locum non indicat.

V

" *Generationem* DEFINIT *Ariſtoteles* l. 1 de Gener. & Corr. c. 4 *Mu-* 1
" *tationem*, *qua totum mutatur, non remanente* Senſili *aliquo*, *ut Sub-*
" *jecto eodem*: *Alterationem* vero, *cum* idem *Senſile Subjectum manens*
" *ſecundum Affectionem* aliquam *mutatur*.

Generationis Definitionem Ariſtotelicam *Græci* ita explicant, ut 2 *Generationem*, *Mutationem* eſſe dicant, ubi vel *nihil* Senſibile *remanet*, *vel non*, *ut* ejus, in quod, vel ſecundum quod fit Mutatio, *Subjectum* remanet.

Exempli gratiâ, cum *ex Aere* fit *Aqua*, manet quidem *Pellucidum*, & *Humidum* Corpus, verum *non manet*, *ut Subjectum* ejus, in quod vel ſecundum quod fit Mutatio. Nec enim manet, ut Subjectum *Frigoris*, cum Frigus non ſit Πάθος ſive Affectio Pellucidi 3

aut

Digitized by Google

aut Humidi, ſed potius una cum Humido ſit Aquæ Εἰδοποιητικὴ Διαφορὰ (Specifica Differentia).

4 Verum Græci *neque rationem* reddunt, *cur Aer totus mutari*, aut, ut Philoponus loquitur,
« πᾶσα ἡ τοῦ Ἀέρος ἰδέα φθείρεσθαι, *tota Aeris Forma corrumpi*, dicatur, cum in Aquam mutatur, *cum* tamen *Humiditas remaneat*, pars Formæ; *neque* oſtendunt, *cur Humiditas potius*, quam *Pelluciditas*, *ad Formam Aeris* pertineat.

5 *Latini* Peripatetici ita Generationem ab Alteratione diſtinguunt, ut *nihil* ad eos Ariſtotelis *Definitiones* pertineant.

6 *Generatio* enim ipſis fieri dicitur, cum *Forma* Subſtantialis *Abdita aboletur*, & *alia* Forma Subſtantialis Abdita *exoritur*, *manente* communi Inſenſili Subjecto, *Materiâ*; ideoque ne veriſimilem quidem aliquam explicationem afferre queunt, quæ verbis Ariſtotelis, quibus Alterationem & Generationem diſcrevit, ullo modo congruat.

7 Multo *minus Senſile* aliquod *Indicium*, ex *Ariſtotelis* vel Doctrina, vel *Principiis*, dare poſſunt, quo Generationem ab Alteratione
8 diſcernamus. Imo adeo Æquivocationum & Quæſtionum tricis in ſtuporem revoluti ſunt, ut *de eo ne cogitent quidem*, ſine quo tamen omnis hæc Doctrina inanis & ſtulta, Ariſtotelis vero de Generatione & Alteratione a ſe primo diſtinctis Gloriatio vana eſſe deprehenditur.

SCHOLION I

1 *Burgersdicius ſe* Ariſtotelis haſce *Definitiones recipere ſimulat*, tum in Colleg. Phyſ. Diſp. 3 Theſi 5, tum in Diſp. 14 Theſi 2, ſed ſimulat tantum.

2 » *Alterationem* enim fieri vult, *cum manet eadem Subſtantia Com-
» poſita*, & *Mutatio* fit *in Qualitate*: *Generationem* vero, *ubi non ma-
» net eadem Subſtantia Compoſita*, *licet Qualitates multæ ſuperſint*
Diſp 14 Theſi 6.

3 Eſt autem *Inſenſile* quid *Subſtantia Compoſita*, quippe *ex* duabus *Inſenſilibus* Partibus, Materiâ & Formâ, *conſtituta*.

Digitized by Google

II

„ Idem Burgersdicius Colleg. Diſp. 14 Th.2, 6, & 13 ſtatuit, *cum* 1
„ *ex* Corpore *Inanimato* Corpus *Vivum oritur*, *Subjectum aliquod*
„ *enſile*, & *Formam* aliquam *Subſtantialem remanere*, verum id
„ ipſum Subjectum, ſive eandem Formam *non* manere *ejus Speciei*,
„ *cujus* erat *antea*.

Attamen, *quomodo* id *exemplis* eorum, quæ generantur, Viventium, *applicari* queat, *non video*. 2

Nam, exempli gratiâ, ſi, dum *e Glande* ſit *Quercus*, *in Quercu Formam Subſtantialem Glandis manere*, item, dum *e Gramine* fit *Sanguis*, aut *e Sanguine Caro Viva*, priores *Formas remanere* aſſerit, adeo *inſolens* & *abſurda* eſt *Aſſertio*, ut eam ipſi attribuere non audeam. 3

VI

***Non minus** Alteratio* dici poteſt Mutatio *a non eſſe ad eſſe*, & *ab eſſe ad non eſſe*, quam Subſtantialis *Tranſmutatio*.

VII

Si maxime *Generationis Terminum ponamus* eſſe *Subſtantialem Formam*, *Alterationis* vero Terminum Formam *Accidentalem*; *niſi Senſilia Indicia* data fuerint, quibus Inſenſilis Formæ Interitus atque Ortus innoteſcat, *vana* erit hæc Ariſtotelis & Ariſtotelicorum *de* Generationis & Alterationis *Diſcrimine* Jactatio.

SCHOLION.

„ *Subſtantiam Compoſitam Generationis Terminum Adæquatum*, *male* ſtatuit Burgersdicius cum Conimbricenſibus in Idea Diſp. XI Theſi 3.

II

VIII

Digitized by Google

VIII

1 *Specierum Dignotionem* vix aliter quam *per* EXEMPLA docent, ut Galen. l. Method. 2 c. 7, & quidem exemplo *Hominis, Cameli, Canis*, &c., quod admodum *ſuſpectum* eſt.

2 Ita quoque *Tranſmutationem* Subſtantialem vix aliter, quam *per Exempla* docent *diſtinguere ab Accidentali*.

IX

1 *Quam parum ſibi conſtent* in *Diagnoſtico* Mutationis Subſtantialis & Accidentalis ii qui Actupotentialem Tranſmutationem defendunt, *quamq; omnia* meris *Topicis* Argumentis agant, explorare cuivis in proclivi eſt, ſi iis ſubjecta *Mutationum Exempla* dijudicanda (diſcernenda) offerat.

2 Nimirum, ſi quærat, *Aqua, Vapor, Glacies*, *Nix* ſecundum Subſtantiam, an ſecundum Accidentia differant.

3 Item Terra & *Halitus Siccus*, vel Sal Volatilis ſive *Fuligo*, & Halitus Siccus ſive *Fumus*.

4 Item *Halitus Incenſus* & *Non inflammatus*.

5 Item *Ligni Medulla, Alburnum* & *Ligni pars Media*. (Nam ex Alburno fit tandem Media Pars).

6 Item *Cinis* & *Lixivium*, item *Sal* & *Muria*.

7 Item *Muſtum*, *Vinum*, *Acetum* & *Tartarus*.

8 Item *Lac, Caſeus, Butyrum. Corium Bubulum* & *Taurocolla*.

9 Item *Ferrum, Ferrugo*, item *Æs, Ærugo*.

10 Item *Plumbum*, *Ceruſſa, Sandyx*.

11 Item *Saccarum Friabile, Canditum, Penidium*.

12 Item utrum *Panis Fermento Cereviſiario* Fermentatus ſit Panis *Azymus*, an Specie differat a Pane Triticeo *per Fermentum* præparato.

13 Ex *Linteis* in Tabem (Proluviem) *Maceratione reſolutis* fit *Charta*, quæritur, an ſit Mutatio ſecundum Formam.

Pp Quod

Quod ſi ad Animata devenire libet, Exempla ſint *Ovum, Pullus, Avis Adulta*. 14

Item *Salix*, *Oculus Salicis*, *Ramus Salicis*, *Talea*, *Viviradix*. 15

Item *Ovum Papilionis*, *Eruca*, *Necudalus*, *Papilio*. 16

SCHOLION.

" *Glaciem Aquâ Elementari Frigidiorem non eſſe, ſed tantum Vali-* 1
" *dius refrigerare ob Materia Denſitatem*, *Zabarella* aſſerit lib. 2 de
Qualitatib. Elementar. c. 1 (col. 509 F). *Ariſtoteles* ita de Gla- 2
cie & Igne vulgari loquitur l. 2 de *Gener.* & *Corrupt.* t. 21, ut *ambiguum* relinquat, utrum *Specie*, an *Qualitatibus* tantum differant 3
" ab Aqua & Igne. At l. 1 t. 80 τὸ Αὐτὸ Σῶμα (*Idem Corpus*) vocat,
" quod ἐξ Ὑγρῶ (*Humido*) fit Πεπηγὸς (*Concretum*). Expreſſe di- 4
cit Ariſtoteles
" οὔτε μεταβάλλον τὴν Φύσιν (*neque mutans Naturam*). Expreſſe ibi
" ſtatuit *Exſiccationem Actupotentialem Æquivocam*, *Frigoris* ſcilicet
" *in Aquam*, & vult eſſe *Glaciem* Corpus ſimpliciter *Similare*, quod
tamen vel intuenti *falſum* deprehenditur. Manifeſtæ enim ſunt
in eo Laminæ, Cruſtæ, Fibræ.

" At *Galenus Glaciem* ab *Aqua Specie differre* dicit. 5

Conglaciatio quarundam rerum *Subſtantiam* mutat, quarundam non. 6

Mutat, ut *Panis*, *Obi*, *Pomi*. 7

Non mutat, ut *Olei*, (*Urina*). 8

Non mutare autem cenſetur, ſi Reciproca ſit Mutatio, ſive Congelatione ſolutâ res in Priſtinum ſtatuatur Statum. 9

Ita quoque *in Halitum* Actio quarundam rerum *Subſtantiam mutat*, quarundam *non* mutat, quia Similares ſunt Exquiſite. 10

Aliæ ſunt *Operationes Lactis*, aliæ *Butyri*, *Seri*, *Caſei*. 11
item aliæ *Vini*, *Spiritus Vini*, *Fecis Vini Siccæ*, quæ Tartarus Hermeticis dicitur.

Aliæ ſunt *Chartæ*, aliæ *Lintei* Paſſiones ſive *Aptitudines*. 12

X

X

1 Qui MUTATIONES quaſdam PER ACCIDENS eſſe dicunt, ut, quando *ex Vino* fit *Acetum*, ex *Animali Cadaver*, (vide Ariſtotelem l. 8 Metaph. t. 14), ii *Criterion* ſtatuant neceſſe eſt
vel hoc, quod *ex Præſtantiore* fit *minus Præſtans*,
vel *ex Compoſitiore Simplicius*,
vel *aliud* aliquid,
2 verbi gratiâ, ſi ea *ſecundum Prædeſtinationem Naturæ* fieri dicantur, *quæ ſemper ex eadem Materia Proxima* fiunt.
3 Ut *Vinum* ſemper ex *Uva Vitis*.
4 *per Accidens* vero, ut Vinum vel *in Acetum*, vel in *Spiritum* Vini, vel in *Vappam* &c. mutatur.

XI

1 Qui MUTATIONEM NON MUTUAM *Subſtantialis*, aut MUTUAM *Accidentalis* Mutationis *Indicium* ſtatuunt *; hi *neque Demonſtrationem* ullam hujus Opinionis afferunt, & præterea tum aliis *Dogmatibus ſuis*, tum *Experientiæ repugnant*.
2 Nam *Mutatio* cujuſvis *Elementi* in quodvis *Mutua* ab omnibus creditur, quæ tamen Tranſmutatio eſt.
3 Et *multæ* dantur *Alterationes* quæ *Mutuæ non* ſunt.
4 Verbi gratiâ, *Vinum* quod *Acidum* redditum eſt, *non dulceſcit*, *Pilus* Canus *non fit Niger*, *Pyrum Vietum non* fit *Durum*, *Maturum non* fit *Immaturum*, *Malum Rubrum non* fit *Pallidum*.
5 Imo *quædam* ita mutantur, ut *ne alterentur quidem proprie* dictâ *Alteratione*, *nec* tamen in Priſtinum Statum *reſtitui* poſſunt.
6 Ut ſi *Adamantem* aut *Margaritam in Pulverem*, ſi *Lignum*, *Cornuve in Scobem* redigas, aut ſi *Folliculum Bombycis* retexens in *Filum* aut *Glomum* convertas.

* Tolet. ad l. 1 Gener. & Corrupt. c. 4 q. 8 (f. 322, a), & Minder. de Peſte c. 2.

Digitized by Google

Denique *quædam* reduci forſan, hoc eſt, priora Attributa recu- 7
perare forſan queunt, verum *reducendi Modus* adhuc nos *latet*.

SCHOLION I

v. proœm. aſſ. 8 ſecti-unc. 18.

Caveatur hîc *Homonymia Reductionis*. 1
Reduci ad Principia, ſcilicet Cognitionis, *Phænomenon* dici- 2
tur, Græce ἀνάγεσθαι, *quod ex iisdem demonſtratur*.
Reduci vero *Corpus*, ex Mutatione aliqua ortum, dicitur, *ſi* 3
rurſus *tranſeat in id* Corpus, *ex quo ortum* eſt, præciſâ tamen de-
ciſione, utrum hæc duo Corpora Accidentaliter, an Subſtantiali-
ter differant.

II

Mirum ſane eſt *tanto Conſenſu* hoc Dogma *receptum* eſſe ab ho- 1
diernis Peripateticis, cum *ne textum* quidem *ullum ex Phyſicis* Ari-
ſtotelis libris proferant, aut proferre queant, (uti alias ſemper ſo-
lent), quo Diagnoſticon hoc confirment.
Ex Poſtprædicamentis quidem (Categor. c. 10 § 20 Pacii) ci- 2
tant: *A privatione ad Habitum non dari Regreſſum*; verum ut
Difficultates, quæ Propoſitioni huic objiciuntur, evadant, *ad Re-
ſtrictiones confugiunt*.

*Zabarell. ad l. 1 Phyſ. t. 44.

Alii * *ad eundem numero Habitum non dari Regreſſum*, dicunt. 3
Nimirum ad Specie eundem poſſe Regreſſum fieri fatentur. Ve-
rum ita prorſus *aliena* erit a propoſito dicta Propoſitio.
Alii * *ab ea* demum *Privatione, qua & Actum & Potentiam* 4
tollit, regredi non poſſe Naturam ajunt. Verum ita Ariſtotelis
Propoſitionem *in Identicam* ineptiſſimam transformant.
Ne dicam, quod hac ratione *Ariſtotelem Imperfectionis*, 5
(quod ſumme cavere ſolent), *arguant*, qui rem tam neceſſariam
in Acroamaticis Phyſicis libris omiſerit.

* Jacchæus Phyſ. l. 1 c. 4 54), item Keckerman, Jacob Martini, & Bartholin. in Logicis ſuis.

XII

Gravius peccant, qui ex FACILI REDUCTIONE ſive Reſtitu- 1
tione Mutationem *Accidentalem*, ex DIFFICILI *Subſtantialem* ar-
guunt*.

Digitized by Google

guunt, *verbi gratiâ, ſi quis *Mutationem Aquæ in Vaporem*, aut in *Glaciem*, *Accidentales* Mutationes eſſe contendat, quod facile tum Vapor, tum Glacies in Aquam redeat. * Magirr. Phyſ. l. 4 c. 2 ſ 24, & Jacch. Phyſ. l. 7 c. 1 (55).

2 His enim non ea tantum *omnia, quæ proximis* Opinatoribus *objici* poſſunt, ſed hoc etiam, quod *in* vulgatiſſimum iſtud Axioma, *Magis & Minus non variant Speciem*, apertiſſime *impingunt*.

XIII

1 Qui *Accidentalem* Mutationem ex eo arguunt, quod *Res* SPONTE ad Priſtinum Statum REVERTATUR, verbi gratiâ, ſi quis dicat, *Vaporem*, ſive Aquam Vaporis habitu indutam, *ceſſante Caloris Imperio*, *Sponte in Aquam reverti*, *per Emanationem* ſcilicet, quam vocant, *recuperatis Aquæ Nativis Qualitatibus*, aut earum *Gradibus**; hi ipſi * Suarez. Diſp. Metaph. 15 ſect. 1 ſ 11 & 12 ita videtur ſentire.

2 primo *Inadæquatum* ſtatuunt Accidentalis & Subſtantialis Mutationis *Diagnoſticon*, cum multæ ſint Accidentales Mutationes, quæ per Emanationem retexi, etiam ex ipſorum Opinione nequeant.

3 Deinde precario *poſtulant* ſibi *concedi*; *quod probare debebant*, & *Entia* præter neceſſitatem *multiplicant*.

4 *Probabilius* enim eſt, & Experientiæ magis conſentaneum, *Vaporem a Frigore*, quod in locum aboliti Caloris aut Graduum Caloris interemtorum ſuccedit, vel a *Compreſſu* occurrentis *Denſi Conſiſtentis* Corporis *in Aquam* redigi.

5 Taceo quod univerſum hoc de Emanativa Actione Dogma, ut *Latinorum Commentum*, Ariſtotelicæ Philoſophiæ Principiis prorſus adverſum, ab omnibus Græci Peripati Aſſeclis impugnatur. v. c. 2. aſſ. 20.

XIV

Digitized by Google

XIV

* Zabarel de conſtit. Phyſ. c. 24, dum Aquam, & Pluviam Accidentaliter differre vult.

Qui ex eo, quod res vel MULTUM vel PARUM MUTATA eſt, 1
hoc eſt, Multa vel Pauca Attributa, vel Antiqua, perdidit, vel Nova acquiſivit, Subſtantialem, & Accidentalem Mutationem diſcernunt *; etiam iſti per *Magis* & *Minus* Speciem inconſiderate *variant.*

Ex Indeterminato non poteſt inferri *Determinatum* quippiam. 2

Quod *uni Mons* videtur, id *alii*, qui majores Terræ Protube- 3
rantias vidit, *Collis* dicitur, & quod uni Collis, id alteri *Tumulus* cenſetur.

XV

Qui *Tranſmutationem* factam eſſe, ex eo colligendum putant, quod 1
Major Pars Attributorum rei perierit, ſive quod ſecundum PLERAQUE ATTRIBUTA res MUTATA ſit; hi ſecundum Magis & Minus Speciem quidem non variant, *in aliud* tamen non levius *Abſurdum* incidunt.

Quomodo enim *exploratum* illis eſſe poteſt, *Majorem* Attributorum 2
Partem ſublatam eſſe, *niſi plus* quam *Dimidium* ſublatum eſſe, ſciant?
At numero *Infinita* cujuſque Corporis Naturalis *Attributa* eſſe jam 3
ſupra Procemii aſſertionis 7 ſectiunc. 10 ſeqq., diximus. *Infinitorum* 4
autem *nullum* eſt *Dimidium*. Semper enim plus relinquitur, quam accipitur.

XVI

Si quis omnem eam *Mutationem*, quæ Reductionem ſive Reſtitutionem excludit, (hoc eſt, *quæ* MUTUA ſive Reciproca NON eſt), *Actu-*

Actupotentialem eſſe dicat, (huc enim nonnulli Incogitantiæ prolabuntur); eo ipſo *Mutationem Quatuor Simplicium* Corporum *Mutuam, Tranſmutationem* eſſe *negat.*

XVII

Nullum hactenus *præter* SYNDIACRISIN Senſile *Indicium*, ſive Simplex, ſive Aggregatitium, proditum eſt, quo Corporum quod ad Senſum Similarium Tranſmutatio ab eorundem Alteratione diſcernatur.

XVIII

1 *Secundum Syndiacriticam Hypotheſin*, ſi continue ſibi *ſuccedant* aliquot *Mutationes*, quæ ita ſe habeant, ut ex reliquis Ortis Corporibus *in Primum Reductio* fieri *queat*, id ipſum Primum , in omnibus Mutationibus iſtis, *Incolume permanere*, certum eſt, quamvis de Mutationibus ipſis *ob Experientiæ Defectum* ſtatuere *nondum* liceat, *utrum* Metaſyncriſis tantum, an vero *Syncriſis* vel *Diacriſis* dicendæ ſint.

2 Ut *ex Aqua* fit *Vapor*, *ex Vapore Nix*. *Ex Nive Reditus* in vel *ad*
3 *Vaporem* fieri *nequit*, at *ex Vapore* & *Nive in Aquam poteſt*. Certum itaque eſt *Aquæ Subſtantiam*, tum in Vapore, tum in Nive, eſſe *Salvam*. At *Mutatio Aquæ in Vaporem*, & Pura *Metaſyncriſis* haberi poteſt, Stricto Atomorum Situ in Laxiorem Mutato, & *Syncriſis* ex Aquæ & Ignis Atomis.

4 Item *ex Plumbo* fit *Ceruſſa*, & *ex Ceruſſa Sandyx*. *Ex Sandyce ad*
Ceruſſam non patet *Reductio, at ad Plumbum* tum *e Ceruſſa*, tum *e San-*
5 *dyce* Reditus datur. Itaque *Plumbum* in utraque Mutatione *Incorruptum* permanere certum eſt. At *Mutatio Ceruſſæ in Sandycem* & *Metaſyncriſis* & *Syncriſis* haberi poteſt, donec accuratior accedat Experientia.

Digitized by Google

XIX

Syndiacriticæ Hypotheſeos Adſtipulator *Diagnoſticon* Accidentalis & Subſtantialis Mutationis commode hac ratione ſtatuet, ut *Accidentalem* tantum *Mutationem* factam eſſe dicat, ſi *Reductio* fieri *queat*. 1

Exempli gratiâ, ſi *ex Ærugine* aut *Chalcantho* reſtituatur *Æs*, id Tecmerion erit, nullam factam eſſe Æris Diacriſin, ſed tantum ex Ære & Spiritu Acido *Syncriſin*. Quam ipſam Syncriſin & Ortum Æruginis aut Chalcanthi *etiam Subſtantialem* Mutationem, *Æri* tamen *Accidentalem* ſi *perbibeat*, in ſuas Hypotheſes nihil peccabit, neque Phænomenis repugnabit. 2

XX

At ſi *Reductio* fieri *nequeat, non* ſtatim *Tranſmutatio* aut *Diacriſis* facta eſſe exiſtimanda eſt. 1

Nam ſi vel Piſtillo *Vitrum*, *Adamantem*, *Margaritas*, aut *Corallia* in Pulverem *contundas*, aut Malleo *frangas*, *Reductio* horum Corporum in Priſtinum Statum fieri *non* poterit, (hoc eſt, omnia Atributa deperdita recuperare nequeunt), *nec* tamen ideo, *ſecundum Subſtantiam Mutata* eſſe, recte dicitur. 2

Ita ſi *diſſeces* & filatim diſtrahas *Texturam*, reduci nequit, nec tamen ideo niſi quod ad *Situm* facta eſt *Mutatio*. 3

CAP. XIII

CAP. XIII

DE ELEMENTIS.

Argumentum.

1 Aſſertio, *quatuor* ELEMENTA ex *Primis Qualitatibus non probari*, aſſerit.

2 *Interiores* TERRESTRIS GLOBI *Partes cur Exterioribus Similes* ponendæ ſint, *nullam* eſſe *cauſam*, probat. Sectiunculas habet 11.

3 in Globo Terræ *nullam* eſſe Ἐυταξίαν docet. Sectiunc. 2.

4 *Terram æquè ac Cœlum Æternam* eſſe.

5 Terrarum VARIETATES perluſtrat, *ut Elementarem inveniat.* Sectiunc. 22.

6 Falloppii ſententiam *de* Terra *Ariſtotelica, nuſquam apparente*, conſiderat. Sectiunc. 2.

7 Peripateticis, dum Terram ſuam EXTREME SICCAM pronuntiant, vel *Externam*, vel *Internam Siccitatem* intelligendam eſſe, oſtendit. Sectiunc. 3

8 Corpus *externe Siccum Non Pulverem*, ut *Fuſile* ſit, neceſſe eſſe. Sectiunc. 4.

9 In eodem, ſi *Pulvereum* ſit, *Vacuum* admittendum.

10 EXTREME CONSISTENTIS *Notionem haud facilem* eſſe, monſtrat. Sectiunc. 12.

11 SUMMUM FRIGUS *in Terra non argui à Metallis* & *Lapidibus congelatis.* Sectiunc. 2.

12 Terram MERAM eſſe *Experientiâ comprobari.*

13 AEREM naturâ *Frigidum* aſſerit.

14 IGNIS *Sphæram rejicit.*
15 Ignem *Elementarem* & *Subterraneum* & *Noſtrum* conſiderat. Sectiunc. 4.
16 Ignem eſſe COMPOSITUM, tum *Ariſtotelem*, tum *Theophraſtum*, tum *Galenum*, tum *Porphyrium* confiteri, docet. Sectiunc. 24.
17 FLAMMAM *non* eſſe Corpus *Siccum* aſſerit.
18 Ignem LEVISSIMUM eſſe *non probari ex Flamma* & *Fumo ſurſum latis.*
Scholion, quod *Ignis ſurſum non* feratur, *prolixius* oſtendit. Sectiunc. 14.
19 probat *Bartholinum tollere reliqua Elementa*, *dum Ignem* PARTEM AERIS ſtatuit. Sectiunc. 2.

I

V*ana* eſt QUATUOR Corporum SIMPLICIUM *Probatio ex quatuor* Primis *Qualitatibus* petita, quæ exſtat l. 2 de Gen. & Corr. c. 3.

II

Nos *nulla Experimenta*, aut *Rationes*, vel cogunt, vel invitant, ut 1
Interiores TERRESTRIS GLOBI *Partes Exterioribus Similes* po-
namus.

Nam *Maris Profunditas* raro *centum Orgyias* excedit, uti hodiernâ 2
Bolidis Nauticæ Experientiâ conſtat.

" Strabo *Profundiſſima Maria*, qualia eſſe ait *Creticum*, *Sardoum*, 3
" & *Siculum*, *mille Ulnarum Altitudinem* non ſuperare, l. 1 (p. 37 verſ.
20 edit. Vignonis) refert.

conf. Gilbert. de Magnete l. 1 c. 17.

In *Fodinis* vero *Metallicis* rariſſime ad *quadringentas* aut *quin-* 4
gentas Orgyias, propter Aquas Halitusve noxios deſcendi poteſt.

" *Beguinus dimidio milliari a Schemnizio deſcendit in Fodinam Ar-* 5
" *genti* 1500 *Cubitos profundam*, ubi *ſummus æſtus* ſæpe deprehendeba-
" tur *ob Vapores exhalantes*. Vid. Tyrocin. Chem. l. 2 c. 14 (poſt prin-
cipium).

At

6 At *Semidiameter Terræ octingenta quinquaginta* circiter *Milliaria* Germanica, id eſt, vicies octies centena, triginta tria millia, trecentas & triginta tres Orgyias, continet, uti Geographi demonſtrant.

7 *Quantula* itaque *Portio Globi Terræ* nobis per Experientiam *explorata* ſit, hinc facile æſtimare, vel etiam Stereometrico Calculo

8 ſupputare licet. Et tamen illæ ipſæ *Partes*, quæ nobis innotuerunt, admodum inter ſe *Diſſimiles* ſunt, adeo ut Specie eas convenire nemo ſanus dixerit.

9 *Extimum* nimirum *Corium*, ſive Cortex Terreni Globi *Variis Argillis, Margis, Arenis, Sabulis, Glareis, Salibus, Succis*; *Interiores* Partes *Petris, Lapidibus, Calcibus*, item *Metallorum, Sulfurum, Salium, aliorumque* Foſſilium *Venis* conſtat.

vid. Georg. Agricola de re Metallica l. 5 (p. 86 & 87).

10 *Argillarum* alia *Candida*, alia *Lutea, Viridis, Rubra, Cærulea, Nigra. Arenæ* aliæ *Fuſiles*, aliæ *non* Fuſiles &c..

11 Deinde ne hoc quidem certum eſt, imo admodum potius *dubium, num* omnes illæ Vulgares *Terræ* veram & puram *Terram* in ſe *contineant, cum Metalla* per artem eo redigi queant, ut Terram Vulgarem, & Arenam per omnia *referant*, & vel Artifices ipſos decipiant, & tamen in verum Metallum Fuſione redire queant.

III

1 In *Globo Terræ*, puta in Maribus, Inſulis, Sinubus Maris, Promontoriis, Montibus, Vallibus, Fontibus, Fluminibus, Lacubus, Foſſilium Venis *nulla* εὐταξία eſt, *nulla* in *Meteoris*, *nulla* in *Stellis* Fixis.

adverſ. Burgersd Coll. Phyſ. Diſp. 4 Th. xi, & Diſp. 31 Th. 4 & 5.

2 In Corporibus tamen *Animatis miram* εὐταξίαν non negamus.

Digitized by Google

IV

Terra *non minus atque Cælum Æterna* eſt.

V

Fruſtra quæritur, *an Terra Elementum* ſit, *quomodo in Miſto* in- 1
exſiſtat, actu, an potentiâ, *quâ Formâ* informetur, *niſi* prius deciſum
ſit, *quænam* ex variis Terris, quæ ſcilicet Terræ nomine appellantur,
Terræ *Simplicis* & Elementaris *Titulum* mereatur.

Terrarum itaque VARIETAS præ reliquis Similaribus Foſſilibus 2
perluſtranda.

Terra *in genere* dicitur *pars* hujus *Globi*, quem incolimus, quæ 3
Aquis madefacta in Glebas coire, & ulterius irrigata in *Lutum* con-
verti poteſt.

Aliter, Terra eſt, quæ *Aquis diluta* & *quieti relicta* in Aquæ Fun- 4
do *Reſidentiam* facit.

Primum occurrit Terra *Fertilis*, & præſertim *Limoſa*. 5

Ea quo *Fertilior*, eo *pluribus* partibus *minus Fixis* conſtat. 6

Nam *a Lætamine* varios *Volatiles Sales*, *Spiritus* accipit. 7

Lætamen autem eſt, 8

vel *Stercus Animalium*,

vel *Herbæ Aratro ſucciſæ* & ſubverſæ, ut *Lupinus*,

vel quæ *ex Foſſis Semiputrida* eruuntur.

Experientia quoque oſtendit, poſſe *ex hujusmodi* Terra per 9
Deſtillationem ſeparari *Aquas*, *Spiritus*, *Olea*, Sapore & Odore
diſcrepantia.

Item ab omni Fertili Terra ſeparari poſſe *Pinguem* quendam 10
Limum, remanentibus *Lapillis* & *Arenis*.

Item

Digitized by Google

11 Item ſunt quædam *partes* adeo Fecundæ, ut *Fixis* rebus *inſtaurentur*.

12 *Circumpadani* & olim & nunc nullo alio Lætamine utuntur, quam *Cinere Stipularum*. conf. part. huj. ſect. 2 c. 19 aſſ. 2, ſectiunc. 3.

13 *Comenſes Calce Vivâ Agrum* ſuum *lætificant*, ut Auguſtinus Gallus teſtatur l. de Agricultura, opere diurno 9, (Giornata vocat Italico vocabulo) p. 178.

14 Terræ Fertili affinis eſt, quæ *Marga* dicitur, quæ eſt Extractum quaſi Terræ Fertilis, & *Terræ* quaſi *Adeps* quidam, in antris Montium longo tempore conſpiſſatus, & interdum induratus, ſpargitur fruſtillatim per *Agros* & diu eos *Fertiles conſervat*.

15 *Subtiliores* Margæ etiam *Medullæ Saxorum* dicuntur, Stainmarſ, & *Medicos* ſæpe *uſus* habent.

16 Quibus vicinæ ſunt *Boli* & *Terræ Sigillatæ*.

17 Ut *Marga Rochlizenſis*, & *Sigillata Strigenſis*. Utraque *Linguæ* admota *adhæreſcit*.

18 Ita quoque *Bolus e monte Teckenſi* Joan. Bauhini Fontis Boll. l. 1 c. 14.

19 *Bolus Toccavienſis* in Ungaria *Butyri inſtar* in ore dilabitur, & omnes Notas veri Boli Armeniæ obtinet. v. Crato in epiſt. ad Camerar., (123 Scholz. voluminis in fol).

20 *Figulares* Terræ videntur propius *ad Elementarem* accedere. *Fixiores* enim ſunt & *Violentos Ignes ſuſtinent*.

21 *Argilla* olim proprie Candidam Terram, hodie omnem Terram Tenacem ſignificat, ex qua opera Figlina formari & coqui poſſunt. Eſtque *Candida, Cinerea, Lutea, Fulva, Rubra, Cærulea, Ferruginea*. vid. aſſ. 2 ſectiunc. 10.

22 Quæ *Impurior* eſt, & *Argilloſa* potius Terra, quam Argilla dicitur, licet Fictilibus inutilis, *ad Lateres* tamen formandos & coquendos materiam ſuppeditat.

Digitized by Google

VI

* Fallop. l. de Foſſilib. c. 4. & 2.

„ Qui *Terram Vulgarem* ſive Luteam, hoc eſt, Luto‑ſam, *generari* 1
„ dicunt *ex Halitu Sicco*, & Terram *Ariſtotelicam nuſquam* inveniri *;
vel ſentiunt *Puram nuſquam* inveniri, vel ſtatuunt *alicubi Impuram* latitare.

Diſtinguere debebant Terram *Vulgarem* in eam, quæ *contineret* 2
Terram *Peripateticam*, ideoque non eſſet Miſtum Similare, & eam quæ *nullam* contineret, ſed Miſtum Similare ſit, ſi ſcilicet Humore Aqueo ſpoliata ſit.

VII

Sonos ſine mente dant Peripatetici, dum *Terram* ſuam *Simplicem* 1
EXTREME SICCAM pronuntiant, nec tamen docent, *quo ſenſu* Extreme Siccum accipiant.

Si quis dicat, eſſe in Rerum Natura Corpus aliquod revera *Simi-* 2
lare Extreme Siccum,

aut Accidentariam aliquam & *Externam Siccitatem* intelligit, nimirum Corpus, cui prorſus *nihil Fluidi*, vel ſaltem *Liquidi* ſive Aquei, ſive Pinguis, ſive Metallici, vel etiam *Fuſilis*, vel *Liquabilis* Corporis admiſtum ſit;

aut *Internam* aliquam ſive Eſſentialem Siccitatem ſignificat, nimirum Corpus, quod vel *extreme Conſiſtens*, vel non tantum extreme Conſiſtens, ſed etiam præterea, *neque Liquefactile, neque Liquabile* ſit, imo, ſi placet, *ne Halabile* ſive in Fluxum Corpus Mutabile *quidem* ſit.

Quin etiam *Durum Siccius* videtur quam *Molle*, *Rigidum* 3
quam *Flexile*, quia magis ſervat ſuos Terminos, ſuppoſito Corpore Fluido vere Continuo.

VIII

Digitized by Google

VIII

1 Si quis Corpus aliquod Solidum (*Non Pulvereum*) *ab omni Liquido* Corpore *Purum* ſtatuat, id *Fuſile* ſit, neceſſe eſt.

2 Nam ſi non ſit, vel Diviſibile (Fractile, Friabile, Limabile), erit, vel *Indiviſibile*.

3 Si poſterius dicatur, *nullius* erit in rerum Natura *uſûs*, utpote, quod miſceri cum aliis Corporibus nequeat. Imo Plaſmatodes quid, & Figmento ſimile erit, cum *nullum hactenus tale* Corpus cuiquam occurrerit.

4 *Quod* ſi *Diviſibile* dicatur, *quomodo* in Soliditatem *coierit*, merito *quæritur*, *cum quicquid* ex Pulvere, Rudere, Scobe, Farina, Polline *in* Solidam Conſiſtentem *Maſſam* coit, aut ipſum *Fuſile* ſit, (ut Metalla, Sales Fixi, Vitrum, Lapis Fuſilis), aut *admiſto Liquido* Corpore ſolideſcat.

IX

Qui Corpus *Pulvereum abſque* omni Corpore *Fluido* admiſto ſtatuit, *Vacuum Diſperſum* in eo admittit.

X

1 Corpus EXTREME CONSISTENS quid ſit, aut *qua Notione* apprehendi debeat, *haud facile* inventu eſt.

2 Nam vel Pulvereum eſt, vel Solidum, (ſibi Cohærens).

3 Si *Pulvereum*, *Minutorum* Corpuſculorum *utrum* altero *Conſiſtentius* ſit, *haud facile* dijudicare licet, cum Conſiſtentia eorum *potius* Argumentatione quadam, quam immediatâ Senſûs Obſervatione

tione deprehendatur. Ideo enim Conſiſtentia ea Corpuſcula judicamus, *quia non inſtar Guttularum* in Liquidum Corpus coeunt. 4

Si *Solidum* fuerit Corpus, *diverſo reſpectu aliud* alio *Conſiſtentius* dici poteſt. Verbi gratiâ, 5 6

vel illud, quod *contra majorem vim Figuram* ſuam retinet,
vel quod *contra æqualem* vim *diutius* Figuram ſuam ſervat.

At *varii* ſunt *Violentiæ* modi, varii etiam *Reſiſtentiæ Gradus*, ut in *Ductilibus*, *Flexilibus*, Preſſatilibus, ſive *Subactilibus* Corporibus videre licet. 7

Conferenda etiam ſunt Corpora ita, ut *ceteris paribus* fiat Collatio, verbi gratiâ, *Flexilius*, id eſt, quod Oblongius, & Figura Tenuius eſt. 8

At *non omnia eandem* Figuræ *Tenuitatem*, vel quia non ſatis Tenacia ſunt, vel quia non ſatis Tenuium partium, recipiunt, ideoque Comparatio hic admodum lubrica eſt. 9

Deinde, cum *Conſiſtens* Corpus definiatur, quod *Terminos* ſuos *ſponte* ſua *non mutat*, *non* videtur *Violentia* & *Reſiſtentia* iſta *huc* accerſenda. Rurſus autem, ſi *duo* Corpora *eandem* Figuræ *Tenuitatem* habentia *uno extremo detenta* conferantur, & *alterum magis flectatur ſponte* ſua, quam alterum, *majori Ponderi* hoc ipſum adſcribi poterit, ideoque Corpus illud, *quod magis flectebatur*, *non* ideo *minus Conſiſtens* dicendum eſt, quia Corpora non fuerunt æqualiter Gravia, ideoque Comparatio non fuit facta omnibus paribus. 10 11

Quod ſi Corpus, quod *Extreme Conſiſtens* dicitur, ſimul revera *Similare* ſit, *novæ* ſe ingerunt *Difficultates*, quas cuivis conſiderandas relinquimus. 12

XI

Digitized by Google

XI

1 Qui *Summum Frigus in Terra* eſſe, ex eo arguunt, *quod Metalla & Lapides in ea Frigore concreſcant*,

primum in eo *errant, quod*, Summo Frigore, ut hæc concreſcant opus eſſe, putant, cum Moderato Frigore, imo vel nullo, & *ſolâ Caloris Remiſſione, concreſcant*, & conſiſtant ea, *quæ* non niſi *Summo* Calore *funduntur*.

2 Deinde, ſolum Frigus Conſiſtentiæ harum rerum cauſam eſſe, imperite dicunt, cum *alia Concretionum*, & Coagulationum, *abſque ope* inſignis alicujus *Caloris* aut *Frigoris*, factarum, *Exempla* ſuppetant.

XII

1 Eſſe in rebus Corpus aliquod, (ſive unum Specie, ſive Diverſa), quod *nec* Aqua *Liquabile*, *nec* Calore vel *Fuſile*, vel *Inflammabile*, vel
2 *Halabile* ſit, hactenus *Experientia* comprobat. Idipſum vel aliquod ex illis, *Terram* MERAM vocare licet.

XIII

AER naturâ ſuâ *Frigidus* eſt.

XIV

Inter extimam Aeris Superficiem, & Concavam Sphæram Lunæ reperiri *Sphæram* IGNIS, quem quidam volunt eſſe Ignem Purum, *merito* præclari quidam *Optici* & *Aſtronomi* * *negarunt*.

* Pena præfat. in Opt. Euclid. Brah. Progymn. part. 1 p. 91 & 92.

XV

XV

Ignis *Elementaris* Ariſtotelicus *abſque Notione Diſtincta* creditur a 1
Peripateticis.

Nam ſi cogitent Corpus Permanens, quod quaſi Pars eſt ſupe- 2
rior Aeris (l. 1 Meteor. c. 2), quod *Fluidum* ſit inſtar Aeris, & a *Cœli Orbe* ſummo *abripi* poteſt, *non* poſſent credere id *ſumme Siccum*.

Ignis *Subterraneus* eſt *noſtro ſimilis*, hoc eſt, Corpus *Pabulo ſuo vi-* 3
vens, *Fluxum*, quod non diutius durat, quam celerrimus ejus Motus, & hic Ignis multorum Mixtorum ac Compoſitorum Corporum eſt Opifex. Excitat e *Metallis* & *Semimetallis* varios *Halitus*, 4
qui ſe intra Fiſſuras, Commiſſuras, Fibras Petrarum inſinuant, *unde Pyrites Æroſus* aut *Argentoſus*, *Cobaltus Argentoſus*.

XVI

Ignis non eſt Elementum, ſed Corpus COMPOSITUM. 1

,, *Ariſtoteles*, dum docet duplicem *Ignis Interitum*, 2
,, *Σβέσιν καὶ Μάρανσιν*, | *Exſtinctionem & Marcorem*,
eo ipſo docet, Ignem non eſſe Corpus Simplex, ne eum quidem, cujus Participatio Vita eſt Animalium. Lib. de Juventute c. 5, & l. de Reſpir. c. 18, l. 3 de Cæl. c. 6 t. 52.

,, *Σβέσιν* (*Exſtinctionem*) fieri vult a *Contrario*, ideoque *Violen-* 3
,, *tum Interitum* vocat.

,, Quod l. de Longit. Vitæ c. 3 *Contraria*, ait, tolli ſive *corrumpi* 4
,, *a Contrario*, & ad *Σβέσιν* Ignis applicat, id *de* Fictitia illa *Corruptione* ſive *Peremtoria* Corruptione intelligi *nequit*, quæ in libris de Gen. & Corr. docetur, quæ fit per Potentiam & Actum, ubi ſcilicet Qualitas altera in nihilum redigitur, altera e nihilo oritur.

Ignis:

Digitized by Google

5 *Ignis* enim *exſtinguitur* ab *Aqua*, non quia Contraria eſt, ſed *quia Poros obſtruit.*

6 Igitur *etiam* Pinguedo ſive *Humor Pinguis* exſtinguit, dum Meatus ſubit Corporis, quod Ignem ſuſtinet, & Alimentum præbet.

7 " Quod l. de Long. Vitæ c. 3 *Contrarium*, ait, ἐξελαύνεσθαι (*expelli*), *de Excremento* loquitur, quod *Subſtantia* eſt, non Ἐναντιότης, ſive Qualitas.

8 " *Μαραίνεσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ*, id eſt, *ab Igne majore marceſcere* docet l. de Juvent. c. 5 initio.

9 Præterea Ignem *diſſimilem reliquis* tribus Elementis ſæpe fatetur, ut l. 2 de Gen. Corr. c 8 t. 50:

" Μόνον τῶν Ἁπλῶν Σωμάτων	*Solum Simplicium Corporum*
" τρέφεσθαι τὸ Πῦρ.	*nutriri Ignem.*

10 *Theophraſtus* etiam l. de Igne ita ſcribit, ut potius neget Ignem eſſe Elementum, & Ἁπλοῦν Σῶμα (Simplex Corpus), cum prorſus *Peculiares* habeat *Facultates*, *Ortum*, *Interitum*, a reliquis tribus *diverſum.*

11 " *Retinet* quaſdam *Ineptias Ariſtotelis*. *Frigus* ἐκθλίβει *Calorem*, " & una *Humidum.* Textu Furlani 15:

" Διὰ τὴν ἔκθλιψιν.	*propter Eliſionem.*

12 Ceterum text. 63:

" ἐν Ῥύσει (ἐστι) τὸ Πῦρ.	*in Fluxu* (eſt) *Ignis.*

13 Text. 33:

" Ἀρχὴν ἀποκλείει.	*Principium intercludit.*

14 Text. 10:

" Ἀρχὴ (τοῦ Πυρὸς).	*Principium Ignis.*

15 Text. 32 & 68:

" Ἀρχῆς θιγγάνει	*Principium attingit,*

" *ad Principium pervadit Oleum & Acetum.*

Digitized by Google

Galenus quoque Ignem *peculiare quid* habere agnoſcit paſſim. 16
Sic l. 8 de Decret. Hippocr. & Platonis c. 7, ex Platonis Ti- 17
mæo:

» Πῦρ διὰ πάντων διαχωρεῖ.	*Ignis per omnia penetrat.*

L. 4 de Method. med. circa initium: 18

» Ἀνάβρωσις ἐπὶ Πυρὶ συνίσταται.	*Eroſio ab Igne fit.*

L. de Plenitudine c. 3 fin.: 19

» Φαίνεται ὑπὸ τοῦ Πυρὸς πάντα » διαλυόμενα.	*apparet ab Igne omnia* *diſſolvi.*

» L. de Util. Reſpir. Spurio fol. 65 A, (Juntar. 8væ edit.): *Ignis* 20
» *ingreditur Poros Metallorum, non Aer.*

Quot modis exſtinguatur, l. de Util. Reſpirationis genuini c. 3, item 21
l. de Cauſ. Morb., c. 3, ubi:

» εἰ τὸ περιέχον εἴη ἄκρως » Ψυχρὸν, οἷον περὶ τὸν Ἴστρον » τοῦ Χειμῶνος, ὄψει σβεννύμενον » πᾶν ὀλίγον Πῦρ.	*ſi circumſtans* (Aer) *ſit ſumme* *Frigidus, ut juxta Iſtrum* *hieme, videbis exſtingui* *omnem parvum Ignem.*

Ne credas. 22

“ *Porphyrius* denique *Monadicam Ignis Naturam* conſideravit, dum 23
“ Ignem ſcribit *ſemper moveri, nunquam quieſcere.* Ideo *Motûs &*
“ *Quietis* in Definitione Naturæ *explicat* per *vel*, referente Simplicio
& Zabarella ad l. 2 Phyſ. t. 3.

Sed refutat Porphyrium Zabarella ibidem p. 320 edit. Francof. 24
1602.

XVII

FLAMMA *non* eſt Corpus *Siccum*, ſed *plus quam Fluidum*, quia
Fluens.

XVIII

XVIII

Ex eo, quod *Flamma* & *Fumus*, quando Ligna vel aliæ res cremantur, *ſurſum moveri* videntur, *non* probatur, *Ignem* eſſe Elementum LEVISSIMUM.

Scholion.

1 » Ignem *ſurſum ferri* & *Plato* in Timæo ponit, uti etiam *Galen.*lib.8 Decret.Plat. c.3. Verum *Homonymia* ſubeſt.

2 Non enim ita ſurſum fertur Ignis per Aerem, uti Aer per Aquam, ſed *ſurſum* quidem fertur *Fumus, Vapor*, quamdiu fervent, *Flamma ſe ſurſum erigit*, quantum apparet.

3 Nullum vero datur adeo Leve Ellychnium ſive Hypeccauma,
4 cujus Flamma ſurſum adſcendat. Aliud enim eſt ſurſum ſe ſurrigere, aliud adſcendere. Atomi quidem, quæ Flammam conſtituunt, continue ſurſum feruntur, & quando certum ſpatium ab Hypeccaumate emenſæ ſunt, jam Fumi ſpeciem nactæ ſurſum adſcendunt a Calore evectæ.

5 Quod ſi *dicas Fumi*, hoc eſt, Salis Volatilis *Atomos, occulto* aliquo, per ſe *Calido* Corpore, ſimul *ſurſum rapi*, ſane ſi id demonſtrari poſſet, occultum illud Corpus, Corpus aliquod Simplex, *Aere Levius* conſiteretur.

6 Verum *Calor* ille *ſenſim deperit*.

7 Dum enim *Flammæ* adhuc *propinquus* eſt exhalans *Fumus*, *accendere* oblatum *Hypeccauma* poteſt. Verum, etiamſi *per Tubum* aliquem, (ne diſpergatur), *ſurſum* mittatur, tamen *Vim* accendendi brevi *amittit*. Atqui quo altius adſcendiſſet, eo validiorem ſive promtiorem in accendendo eſſe oportebat. Eo enim magis a Fumis eſt depuratus.

9 « Ignis ille *Inconſpicuus* qui *Carnes torret*, ut Scaliger ait, adCardan. Exercitat. 9 p. 44, (Hanov. edit 1620), & Exerc.14, circa medium, eſt *Calor Vivus* adhuc, ideo urere & accendere etiam forſan
10 poteſt. Non enim ſequitur, eundem Calorem eſſe Mortuum, qui non lucet.

Interim & hoc verum eſt, poſſe etiam *Mortuum* Calorem *exurere*, & Carbones, ut ita loquar, facere, ſicut *Calor Teſtarum Fornacis* domeſticæ Poma comburit, ſed Vivus non eſt. 11 Neque enim ullum Hypeccauma accendere poteſt. 12

Quod ſi *ad quædam* Hypeccaumata Ignis quaſi *advolare* videtur, uti *Naphtha*, & hujuſmodi, id fieri videtur, quia Flamma Halitum Pinguem e Bituminoſis iſtis exhalantem, dum Aerem ad ſe trahit, ſimul attrahit, atque ita eundem corripit, *ſicut Halitum Pinguem e recens exſtinctæ Candelæ* corripit *Flamma*, etiamſi ipſum Fumigans Ellychnium non contingat. 13

Ut ut ſit, *Motus* hic *Flammæ ad Naphtham* non tantum ſurſum, ſed etiam *ad latera* tranſverſim fit, ideoque pro Ariſtotele non militat. 14

XIX

☞

* Bartholin. l. de Elem. c. 2 (p. 117 b).

1 ,, Qui *per Elementum Ignis* intelligunt PARTEM AERIS *Superiorem*, & *Puriorem*, non autem Elementum Specie ab Aere diſtinctum*: eo ipſo *tollunt Demonſtrationes*, *quibus Quaternarius* Elementorum numerus *adſtruitur*, & per conſequens tollunt reliqua etiam *Elementa*.

Nam *Contrarietas tollitur*, *ſublato Igne*. 2

CAP. XIV

Digitized by Google

CAP. XIV

DE ELEMENTORUM TRANSMUTATIONE.

Argumentum.

1 Aſſertio, *non, ſi* TERRA vel *Fuſilis* ſit, vel *Halabilis*, ſtatim eam *in Ignem*, vel *Aerem*, eſſe TRANSMUTABILEM, docet.

2 *Argumentationem* quandam de *Terra in Aquam Tranſmutatione, examinat*.
Sectiunculas habet 12.

3 AQUAM *in* AEREM, aut *hunc in illam mutari*, *Experientiis nullis, nec Porta de Halinitro* Experientiâ, *probari*, oſtendit.
Sectiunc. 12.

4 *recte Aerem, ſi ex Aqua* fiat, *ſecundum quid fieri*, aſſerit.

5 *Aqua in Aerem Mutatione profligari Dogma de Generatione Univoca in Inanimis*.
Sectiunc. 2.

6 *Zabarellæ ſententiam, de eadem Perſpicuitate & Humiditate* in iſta Mutatione, conſiderat.

7 *Aquam in* VAPOREM *mutari, recte; ex ea Vaporem excerni, minus* recte dici, probat.
Sectiunc. 5.

8 *Ariſtotelis Argumentum*, quo IGNEM *ex Aere & Terra fieri* probat, *examinat*.
Sectiunc. 4.

Scholion 1 ARISTOTELEM *primum* voluiſſe *Elementa* quatuor *inter ſe tranſmutari*, oſtendit.
Sectiunc. 5.

2 STOICIS *etiam* Elementorum Tranſmutationem Mutuam creditam.
Sectiunc. 13.

3 RECENTIORES aliquos nominat, qui eam negant. Sectiunc. 5.

9 *Ignis*

Digitized by Google

9 *Ignis* INTERITUM *pluribus modis* fieri, quam *quos Ariſtoteles* ponit, probat.
Sectiunc. 7.

I

Si aliquod Corpus *Calore* vel *Fuſile*, vel *Halabile* eſſe, Experientia comprobat, *non* continuo id ipſum *in Ignem* vel *Aerem* TRANSMUTABILE, multo minus *ab Aere in Aerem* Tranſmutabile eſſe evincit.

II

v. Ariſtot. l. 3 de Cælo t. 59.

Sunt, qui ita *argumentantur*: 1

dum ex *Terra fit Aqua*,

vel *per Segregationem* fit,

vel per *Tranſmutationem Exannihilativam*, (Deceſſionem Formæ Terræ, & Succeſſionem Formæ Aquæ).

At ſi *per Segregationem fieret*, 2

aut *Infinita Aqua contineretur in* Terra *Finita*,

aut *omnis tandem Aqua* inde *ſegregaretur*, adeo, *ut nullà* amplius *e reliquâ Terrâ ſegregari* Aqua *poſſit*.

Falſum eſt *poſterius*, *quia ſemper ex Terrâ Aqua ſeparari poteſt*. 3

Prius vero *eſt abſurdum*, *quia per* Segregationem *ex* Terrâ *Aqua fieri nequit*, 4

Ergo per Tranſmutationem. 5

Reſpondendum eſt. 6

Vel de Purâ ſive Merâ Terrâ, 7

vel de Impurâ ſive Vulgari loquuntur.

Si *de Purâ*, ex eâ *Aquam* poſſe *fieri negandum* eſt. 8

Si

Digitized by Google

9 Si de *Impurâ*, vel de totâ hac Mole Terræ, vel de certâ aliquâ ejus Portione.

10 Si de *toto* Terræ *Globo* loquuntur, *conceditur* quidem, *ſemper* ex ea *Aquam ſeparari* poſſe. Quod enim ex una ejus parte ſegregatur, & in Vapores tollitur, id alia in parte ei per Pluvias, Nives, Grandines, reſtituitur.

11 Si *de* certa *Portione* loquuntur, præſertim quæ tractationi noſtræ ſubjacere, & Vaſi includi poſſit, ex ea tandem *omnem Aquam ſeparari, nil vetat.*

12 Quo facto,

vel *reliqua* Terra *Pura* erit,

vel cum aliis Corporibus *Mixta*, neque quicquam Aquæ ex ea, dum Sicca manet, unquam elici poterit.

III

1 AQUAM *in Aerem*, aut *hunc in illam mutari*, aut Vapore mediante Mutationem eam fieri, *nullis* evinci *Experientiis* poteſt.

2 *Vapor* enim e pura Aqua ſublatus, utcunque in altum evectus, & diſperſus, ſemper *manet Vapor*, donec totus rurſus in Aquam redeat.

3 Quod ſi *Volatilia* quædam Corpora *Aquæ admixta* fuerint, eorum *Halitus Vapori* Aquæ *admiſceri*, nil vetat.

4 Quæ vero de Aere, per *Halinitri* Frigus in Aquam converſo, profertur *Experientia* *, *non probat* id, quod oportebat. * a Porta l. 1 de Aere c. 4 & l. 2 c. 3.

5 *Geranium Vitreum*, cujus *Venter Halinitro refertus*, vel mediâ *Æſtate*, in Aere libero *ſuſpenditur*, Ita ſenſim in *exteriore Superficie* Ventris *Aquæ Guttulæ* ſe colligunt, & *in* ſubjectum *Vas* deſtillant, præſertim ſi fundus Geranii nonnihil in Acumen deflexus ſit.

6 *Vapores* enim *Aquei*, ſive Exiliſſimæ (*Inſenſiles*) Atomi Aquæ, per Aerem hinc inde diſperſæ & quaſi natantes, (unde Aerem Humi-

Digitized by Google

dum dicimus, unde Pruina, unde Florida Glacies Specularium Vitreorum), ubi ad Vitrum appellunt, *Halinitri* F*rigore in Aquam* ſive Roſcidam Aſperginem congelantur.

Sicut enim *diu* poteſt *Plumula, Filum, Ramentum*, diutius 7
Pulviſculus tenuiſſimus, *in Aere* hærere; ita etiam *Aquæ Guttula* tenuiſſima.

Et ſufficit, quod *Vapor* ſit *ſemper in Aere.* Nullus enim 8
Aer ita Siccus & Frigidus, in quo non adſcendat aliquis Vapor, uti *ex Speculo* patet.

Nam *etiam* in *Hiberno* Aere eſt aliquis Calor reliquus, qui 9
Speculum Halitu Aſperginoſum deterget, & Halitum ſeu Aſperginem iſtam ſurſum effert. Qui ſi *occurrat impedimento* alicui, verbi 10
gratiâ, Ramo Arboris, accedente ſimul rigido Frigore, fit *Pruina.*

Quod ſi, uti Vas Aquâ plenum, Aquâ in Vaporem con- 11
verſâ, totum evacuari videmus, ita quoque *Vas Aere plenum, Aere in Vaporem* & conſequenter in Aquam, aut ſtatim proxime in *Aquam mutato, exinaniri conſpiceremus*, tum demum Experientiâ aſſertam T*ranſmutationem* Aeris & Aquæ Mutuam merito *confiteremur.*

Ratio Vacui & P*enetrationis* Corporum hic non poteſt 12
obſtare, quia non obſtat, dum ex Aqua fit Vapor.

☞

IV

adv. Burgersdic. Colleg. Phyſ. Diſp. 14 Th. 3.

Si ponamus, Aerem *ex Aqua* fieri, *recte Aer* non ſimpliciter, ſed *ſecundum quid fieri* dicetur, *cum ſecundum Formam fiat*, ſecundum Materiam non fiat.

V

V

1 Si maxime vertatur *Aqua in Aerem*, tamen id fit *Actione* Caloris & *Ignis*, non ipſius Aeris.

2 Ideoque *profligatum* manet *Dogma de Generatione Univoca in Inanimis.*

VI

" Qui, *in Mutatione Aquæ in Aerem, ſervari eandem* numero *Perſpicuitatem, & eandem* numero *Humiditatem* (Internam ſcil.), ſive Fluiditatem, docent*, ii, vel *Aquam in Aerem immediate*, (videlicet Vapore non mediante), *tranſmutari*, vel *Vaporem* etiam *Perſpicuum* eſſe ſtatuent.

*Zabarel. l. de Gen. & Inter. c. 7 (col. 415. A).

VII

1 *Aquam in* VAPOREM *mutari*, *recte* & Phænomenis congruenter, *ex eadem Vaporem excerni minus* recte dicimus.

2 Sive enim *Pura fuerit, tota in Vaporem*, Calore perſeverante, tollitur;

ſive *Impura* & Miſta fuerit, Fixa Corpora ei vel *Admixta* vel Permiſta in *Fundo* Vaſis *remanent*.

3 Cum autem ſemper id, *quod* ab alio *excerni dicitur*, vel *minori* vel *pari* ſaltem ſit *magnitudine*, *quam* id *quod relinquitur*, Conſiſtentia autem & *Fixa* Corpora, *quæ* ab Aquâ, debito Gradu Liquidâ, & Aquæ nomen merente, *excernuntur*, Mole aut *Magnitudine* longe *ſuperentur* ab *Aqua*, quæ ex *Vapore* condenſatur, & rurſus colligitur, & Aquæ priſtinæ Copiâ parum cedit; recte *Conſiſtentia* Cor-

Digitized by Google

pora, ſive Feces, ſive Sedimina vocare placeat, *ab Aqua*, & non habeaut Vaporem ab illis *excerni* dicimus.

Utrum autem *Subſtantialis*, an *Accidentalis* ſit *Mutatio* iſta, *ſuo* 4
loco conſiderandum relinquitur.

Id modo monendum, ſi *quis Tranſmutationem* eſſe ſtatuat, *ex* 5
Aqua *Pura Vaporem non excerni*.

VIII

*Ariſtot l. 2 de Gen. & Cor. t. 28.

» Qui IGNEM *ex Aere* & *Terra* fieri, eo probare conantur, quod 1
» *Flamma* ſit *Fumus, hic autem ex Aere & Terra* vel fiat, vel conſtet*, ſi Argumentationem ſuam, adjectis, quas diſſimulant, Sumtionibus, compleant, *multa falſiſſima* ſumere deprehendentur.

Flamma ſane *Nidor*, ſive Pinguis Halitus eſt, vel *ſolus*, vel *Fumum*, 2
hoc eſt, Halitum Salis Volatilis, *permiſtum* habens, ob certum Atomorum Partium Situm & Motum, aut ob Ignis Atomos admiſtas, Luce, Colore, & reliquis Attributis ſuis præditus.

Quamvis autem Flammæ Natura nondum ſatis eruta ſit, & *Peri-* 3
patetici ambigui ſint, *num* Corpus per ſe Unum ſit, & *Specie ab Igne* illo *Simplici*, quem ſupra Aerem locant, *differat*; imo *rariſſime* de ea re *ſententiam* ſuam proferant; hoc tamen ſatis compertum eſt, *ex Terra Mera* & *Aere*, vel ſolis, vel commiſtis, *Flammam nunquam* emicare poſſe.

Cinerem elotum & *reſiccatum*, (aliamve Terram Meram, quæ 4
ob rarum Atomorum ſuarum Situm Aeris multum continet), *Igni*, quamdiu libet, *urge*, *Flammam* ex eo extundes *nunquam*.

Scholion II

Digitized by Google

SCHOLION I.

1 “ THALES dicebat, *Aquam magis Rarefactam, Aerem fieri, & ad-*
“ *huc magis Rarefactam, Ignem,* teſte Alexandro in l. 8 Metaph. ſ 3.
2 „ EMPEDOCLES *nullum* quatuor *Elementorum* in reliquorum
„ aliquod *tranſmutari* ſtatuebat, teſte Ariſtotele lib. 1 de Gen. & Corrupt. text. 2. Confer l. 2 t. 46.
3 “ PLATO *Ignem, Aerem, Aquam,* in ſe invicem *tranſmutari, Ter-*
“ *ram* vero *Intranſmutabilem* omnino eſſe, *quia Indiſſolubilis,* in Timæo ſuo docuit, uti etiam Ariſtoteles lib. 3 de Cælo text. 62 refert.
4 „ ARISTOTELES *primus quatuor* hæc Corpora *inter ſe tranſmu-*
„ *tari* voluit lib. 3 de Cælo text. 51. *Videmus,* inquit, *& Ignem, &*
„ *Aquam, & unumquodque Simplicium Corporum diſſolvi.*
5 „ DEMOCRITUS & LEUCIPPUS, *quomodo ex ſe invicem fieri*
„ dicerent *Elementa quatuor,* vide l. 3 de Cæl. t. 39 & 56.

II.

1 Elementorum *Tranſmutatio* Mutua *etiam* STOICIS *credita.*
2 Seneca l. 2 Natur. Quæſt. c. 15:
“ *Quidam ex noſtris exiſtimant, Aera, cum in Ignem & Aquam*
“ *Mutabilis ſit, non trahere aliunde cauſas* Flammarum *novas. Ipſe*
“ *enim ſe movendo accendit.*
3 C. 22:
“ *Cum autem Aer Mutabilis in Ignem, maximis viribus in Ignem*
“ *converſus atteratur,* &c..
4 L. 3 c. 1:
5 “ *Fiunt omnia ex omnibus.*
6 “ *Ex Aqua Aer.*
7 “ *Ex Aere Aqua.*
8 “ *Ignis ex Aere.*
9 “ *Ex Igne Aer.*
10 “ *Quare ergo non Terra fiat ex Aqua, & ex Terra Aqua? Quæ*
“ *ſi in alia Mutabilis eſt, & in Aquam. Imo maxime in hanc. Utraq;*
“ *cognata res eſt. Utraq; gravis. Utraq; Denſa* &c..
11 *Agit* ibi Seneca *de Cauſis Fontium* & *Fluminum.*

Digitized by Google

Certe *mirum* eſt, *cur* adeo *laboret Ariſtoteles in* afferen- 12
da *Cauſa Fontium* l. 1 Meteor. c.13, cum potuiſſet ſecundum ſuas
Hypotheſes Flumina, ex Terrâ, ut Proximâ Materiâ, producere.
„ Ceterum *Terram & Aquam in ſe* invicem *tranſmutari*, etiam 13
docet *Strabo*, qui Stoicus eſſe creditur, l.17 (p 557 v.32 & ſeq. edit.
„ Vignon.), ubi *Ægyptum Maris Accretionem* eſſe diſputat.

III

" Ex Recentioribus *Aquam mutari in Aerem*, *negat* PATRICIUS, 1
" & *Experientias* a Peripateticis *flagitat*, Diſcuſſion. Peripateticar.
Tom.4 l.3 p.395.

SENNERTUS item Tranſmutationem Elementorum negat 2
l. de Conſ. Chem. c. 12 paulo ante finem (p.213 edit. ſecundæ).
„ *Ut jam*, inquit, *non dicam de eo, quod res Inflammatæ*, *non ſemper*
„ *priſtinam naturam exuunt, & in Ignem vere mutantur, ſicut in Oleo*
„ *Sulfuris ex Sulfure accenſo per Campanam facto, & in Spiritu*
„ *Nitri, qui ſine additamento fit, Nitro in Retortam particulatim in-*
„ *jecto & accenſo apparet.*
„ *Dicunt quidem nonnulli, Flammam nihil aliud eſſe, quam Aerem* 3
„ *Accenſum; ſed parum recte: atque an Aer purus inflammari poſ-*
„ *ſit, ſatis dubium. Nam in magnis ſilvarum & urbium Incendiis du-*
„ *dum inflammatum, & in Ignem mutatum eſſe oportuit. Quæ omnia* 4
„ *eo fine in medium adduxi, ut quilibet, quæ in Natura fiunt, conſide-*
„ *ret diligentius, & hinc de Miſtione attentius cogitet.*

SPERLINGIUS etiam huic ſententiæ adſtipulatur l. 4 Phyſ. 5
"c. 1 quæſt 3, quam ita finit: *Hæc de Elementis noſtra eſt ſententia:*
" *Creata fuerunt Elementa in prima Mundi Creatione in tanta mole,*
" *in quanta etiamnum dantur. Nunquam ea corrumpuntur, nunquam*
" *generantur, nunquam tranſmutantur.*

IX

Digitized by Google

IX

1 *Ignis* INTERIT *pluribus modis, quam*, quos ponit *Ariſtoteles* l. de Reſpir. c. 18, Σβέσιν καὶ Μάρανσιν.

2 *Forti Motu*, ut *Flatu*, & *Candelæ Motu*, licet Moderato excitetur.

3 *Non* interit *Calore*, aut *Æſtu Aeris*.

4 *Defectu Alimenti* interit, ſi aut non ſuppetat, aut attrahi nequeat, ob Denſitatem aliquam, aut Nodum Ellychnii.

5 Item *Suffocatio nec* Σβέσις eſt, *nec* Μάρανσις.

6 *Nimio Alimento* ſuffocatur.

7 Ita affuſâ *Aquâ pauxulâ* & *Oleo multo*.

CAP. XV

DE IMPERFECTE MIXTIS.

Argumentum.

1 Aſſertio *Definitionem* IMPERFECTE MIXTI, quam Magirus habet, *explodit*.

2 *Definitionem* VAPORIS ex Bartolino.

3 *Zabarellæ* Opinionem, quaſi Vapor *Media Naturæ inter Aerem & Aquam* ſit, conſiderat.

4 Vaporis *Eſſentiam* explicat. Sectiunculas habet 2.

5 *ad* Vaporem *in Aere detinendum, nullâ Levitate opus* eſſe, probat. Sectiunc. 2.

6 *Adſcenſûs* Vaporis *rationem* reddit. Sectiunc. 4.

7 *Frigus* Vaporem *in Aquam vertens, nec propriè humectare, nec impropriè*.

Digitized by Google

8 HALITUM PINGUEM *accendi* poſſe *a Flamma*, at *Pinguitudinis expertem non* poſſe, multo *minus ſolo Motu* inflammari, aſſerit. Sectiunc. 3.

9 *Magirum falli*, cum FUMUM dicit *Medium inter Terram* & *Ignem*, oſtendit. Sectiunc. 3.

10 PLUVIAM, NIVEM &c *non* eſſe *Affectiones Halituum* dicendas, contra Zabarellam, probat. Sectiunc. 3.

11 *Pluviam non* eſſe *Denſationem Vaporis* & *in Aquam Converſionem*.

12 GLACIEM ex Aqua, *abſque Continuitate læſa, non* fieri. Sectiunc. 11.

13 *Spumam* quoque Glaciei Generationem *confirmare*. Sectiunc. 15.

14 *Glaciem non* poſſe dici *Congelatam, quod* Terram ſecum *habeat*.

15 *Frigus* Humorem *conſtringens, nec proprie, nec improprie exſiccare*.

16 *Calorem regelantem nec proprie, nec improprie humectare*.

☞ I

* Magir. Phyſ. l. 4 c. 1 ſ 2, & 3.

„ Qui Corpus IMPERFECTE MIXTUM a Perfecte Mixto, *ut* „ *Speciem* a Specie, *diſtinguunt*, & illud definiunt, quod *inconſtante* & *minus Durabili Elementorum Concretione* conſtat *, *Speciem ſecundum magis* & *minus variant*, ideoque explodendi ſunt.

☞ II

* Bartolin. de Mixt. c. 2 (ſ 3).

“ Qui dicunt, VAPOREM eſſe *Aquam leviter in Aerem mutatam**, *quid dicant, neſciunt*.

III

III

„ Qui *Vaporem* Mediæ Naturæ *inter Aerem* & *Aquam* ſtatuunt, adeo, * Zabarel. l. de Conſtit. Phyſ. c. 24 (col. 69 A).
„ *ut in alterutrum eadem facilitate mutetur* *; ii Vaporem *ab utroque Subſtantialiter differre* ſtatuunt, niſi voluerint Homonymiſmi ſe reos facere.

IV

1 VAPOR eſt Corpus *plus* quam *Humidum*, ſive plus quam *Fluidum.*

2 Eſt enim *Humor Fluens.*

V

1 *Ad Vaporem in Aere detinendum nullâ* peculiari Qualitate, quæ *Levitas* dicatur, opus eſt.

2 Sicut enim *Terra* aut Terræ ſimilia, aut Terrâ *Graviora Corpora in* minutiſſimas *Atomos diſcerpta, in Aqua Sublimia* hærere longo tempore queunt: ita quoque *Aqua* in exiliſſimas Atomos divulſa *in Aere* Sublimis commorari poteſt.

VI

1 Ubi vero ratio reddenda eſt, *cur* Vapor *adſcendat*, ibi eum a *Levitate* propriâ, (Qualitate ſcilicet ſui Subjecti ſurſum Motrice), vel peculiari *Caloris* inhærentis *Facultate*, aut *Impetu* aliquo, quem Calor impreſſerit, evehi, aut denique (quod *Phænomenis* omnium maxime *conſentaneum*, quodque Entia non ita multiplicat), ab *Ignis Atomis*, ipſi *Aquæ permiſtis* ſurſum rapi dicendum eſt.

Digitized by Google

Ita enim videmus, dum *Aqua deſtillatur*, eam ſimul aliorum Corporum non ita *Halabilium*, verbi gratiâ, Olei, *Atomos ſecum rapere*. 2

Ita dum *Calx reſtinguitur*, *Vapor* Aquæ *Calcis Atomos* ſecum evehit, & in proximos Parietes & Tecta diſpergit. 3

Et *in Fuligine* Caminorum reſolutâ *Particulæ* quædam *Fixæ* inveniuntur, quas *Fumus* (Salis Volatilis Halitus) ſecum correptas in altum extulit. 4

VII

Frigus Vaporem *in Aquam vertens*, *nec proprie humectat*, (id enim *Humiditati ſoli* competit), *neque improprie*, quia alieni Corporis *Humiditate* Vaporem *non afficit*.

VIII

HALITUM PINGUEM, qualis eſt, verbi gratiâ, qui a *Candelæ* r *Ellychnio* adhuc Ignito exſpirat; item a *Caſura*; item a *Vino*, *aliisve* rebus, *e quibus Aqua Vitæ* elicitur, exhalat, *accendi* poſſe *a Flamma*, teſtatur *Experientia*.

At Halitum *Pinguitudinis expertem*, ſive Vapor ſit, ſive Siccus Halitus, a Flamma accendi poſſe, *pernegamus*. 2

Multo vero *minus* concedimus, Halitum ullo *ſolo Motu* atque Agitatione inflammari poſſe. 3

IX

“ Qui FUMUM *Medium* dicunt *inter Terram & Ignem*, *quod in alterutrum facile mutetur* *; *falluntur*. 1

* Magir. Phyſ. l. 4 c. 1 & 22, 24.

Primo

2 Primo *nec ex Terra* vel *Igni Fumus*, *nec ex Fumo* vel *Terra* vel *Ignis*.
3 Dein *nunquam* Terra *ſola evehitur* a Calore. Una cum *Salis Volatilis Copiâ* evehi interdum poteſt, ſicut Oleum cum Aquâ.

X

1 " *Improprie* admodum loquuntur, qui PLUVIAM, NIVEM, &c. *Affectiones*, ſive Accidentia *Halituum* vocant *.
2 Sunt enim Subſtantiæ ortæ ex Halitibus.
3 An vero Subſtantialiter, an Accidentaliter ab illis differant, alia eſt Quæſtio.

* Zabarel. l. Conſt. Phyſ. c. 30 (col. 87 D) & c. 24 (col. 78 F).

XI

" *Pluvia non* eſt *Denſatio Vaporis*, *& in Aquam Converſio*, ſed eſt Vapor in Aquam converſus, ſive *Aqua ex Vapore Denſato* orta.

adverſus Zabarel. d. col. 78 F.

XII

1 " Qui, GLACIEM *ex Aqua Liquida* ita fieri, aſſerit, ut maneat idem Corpus ſibi ſemper *Continuum* *, manifeſte *Phænomenis repugnat*.
2 Nam Glacies omnis *majorem in molem expanditur*, quam Aqua,
3 ex qua concrevit. Ideo etiam *Vaſa rumpit*.
4 Obſervare *idem* licet *in* Vaſe *Metallico* Laminæ ſatis Denſæ, Aqua enim Frigore Hiberno Conglaciata, ultra priores Terminos aſſurgens, manifeſte protuberabit.
5 Aut igitur *Vacuum* admittendum, aut Corpus aliquod, dum
6 Aqua conglaciatur, admiſceri, fatendum eſt. Frigus enim Meram Aquam interne non rarefacit, ſed potius condenſat interne, ſi mo-

* Ariſtotel. l. 1 de Gener. & Corr. (c. 9) t. 80.

Digitized by Google

do Condenſationem & Rarefactionem Internam ponere, ſu-
perfluum non eſt. Id autem Corpus, quod *Glaciei admiſtum* eſt, 7
Levius ſit ipſâ *Aquâ*, neceſſe eſt, cum, Glaciem Aquæ innatare,
videamus.

Halitus ſane *Siccus* ipſi *nullus admiſtus* eſt. Is enim, Calore ceſ- 8
ſante, in Fuliginem ſive Salem Volatilem mutatus, Glaciem Aquâ
Graviorem reddidiſſet.

Deinde *Aqua* Mera, & arte, quantum fieri poteſt, *Depurata*, Fri- 9
gore nihilominus in Glaciem *concreſcit*. Glacies iſta rurſus, Calore,
in Meram Aquam, nullâ Terrâ, Fuligine, aliove Conſiſtente Cor-
pore Impuratam, redit. Nihil ergo ſupereſt, quod ipſi admixtum 10
dicere poſſumus, præter *Aerem*.

Quicquid autem ipſi admixtum ſit, imo ſi vel nihil admixtum eſ- 11
ſe, Vacuo admiſſo, dicamus, *Variatum* tamen *Atomorum Aquæ Si-*
tum, atque ita Continuitatem læſam, *neceſſe* eſt, ſive Metaſyncriſin,
ſive Metataxin, ſive Metatheſin, dicere placeat, perinde eſt.

confer Ariſtot. d. l.

XIII

Ex duobus *Fluidis* Corporibus *Conſiſtens* Corpus fieri poſſe, *per* 1
Metaſyncriſin, non tantum Glacies, ſed & *Spuma* arguit, quarum
utraque ex Aqua & Aere eſt conſtituta.

Omne enim *Spumoſum*, minus Fluidum, ſive *Conſiſtentius* eſt, eo- 2
dem Corpore *non Spumante*.

Glacies vero eſt *abſolute Conſiſtens*. 3

Poſſunt enim *Atomi* utriuſque tales eſſe, quæ ſeorſim quidem 4
a ſe invicem facilè diffluant, *Commixtæ* vero ſe invicem implicent,
& *conſtringant*,

Conſtrictio etiam *Frigori* poteſt tribui, ſi Aqua tale Cor- 5
pus ponatur, quod vel Ignem ſive Æthera habeat admixtum, vel
Aera, illo refertum ſit Liquidum, hoc vero plenum ſit Conſiſtens.

Digitized by Google

XIV

" Glacies *non* poteſt dici ideo eſſe *Congelata*, *quod Terram* ſecum *ha-*
" *beat*, quia Glacies eſt *Status Aquæ in Summo*, ſecundum Ariſtotelem L. 2 de Gener. & Corrupt, t. 21.

XV

Frigus Humorem conſtringens, *nec proprie exſiccat*, quia id *ſolius Siccitatis* eſt, *nec improprie*, quia Humorem, quem conſtringit, ab aliena *Humiditate non liberat*.

XVI

Calor Partes Aqueas conſtrictas reſolvens, *nec proprie humectat*, quia proprie dicta Humectatio eſt *Humiditatis* Actio, non Caloris; *nec improprie*, quia hic *nulla* aliena *Humiditas* Corpus, quod humectari dicitur, *efficit*.

CAP. XVI.

Digitized by Google

CAP. XVI

DE MISTIONE ET MISTO.

Argumentum.

1 Aſſertio *duas Definitiones* MISTIONIS ex Ariſtotele *examinat.* Sectiunculas habet 5.

2 *ex* ſolis *quatuor Elementis* MISTA conſtituta eſſe, ab Ariſtotele non probari, docet. Sectiunc. 3.

3 *quamlibet Miſti Partem Miſtam* eſſe debere, *non demonſtrari.* Sectiunc. 3.

4 *obliviſci* tamen hujus Propoſitionis eos, qui, Miſtionem per ſolam SUPERINDUCTIONEM fieri, ſtatuunt. Sectiunc. 4.

5 Opinionem eam, quæ *quamlibet* Miſti Partem *Temperatam* ſtatuit, breviter *conſiderat.*

Scholion *Auctores* iſtius Opinionis recenſet. Sectiunc. 2.

6 Opinionem de Miſtione *per Superinductionem* iterum perpendit.

7 *Bartolinum reprehendit ob Formas Elementorum,* in Miſto, *Genericas* dictas. Sectiunc. 2

8 qui Miſtionem per REFRACTIONEM defendunt, *Novitatem Formæ Intenſione æqualem Remanentiæ* debere ſtatuere, oſtendit. Sectiunc. 2.

9 eoſdem *Materiam Secundam* in *Animatis tantum* debere agnoſcere. Sectiunc. 3.

10 *Formas Elementorum* aliquas eſſe ut *Materiam*, aliquas ut *Formam*, neceſſe eſſe. Sectiunc. 2.

11 *non* ſatis *ſibi conſtare*, dum *Formas Elementorum* in *Miſto Realiter ineſſe* dicunt. Sectiunc. 2.

12 eoſdem

12 eoſdem *imperfecte Sententiam* ſuam explicare.
Sectiunc. 2.
13 Miſtionem hujuſmodi *magis* eſſe *Generationem,* quam Miſtionem, aſſerit.
14 *Zabarellam Jandunizare* notat.
15 FORMAM SUI MULTIPLICATIVAM *in Miſtis,examinat.* Sectiunc. 6.
Scholion *primos Auctores* indicat, & amplius *redarguit.*
Sectiunc. 4.
16 Formæ talis *Neceſſitatem non probari* ex eo,*quod ex Elementis non ubique Foſſilia* generentur, probat.
Sectiunc. 5.
17 *Neque ex Matricibus Halinitri* & *Aluminis.*
Sectiunc. 17.
Scholion *Verulamii Locum* ex Libro de Vita & Morte *explicat* & *caſtigat.* Sectiunc. 7.
18 Miſtionem MERE TRANSMUTATIVAM *Verbotenus Miſtionem* eſſe, oſtendit.
Sectiunc. 6.
19 *Conimbricenſes,* dum *Elementa ſecundum* ſuas *Formas negant* eſſe *in Miſto, negare,* ea *eſſe in* Miſto.
20 eoſdem *Materiam Primam a Secunda* in *Animatorum Theoria demum diſtinguere* poſſe.
21 *nullum Immediata* & SPONTANEÆ Miſtionis *Exemplum* uſpiam occurrere.
Sectiunc. 8.
Scholion totam *Generationem Sublunarium ad Cælum falſo* referri, indicat.
22 MEDIATAM Miſtionem *obiter* attingi.
Sectiunc. 3.
Scholion *Eraſti Locum* de iſta citat.
Sectiunc. 2.
23 MISTI HOMOGENEI *Definitionem Zabarellæam* examinat. Sectiunc. 5.
24 APPARENTER Similarium *Theoriam negligi,* & *Exempla* eorum *Affectionibus Exacte* Similarium ſubjici, conqueritur. Sectiunc. 3.
Scholion, *ſola Animata non* eſſe *Diſſimilaria*, oſtendit.
Sectiunc. 3.

25 STN-

Digitized by Google

25 SYNDIACRITICOS *non ſtatim*, negatis Formis, *in ſola Juxtapoſitione Miſtionem* ponere, docet.
Sectiunc. 3.
26 *Schegkium contradicere ſibi*, dum, *ex Facultatibus Admirandis Simplicium, Formam* infert, & ARTE MISTA *per accidens* Miſta, aſſerit.

I

" **B***urgersdicius Definitionem* MIXTIONIS, ex calce lib. 1 de *Gen.* & 1
" *Corr.* deſumtam, adeo *latam* eſſe ſtatuit Coll. Phyſ. Diſp. 17 Th. 2,
" *ut conveniat* & *Primæ* Mixtioni, quæ immediate fit ex Elementis, &
Secundæ, quæ ex Mixtione plurium Mixtorum aliud Mixtum conſti-
tuit, cujus etiam meminit Diſp. 12 Theſi 3, in exemplo Oxymelitis.
" *Alteram* vero ex textu 2 lib. 4 *Meteor.* petitam, licet Generationis 2
" Mixti potius quàm Mixtionis Definitionem, *Primæ* ſive Immediatæ
Mixtioni ſoli *adæquatam* eſſe opinatur.

Nos utramque Definitionem *plurimis* ſcatere *vitiis* aſſerimus, & 3
præſertim hanc *poſteriorem*, nec Logicis Legibus congruere, *nec priori* de Gener. & Corr. *Doctrinæ conſentire*.

Activæ Qualitates ſemper tum inter ſe, tum ad Paſſivas *Propor-* 4
tionem (Λόγον) aliquam habent, ideoque Superflua eſt hæc, ſive Reſtrictio, ſive Conditio, Definitioni inſerta.

Activæ Qualitates Actione Peremtoriâ non agunt in *Paſſi-* 5
vas; *Actione* vero *Elaborativâ ſemper* eas *vincunt*, cum Paſſivæ in eas rea[illegible]e nequeant. Ideo Conditio quoque hæc, de Victoria Activarum in Materiam, Supervacanea eſt.

II

Digitized by Google

II

1 « *Ariſtoteles plerunque ex quatuor* vulgo dictis *Elementis*, interdum; « (ut lib.4 *Meteor.* c.5 & 10), *ex duobus*, Terrâ videlicet, & Aquâ, Cor- « pora, quæ MIXTA dicuntur, conſtituit.

2 Verum quomodocunque Experientia inſtituatur, *nunquam ex ſolis* illis *quatuor*, *nedum duobus* ulla *Mixti* conſtituetur *Species*, *nec* ulla *in ſola* illa *quatuor reſolvetur*.

3 « Ariſtotelis *Argumenta*, quibus l. 2 Gen. & Corr. c. 8 probat, *in* « *Miſtis circa* Terram *omnia* quatuor *ineſſe Elementa*, *Topica* ſunt, & κατ' ἄνθρωπον.

4 Nam

primo *intempeſtive* eo loco ageret *demonſtrative de Miſtis Perfectis*, antequam de *Imperfecte* Miſtis egiſſet, quod fit tribus prioribus Meteororum.

5 Secundo *Subjectum* hujus Demonſtrationis vel eſt *Miſtum Perfectum*, vel Miſtum *circa* Terram.

6 Si *prius*, *Coccyſmus* eſt.

7 Si *poſterius*, falſum eſt. Nam etiam *Imperfecte* quædam Miſta *circa* Terram ſunt.

8 „ *Dari* igitur *præter Elementa adhuc alia Principia Miſtorum*, „ *& in Miſtorum Reſolutione non ſemper uſque ad* prima *Elementa per-* „ *veniri*, *Sennerto adſtipulamur* libr. de Chemic. Conſ. & Diſſ. c. 11 (pag 169).

III

1 *Quemlibet* Mixti Partem *Mixtam* eſſe debere, *omnes fere Tranſmutationis Actupotentialis Defenſores* conſentiunt.

Ll Verum

Digitized by Google

Verum *nullam*, contra Syndiacriſeos Defenſores, Theorematis 2
hujus ſui *Demonſtrationem* uſquam afferunt.

Neque enim eo *modo Unum* eſſe *Corpus* Naturale quodvis, *quo* ipſi 3
fingunt, neceſſe eſt.

IV

Theorematis hujus tamen rurſus *obliviſcuntur* ii, qui Miſtionem 1
per ſolam SUPERINDUCTIONEM fieri ſtatuunt*.

* Avicen. &c.

Nullum enim Miſtum eſſe, cujus quælibet pars Miſta ſit, tacite 2
confitentur.

Atomus enim *Terræ*, verbi gratiâ, *in Lapide*, *nec propter* Formam 3
Terræ ſuperſtitem, *nec* propter *Superinductam* Primigeniam Miſti
Formam, *Mixta* eſſe dici poterit.

Neque ipſa *Superinductio*, *Mixtio* recte dicetur, cum Mixtio ſit 4
ex Elementis.

V

Si *quælibet Miſti* Pars Qualitatibus æque *Temperata* eſt, *Atomus Ignis* Formâ occupata *Siccior non* eſt Atomo, quam *Aquæ Forma* occupat.

SCHOLION.

Secundum *Avicennam, Fernelium, Mercenarium*, quælibet Miſti Pars 1
non eſt Miſta, quælibet quidem eſt Temperata.

Dubito tamen, *an Mercenarius* Miſtum ſecundum Qualitates 2
Exquiſite Similare, (ut & ſecundum Formam Miſtionis), ſtatuat.

VI

VI

Qui Miſtionem *per Superinductionem* fieri exiſtimant, *Materiam* vere *Secundam* in quovis *Miſto* ſtatuunt.

VII

1 " Qui Miſtionem per Superinductionem ſtatuunt, & *Formas Ele-* " *mentorum*, in Miſto ſervatas, *Genericas* vocant*; admodum *impro-prie* loquuntur. * Bartolin. l. de Mixt. c.1 § 6, & cap.2 § 4.

2 *Materiæ* quidem *inſtar* ſe habent, ſed *alia* Materia Secunda in *Adamante*, alia in *Auro*, quia alia Proportio Atomorum Terræ ad Atomos Aquæ &c..

VIII

1 Qui, Miſtionem *per* REFRACTIONEM fieri, ſtatuunt*, *Novi-tatem Formæ* cujuſque Elementi, R*emanentiæ* ejuſdem I*ntenſione æqualem* ſtatuant, neceſſe eſt. * Zabarel, &c.

2 Alioquin *Miſtum*, ſecundum Formam Subſtantialem *Similare*, *non ponerent*.

IX

1 Qui Miſtionem per Refractionem defendunt, id quod *ex Materia Prima* & *Remanentiis* Formarum Elementarium componitur, Materiam S*ecundam* vocare *poſſent*.

Digitized by Google

Verum hac ratione Forma Miſti ſolis Novitatibus Formarum 2
Elementarium conſtaret, & per conſequens *Miſtum* ſecundum
Formam Subſtantialem *Diſſimilare* eſſet.

Magis itaque ſuis Dogmatibus C*onſentanea* ſtatuent hi, ſi **Materiam Secundam** in Corporibus *Animatis tantum* agnoſcant. 3

X

Quicquid ſit ex pluribus, ex Actu & Potentiâ fit ſecundum Ariſtotelem. 1

Cum igitur *Forma Miſti* fiat ex Formis *Elementorum*, partim *Re-* 2
fractis, partim *Inchoatis*, *neceſſe eſt*, aliquas eſſe ut **Materiam**, ali- 3
quas vero ut *Formam*.

XI

Qui Formas Elementorum Refractas in Miſto ſtatuunt, dum 1
"*Formas Elementorum in Miſto Realiter*, non Formaliter *ineſſe*, vel
"*Realitates* earum, *non Formalitates* ineſſe dicunt*, *non* ſatis *ſibi conſtant.*

* Zabarella l. de Miſtione c. 8 ſin. & 9.

Nec enim tota Realitas *ineſt*, ſed P*ars Intenſiva*. 2

XII

Qui *Miſti Formam* dicunt *conſtare ex Realitatibus Formarum Elemen-* 1
"*tarium*, *hoc eſt*, *ex ſervatis illarum Gradibus* *; *imperfecte* ſuam *Sen-*
"*tentiam* explicant.

* Zabarel. l. de Miſtione c. 13 col. 476 ſin. & 477 A).

Nam per ſervatos Gradus *ſolas Remanentias intelligere poſſunt.* 2

XIII

XIII

M*ixtio* ſecundum Zabarellam *magis* eſt *Generatio*, quam Mixtio, quia in qualibet Atomo *una* tantum eſt *Remanentia* & *tres Novitates*.

XIV

Si *Forma* Miſtionis eſt Forma *Generalis*, *eadem* erit in *Adamante*, *Silice*, *Auro* &c.. Zabarella ſæpe ita Jandunizat, l.1 Gener. & Interitu c. 4 (col. 404 B).

XV

1 " QuiFORMAS Abditas *viribus Elementorum nobiliores*, eaſque *ſui*
" MULTIPLICATIVAS *in Miſtis*, verbi gratiâ, Salibus, Metallis,
Lapidibus ſtatuunt *; hi non ſolum Formas haſce Formæ, per Mi-
ſtionem ex Gradibus Elementarium Formarum conſtitutæ, *ſuper-
inducere*, atque ita proprium Dogma de Mixtione tantum Refra-
ctiva convellere videntur, ſedetiam *novum* atque inſolens hoc *Aſ-
ſertum nullis* idoneis *Experientiis* aut *Demonſtrationibus* ſtabiliunt.
2 Nuſquam enim obſervatum, vel Metalla, vel Sales, vel Lapides
ita ſe propagare, ſicut vel Flamma ſe propagat, nedum inſtar Ani-
matorum.
3 Deinde ſi ſeipſas multiplicant atque propagant iſtæ Formæ, vel
in Elementa tantum *agunt*, vel *in Miſtum* aliquod *Formâ* tantum *per
Refractionem conſtitutâ* præditum, vel in Miſtum Formâ *Propagati-
4 vâ* donatum. Et porro, ſi in Elementa aut Miſta, quæ Formâ tan-
tum Refractitiâ conſtant, Propagatrix hæc Forma agat, vel *Perem-
torie* aget, vel *Perfective* ſive Superinductive.

* Sennert. natur. ſcient. epit. l. 5 c. 2 circa init. & in Conſenſ. Chem. c. 12 ſection. 15, cum quo loco confer quæ l. 3 c. 3 (ſectione 5) docuit.

Quia autem *nihil* horum *determinant* Auctores hujus ſententiæ, eo ipſo indicium faciunt, eam non ab Experientia & Obſervatione, ſed potius *præfeſtinâ Intellectûs Agitatione* profectam eſſe. 5

Denique & hæc *Inconſtantia* notanda eſt, quod interdum *omnem Formam ſui Multiplicativam*, interdum *Miſtorum Formas* tantum ſtatuunt, cum Multiplicatio, ſive Propagatio hæc Extenſione potius quadam, ſive Protenſione, quàm Exannihilatione ex illorum ſententia peragatur. 6

Scholion.

1 „ *Omnem Formam eſſe ſui Multiplicativam,* inconſiderate *Zabarella* (l. de Senſu Agente c. 5 init. col. 841, D) *ex Alberto, alii* dein *ex Zabarella* arripuerunt.

2 *Lapis non* facit *Lapidem* ſecundum Ariſtotelem, neque *Adamas Adamantem,* neque *Nix Nivem,* neque *Ferrum* facit *Ferrum* , ſed vel *Elementa,* vel *quod* inter Elementa ſe miſcentia *dominatur.*

3 *Succus Lapideus* facit *Lapidem,* ſed *Syncriticè,* non Exannihilative, & *alium Specie* Lapidem facit, qui ſcilicet conſtat ex Atomis Succi Lapidei, & ex Atomis Ligni, in Poros Ligni, ante Aere oppletos, Atomis Succi Lapidei ſe inſinuantibus.

4 *Neque Stirps Stirpem,* ſed Stirps facit Semen, ex Semine ſit rurſus Planta.

XVI

* Sennert. natur. ſcient. epit. l. 5 c. 3. (ſection. 1).

1 Qui *Formæ* Abditæ in *Foſſilibus Neceſſitatem* ex eo probant, quod, “ *licet* quatuor *Elementa in nullo loco deſint, non tamen ubique vel Sales,* “ *vel Metalla, vel Sulfura, vel Bitumina generentur* , ideoque *Formam* “ aliquam Subſtantialem, quæ *ſe multiplicare* ac propagare & Elementa miſcere queat, neceſſariam eſſe *; *Potius* id ex eo colligere debebant, *quatuor* illa *Simplicia Corpora* ad tantam Miſtorum Varietatem conſtituendam *minime ſufficere* , præſertim, cum nullus hactenus Artifex ex ſolis illis quatuor Mixtum ullum produxerit.

Si

Digitized by Google

2 Si enim vera eſſet Ariſtotelicorum ſententia, cum *Natura* tam *multa* quaſi *Caſu* faciat Similaria, *poſſet* Ars ad minimum *pauca* quædam facere ex quatuor illis Elementis, cum præſertim poſſit ea requiſita omnia habere, quæ Natura.

3 Primo *Permixtionem Accuratam*, ſive agitando Baculo, ſive etiam Igne.

4 *Vaſa* etiam *Accuratiora*, quam Natura ſola. Natura fere Innumeras Lapidum Species facit.

5 *Neque* quidquam *ad rem* facit, *Naturæ potentiam ſupra facultatem Artis extollere*, cum nihil Ars niſi operante Naturâ efficiat.

XVII

1 « Quod, de *Terris, e quibus* vel *Sal Petræ*, vel *Alumen*, Aquis transfuſis, eſt ſecretum, Coacervatis, affertur *, notatu digniſſimum eſt. *Propagationem* tamen *Formarum* Abditarum, ſive Exannihilativam, ſive Protenſivam, non probat.

* a Sennerto dicti libr. 5 cap. 1 (ſectione 2).

2 Certum quidem eſt, Terras hujuſmodi ita elotas, & Salibus ſuis ſpoliatas, ſi in Tumulos aggeſtæ, & ſibi relictæ requieſcant, tandem ejus Generis Sale rurſus imprægnari, quo antea ditatæ fuerant. Ideo Terras haſce Salium ejuſmodi *Matres* aut *Matrices* vocant Salium ejuſmodi Excoctores.

conf. Georg. Agric. de Re Metall. l. 12 p. 457 & 455.

3 Et *Salis Petræ* quidem Matrix *quatuor, pluresve annos* requirit, ſi *Dio* ſit expoſita. Quod ſi ſub *Tecto*, quod Pluvias arceat, quieſcat, vel *uno* anno Excoctioni rurſus idonea evadit. Pluviæ enim Salem, ſi quem forte concipit Terra, rurſus eluunt.

4 Verulamius etiam l. de Vita & Morte, Hiſtoriâ de Operatione ſuper Spiritus, ut reviреſcant (ſection. 48, & Hiſt. Natur. cent. 6 „ (diſt. 596) teſtatur, *quamvis Terram*, ſive ante continuerit *Salem* „ *Petræ*, ſive *non continuerit*, *ſi obtecta ita* requieſcat, *ut* Aere quidem af- „ flari poſſit, *Vegetabile* tamen *nullum* ex ſe *emittat*, tandem *Sale Petræ* „ *gravidam* deprehendi.

contra Sennert. Phyſ. Epit. l. 5 c. 2 (ſection. 1).

Verum

Verum *Generationem hanc* Salium non Exannihilatione, 5
multo minus Protenſione, ſed *per Syndiacriſin*, vel meram *Attractionem*, aut *Retentionem* fieri, multa ſunt quæ *arguunt*.

Primo. Non niſi in iis locis, ubi *Terra Sale* Petræ naturâ 6
prægnans eſt, Sali Petræ *Excoquendo* operam navare Artifices ſolent, qui perdere operam nolunt.

Secundo. Inter alias Terras etiam hanc præcipue expe- 7
tere ſolent Excoctores, quæ *Tecta* quidem & a Pluviis aliiſque Copioſis Aquarum Diluviis tuta diu quievit, non tamen Pavimento ſtrata,
vid. Erker. ſed *Moderatis* Aquarum *Irrigationibus expoſita* fuerit, & præterea Fornice, ſive Teſtudine *Tectas Cryptas, ſibi ſubjectas*, habuerit.

Dum enim Halitus e Terra Halinitroſa per Aerem 8
Cryptæ incluſum, perque Teſtudinem penetrant, *Terra* modice Humida, *Atomos* Salis Petræ Exiliſſimas, quamvis parciſſime Halitui iſti admiſtas, *Magneticâ* quadam *vi retinet*, donec Temporis Longinquitate ſatis Senſiles Halinitri Copias ſibi acquirat. Volatilia enim Corpora, dum exhalant, Particulam aliquam Fixorum Corporum ſecum rapere nata ſunt.

Poſſumus etiam *Incendium* aliquod *Salis Petræ* profun- 9
dum ſub iſta Terra *latens* ſupponere, unde continue Exhalans Spiritus Salis Petræ, in Terra mediocriter Humida retentus, in Soliditatem ſuam redeat.

Sed *parum* refert, *hoc* an *illo modo* dicas, cum *Spiritus Sa-* 10
lium Simplicium nihil aliud ſint, quam ipſi illi *Sales*, ab Ignibus ita diſcerpti, & diſperſi, & Aquâ diluti, ideoque abſque ullo alio Additamento Salinam Formam recuperare queunt.

Tertio. Quin *Abietum*, *Picearum*, & *Pinaſtrorum Sur-* 11
culos minute conciſos Matrici Salis Petræ *admiſcent*, aut *ſubſternunt* Excoctores, eoque pacto Salis Petræ Generationem, uti vocant, tum Copioſiorem, tum minus Tardam reddunt.

Sive id Pinguedini iſtorum Surculorum, ſive 12
Sa-

Sali, ſive utrique tribuendum ſit, *Eccriſin* certe e Surculis iſtis fieri probabile eſt.

13 Quarto. Deinde *Fuliginem* quoque e Caminis, item *Coloramenta exhauſta*, & ab Infectoribus abjecta, utpote Alumine & Pinguedine aliquâ adhuc referta, nec non *Cineres poſt Lixivia* facta reliquos, utpote non adeo exquiſite elotos; & *ſimiles* Pinguedinibus & Unctuoſis Salibus ſcatentes *Materias*.

14 Quinto. *Regiones* inter ceteras eas maxime probant, quarum *Terræ Pingues* & *Tenaces* ſunt.

15 Sexto. *Terram ex antiquis* Equorum & Pecorum *Stabulis*, utpote Urinâ & Salibus Urinæ prægnantem, magnopere expetunt, imo eam non tantum, ut Additamentum Matricis, ſed *ut Matrem ipſam* uſurpant.

16 Septimo. *Aerem Halitibus Halinitroſis refertum* vel Fulgurum Strepitus arguunt.

17 Sed *nec neceſſe* eſt, ſi Sal Petræ in Matre ſua regeneretur, etiam *alios* Sales *ita generari*.

Scholion.

1 *Verulamius* verbis l. de Vita & Morte ſectiunc. 4 adductis ſubjicit, *inde liquere, Spiritum Halinitri non tantum Spiritu Animalium, verum etiam Spiritu Vegetalium eſſe inferiorem.*

2 Hoc forſan *vult* dicere; ex eo, quod *Vegetabilium* in Terrâ *Pullulatio probibet Generationem Halinitri*, ſicut & *Solis Radii* colligitur, Vegetabilia *Calore ſuo probibere* Halinitri Generationem, *ideoque Spiritum Halinitri* Frigidiorem, vel minus Spiritualem, vel *Craſſiorem* eſſe Spiritibus *Vegetabilium.*

3 *Ego* vero exiſtimo, *Terram* ita Accumulatam, præſertim paulo ante Halinitro ſpoliatam, *vim* habere *Sales* e Terra reliqua, cui incumbit, ſive Siccos, ſive Aquâ Dilutos, *attrahendi*, adeo, ut nos Terram iſtam ideo efficaciâ omni deſtitutam opinemur, quia tarde & lente & inſenſiliter operatur.

4 *Attrahi* autem non Halinitrum tantum, ſed & *Salem Communem*, *Experientiâ* conſtat, quia Excoctores Halinitrum ſtudio a Sale Communi ſeparant.

Et forſan Sal Communis *iſte*, ſi probe examinetur, non me- 5
rus Sal Communis eſt, ſed *Sales* alios Fixos, non Cryſtallantes, ſibi *ad-
mixtos* habet, verbi gratiâ, *Tartareos*, ſive Calcarios, (quales ſunt
omnes Sales Abſterſorii, ut Faginus, item Cinis Infectorius, ſive
Waidaſch).

Tegi autem iſtam *Terram* puto, non ut Solis Radii arceantur, 6
ſed *ne Pluviis madeſcat* Terra, atque ita attracti Sales rurſus deor-
ſum excolentur.

Vegetabilia vero *nocere*, quia varios *Sales extrahunt*, e quibus 7
ſuam Subſtantiam augent.

XVIII

Mixtio MERE TRANSMUTATIVA, *verbotenus* tantum 1
Mixtio eſt, quod quidem Subſtantiam attinet. 2

Nam *a Generatione Compoſita nihil differt.* 3

Secundum eandem ſententiam *Reſolutio* Miſti *verbotenus Reſo-
lutio* eſt, re verâ autem Corruptio Compoſita.

Neque ulla hic *Mixtio*, aut *Reſolutio*, vel *fingi* poteſt, *niſi* in *Qua-* 4
litatibus.

Quod animadvertens *Schegkius*, *Elementa* non ſecundum 5
Formas ſuas Subſtantiales, ſed *ſecundum Qualitates Primas* Elemen-
ta eſſe, fatetur.

T*antum abeſt, ut qualibet* Mixti *Pars* Mixta *ſit, ut ne ulla qui-* 6
dem Mixta ſit.

XIX

" Qui dicunt, *Elementa ſecundum ſuas Formas non eſſe in* Miſto, *ſed iis*
" *pereuntibus ſuccedere* (quintam) *Formam* Miſti *; eo ipſo *negant Ele-
menta* eſſe *in Miſto*, cum Qualitates tantum Elementorum ſuper-
ſint, & Materia Prima.

*Conimbr. In l. 1 Gen. Corr. c. 10 q. 3. art. 2.

Digitized by Google

XX

Qui Miſtionem *mere Tranſmutativam* ſtatuunt, *Materiam Primam a Secunda* proprie dicta, *priusquam ad Animati* Corporis *Theoriam* tranſeant, *diſtinguere nequeunt*. Confer aſſert. 9 ſectiunc. 3.

XXI

1 *Mirum* eſt, *de quatuor Simplicibus* Corporibus ſe invicem comminuentibus, refringentibus, ſive retundentibus, contemperantibus, atque ita *Sponte* quaſi *ſe miſcentibus*, de *Calore* eorum, Formam Miſti educente, tam *prolixe*, tam ſollicite agere eos, qui ſe *Ariſtotelis Sectatores* profitentur; ubi vero ad ipſas Miſtorum Species perventum eſt, *vix Exemplum* aliquod occurrere, quod ex hujuſmodi Spontanea & Immediata Miſtione ortum dici queat.

2 Nam quæ *Imperfecte Miſta* dicuntur, vel ex merâ *Aquâ* oriuntur, & per accidens tantum alieni quid, ſicut Aqua ipſa plerunque, admiſtum habent, ut *Nix*, *Pruina*, *Grando*, *Pluvia*.

3 *Reliqua* Meteora, ex *Halitibus Fuliginum*, ſive Salium Volatilium, & *Sulfurum*, ſive Pinguedinum, in Aquis, vel Terræ Corio latitantium, proveniunt.

4 Fiunt autem omnia hæc Externo *Calore* & *Frigore*, & *ab Elementis*, aliiſque Exacte Similaribus Corporibus, quamdiu Puri ſunt Halitus, *Subſtantialiter non differunt*.

5 „ *Metalla*, & reliqua Foſſilia, non ex Elementis immediate, ſed *ex* „ *duobus Halitibus*, *Naturas quatuor Elementorum referentibus*, *ſe* invi- „ cem *contemperantibus*, concurrente tamen *Calore Cæleſti generari*, ipſi * docent.

* Zabarel. l. 1 de Miſti Generat. & Interitu c. 7. (col. 598 E, F).

6 *Plantæ* non mera Elementa, ſed Succos ſive *Humores*, ex Elementis, Salibus, Pinguedinibus, ſive Miſtos, ſive *Permiſtos*, attrahunt,

eoſque Internâ ſuâ Facultate, tum mutant, tum ſibi agglutinant, ab iiſque Excrementa ſeparant.

Idem *in Animalium Alimentis manifeſtius* eſt. 7

Nullum itaque Immediatæ & Spontaneæ Miſtionis Exem- 8
plum uſpiam, ſed *omnia per Miſtionem Violentam*, (ſi qua eſt Actupotentialis Miſtio), conſtituta eſſe, deprehendimus.

SCHOLION.

Tota *Generatio* ſive Procreatio Corporum Subcæleſtium, ſive *Sublunarium*, *ad Cæli Vim falſo* refertur.

XXII

Peripatetici admodum otioſe diſputant de Miſti Origine ex Ele- 1
mentis, qui tamen rariſſimus vel nullus eſt.

At Mixtio MEDIATA, ſive Generatio Mixti ex Mixto, vel Mixtis, 2
ſive Tranſmutatio Mixti aut Mixtorum in Mixtum, ut *Graminis in Sanguinem*, *Sanguinis in Lac*, nuſquam niſi *obiter* ab Ariſtotele & Ariſtotelicis *attingitur*, cum tamen hæc omnium *frequentiſſima* ſit, ideoque Obſervationem & Explicationem noſtram mereatur.

Sic *Burgersdicius* Colleg. Phyſ. Diſp. 14 Theſi ult. *Generationis* 3
ac *Corruptionis Modos Varios* recenſet, Modum illum, quo Miſtum tranſmutatur in Miſtum, verbi gratiâ, *Lignum in Carbonem*, *Vinum in Acetum*, ibi *omiſit*, quem tamen tetigit Diſp. 17 Th. 13.

SCHOLION.

" *Eraſtus* Method. Medic. c. de Miſtione: *Non putandum eſt, Medi-* 1
" *cos ſentire ex* illis *quatuor Elementis* Communibus *ſtatim abſque in-*
" *termedio fieri Sanguinem, quod valde ineptum eſſet.*
" *Nam multa intercedunt* Mutationes, *ut videre eſt in* Galeni *lib.* 4
" *c.* 15 *de Simplic. Medic. Facult.*.
" Et mox: *Eodem modo, quo Miſta fiunt, ex Primis: ita ex Miſtis* 2
ſi Humores,

XXIII

1 „ Qui MISTUM HOMOGENEUM (*Corpus Similare*) definiunt, „ *cujus* Partes (Extenſivæ) *eandem cum* Toto *Definitionem habent* *; vel a Forma Subſtantiali, vel ab Attributis, Definitionem *petendam* putant. *Zabarel. de Natur. Scient. Conſtit. c. 27 init.

2 *Non a Forma.* Ea enim *Abdita* eſt.

3 *Non* ab *Attributis*, quia ea *Infinita* ſunt.

4 Quamvis enim, Corporibus Exquiſite Similaribus Numero Finitis præſuppoſitis, Finitus quoque Primigeniorum Attributorum ſit Numerus: tamen cum *ex Finitis* Numero *Exquiſite Similaribus Innumeræ*, ſaltem noſtri Intellectûs reſpectu, conſtitui poſſint *Apparenter* Similarium *Species*, multo magis *Innumeræ* erunt eorum *Commiſtiones*, ſive Applicationes Mutuæ, & per conſequens inde provenientia *Attributa*.

5 „ Qui vero in dictâ Definitione præterea *idem Nomen Totius* „ & *Partium* requirunt *, *Pleonaſmo* peccant, & id quod *per accidens* eſt, ei quod *per ſe*, inſcite *admiſcent*. *Idem ibid.

XXIV

1 Cum Corpora *Exacte Similaria* ſint *rariſſima*; APPARENTER vero Similaria *&* *vix* Apparenter Similaria *paſſim* occurrant, merito *Imperfectam* & Mancam *Phyſiologiam* tradere cenſentur, *qui*, cum de Miſtorum Exacte Similarium Ortu, Interitu, Temperie, Secundis Qualitatibus, reliquiſque eorum Affectionibus tam fuſe agant, Miſtorum *Apparenter* Similarium *Theoriam* ne *attingunt* quidem, imo ne mentionem quidem eorum, niſi *obiter*, faciunt.

Digitized by Google

Nec tamen, utrum Entia *Aggregatitia ſint*, *an* peculiari Subſtantiali *Formâ*, Subſtantialibus Formis Exacte Similarium, ex quibus ut partibus Hypoſtaticis, conſtant, *ſuperinductâ*, contineantur, explicant. 2

Gravius autem in eo *peccant*, quod, ubi de ejuſmodi Affectionibus agunt, quæ non niſi *Exacte Similaribus* competere queunt, *Exempla* tamen *Picis*, *Ceræ*, *Vini*, *Aceti*, *Ligni*, *Lactis*, *Panis*, aliorumque vel Apparenter, vel vix Apparenter Similarium, Conſiderationi ſuæ *ſubjungant*. 3

Scholion.

Communis Error Peripateticorum eſt, *ſola* Corpora *Animata* eſſe *Diſſimilaria*. 1

Sed *neque Sanguis*, *neque Caro*, neque *Oſſa*, neque *Lignum*, neque *Lac*, neque *Vinum*, neque *Acetum*, eſt Corpus *Exquiſite Similare*, ſed quodlibet horum ex Corporibus Exquiſite Similaribus Mixtum. 2

Quædam eorum, quæ Similaria dicuntur, *ne Apparenter quidem* Similaria ſunt, ut *Lignum*, *Oſſa*, *Sanguis*. 3

XXV

Qui SYNDIACRITICAM *Mixtionem* defendunt, & Formas iſtas Abditas negant, *non ſtatim* ideo in *ſola Juxtapoſitione* ſive Permiſtione Miſtionem collocant. 1

Requiritur enim præterea *Cohæſivitas Permiſtorum*, hoc eſt, Aptitudo Cohærendi, ut ſcilicet & promte cohæreant & conſtanter. Alia utrâque Cohæſivitate antecellant, alia alterutrâ. 2

Præterea *Æquabilitas* aliqua Permiſtionis. 3

XXVI

XXVI

Qui ex *Facultatibus admirandis Simplicium*, verbi gratiâ, Pœoniæ, * &c. *Formam* Subſtantialem inferunt, & ARTE MISTA, *per accidens* Miſta, neque Formâ Subſtantiali prædita ſtatuunt *; hos *contradicere ſibi*, (hoc eſt, alterutrum aſſertorum falſum eſſe), evincet *Theriaca*.

* ut Scegkius,

CAP. XVII

DE ACTIONE ELABORATIVA.

Argumentum.

1 Aſſertio, *alia præter* Calorem & *Frigus* AGENDI PRINCIPIA eſſe, docet, *Numerum* vero eorum *Obſervationi* ulteriori *committit*.
Sectiunculas habet 3.

2 interdum *Agentis* & *Patientis Diſcrimen* in *occulto* eſſe, *Exemplis* probat.
Sectiunc. 4.

3 *Zabarella Catachreſes* quaſdam e Phyſica *exterminat*.

4 ACTIONEM ELABORATIVAM in *Græco Peripato Monſtrum* eſſe, aſſerit.

5 *Commentum* eſſe, *Aquæ* vel *Puriſſimæ Conglaciatione arguit*, & Conglaciationem hanc ſimul contra Zabarellam *defendit*.
Sectiunc. 7.

Conſectarium *Elementa etiam Mera pro Subjecto* huic Actioni eſſe colligit.
Sectiunc. 8.

Sche-

Digitized by Google

Scholion *Qualitates Secundas Stabiles* intelligendas eſſe oſtendit. Sectiunc. 4.

6 ATTENUATIONEM CALORIS *Partem Primam* Elaborationis, expendit.
Sectiunc. 6.

7 *Calorem* per ſe *neque* CONGREGARE *Homogenea, neque* SEGREGARE *Heterogenea,* probat.
Sectiunc. 5.

Nota, *Exhalationem in Pice & Cera* commiſtis, *non* eſſe *Miſtionem,* annotat.

8 FRIGUS etiam *Homogenea Congregare, Exemplis* probat. Sectiunc. 3.

9 *Potentiam* quidem, quâ *ſe Homogenea appetant,* *concedit, Experimenta* tamen *duorum Homogeneorum, a tertio Heterogeneo Congregatorum, deſiderat.* Sectiunc. 3.

10 quæ *Segregare res Heterogeneas* dicuntur, *per accidens* ſegregare, oſtendit.
Sectiunc. 16.

11 *Zabarella Errores* etiam *Logicos* detegit, quod *Calorem & Frigus, quatenus Miſtorum Principia* ſunt, *per Congregationem* & *Separationem, definiat.*
Sectiunc. 6.

12 dum *Calori ob Homogenea Congregandi Facultatem primas in Miſtione* aſſignat, *Oblivione* peccare, monſtrat. Sectiunc. 4.

13 dum *de Miſto* Reverâ *Similari ſe loqui* profitetur, & interim ab Actione Elaborativa Humidum cum Sicco TERMINARI & UNIRI dicit, *Homonymiis ſe implicare.* Sectiunc. 7.

14 *Zimaram,* dum *Calorem per ſe rarefacere ut Cæleſtis Corporis Inſtrumentum terminare* &c., dicit, *Experientiæ adverſari.*
Sectiunc. 2.

15 *Mercenarium Miſti Similaritatem deſerere,* dum *Calorem per ſe terminare* dicit.

16 Si *ob* eam *Cauſam Calor terminet, quam Mercenarius* ponit, *Mixtum non quamlibet Partem Mixtam* habiturum eſſe.

17 qui

Digitized by Google

17 qui *Humidum* & *Siccum* a *Calore* in *Miſto Similari contineri*, at *Calore mutato*, *Humidum ſeparari* dicunt, *delirare*.

18 *Calori* tribuere, ut *Siccum & Humidum terminet*, &c., *ſupervacuum* eſſe. Sectiunc. 7.

19 *Quodvis Liquidum* ipſum *ſibi* ex parte *Terminos præſcribere*.

20 *Mercenarii Opinionem*, qui *Liquidum* & *Siccum non ob Actionem Liquidi in Siccum cohærere* dicit, expendit. Sectiunc. 6.

21 *Zabarellam* vero, quando *Siccum* dicit *terminari ab Humido ratione Terminabilitatis, quid dicat, neſcire*, aſſerit.

22 Tres *Notiones*, *Terminationis Humidi*, affert. Sectiunc. 4.

23 duas *Terminationis Sicci*. Sectiunc. 6.

24 *Terminationem* illam *Fictitiam propter Qualitates* has *Mutuâ Alteratione ſe contemperantes*, *Æquivoce* cum *Proximis* convenire, imo *aliâ Notione Sicco*, aliâ *Humido* competere, docet. Sectiunc. 4.

25 UNIVOCAM HUMECTATIONEM & EXSICCATIONEM *nullo Experimento probari*, STNDIACRITICAM *ſufficere*. Sectiunc. 4.

26 *Actionem* igitur, *quâ Humiditas* & *Siccitas a Calore*, vel *Frigore producuntur*, *Alterationem* Actu potentialem *non* dicendam. Sectiunc. 3.

27 *Elaborativam* Actionem eſſe *Diſpoſitionem* ad EDUCTIONEM FORMARUM, *Inconveniens* videri. Sectiunc. 2.

28 Illam Eductionem *a Calore fieri*, *Fabulam* eſſe.

29 *Rationes duas* hujus Dogmatis *examinat*. Sectiunc. 3.

30 *Veram* proponit. Sectiunc. 5.

31 *Zabarellæ Cauſam*, cur *tali Temperie* modo *hoc*, modo *illud Miſtum* oriatur, modo *nullum*, conſiderat. Sectiunc. 4.

Ty

Digitized by Google

Scholion *Qualitates* Secundas *Stabiles* intelligendas eſſe oſtendit. Sectiunc. 4.

6 ATTENUATIONEM CALORIS *Partem Primam* Elaborationis, expendit. Sectiunc. 6.

7 *Calorem* per ſe *neque* CONGREGARE *Homogenea, neque* SEGREGARE *Heterogenea,* probat. Sectiunc. 5.

Nota, *Exhalationem in* Pice *&* Cera commiſtis, *non* eſſe *Miſtionem,* annotat.

8 FRIGUS etiam *Homogenea Congregare, Exemplis* probat. Sectiunc. 3.

9 *Potentiam* quidem, quâ *ſe Homogenea appetant, concedit, Experimenta* tamen *duorum Homogeneorum, a tertio Heterogeneo Congregatorum, deſiderat.* Sectiunc. 3.

10 quæ *Segregare res Heterogeneas* dicuntur, *per accidens* ſegregare, oſtendit. Sectiunc. 16.

11 *Zabarella Errores* etiam *Logicos* detegit, quod *Calorem & Frigus, quatenus* Miſtorum *Principia* ſunt, *per* Congregationem *& Separationem, definiat.* Sectiunc. 6.

12 dum *Calori ob Homogenea Congregandi Facultatem primas in Miſtione* aſſignat, *Oblivione* peccare, monſtrat. Sectiunc. 4.

13 dum *de Miſto* Reverâ *Similari ſe loqui* profitetur, & interim ab Actione Elaborativa Humidum cum Sicco TERMINARI & UNIRI dicit, *Homonymiis ſe implicare.* Sectiunc. 7.

14 *Zimaram,* dum *Calorem per ſe rarefacere ut Caleſtis Corporis Inſtrumentum terminare* &c., dicit, *Experientiæ adverſari.* Sectiunc. 2.

15 *Mercenarium Miſti Similaritatem deſerere,* dum *Calorem per ſe terminare* dicit.

16 Si *ob* eam *Cauſam* Calor *terminet, quam Mercenarius* ponit, *Mixtum non quamlibet* Partem *Mixtam* habiturum eſſe.

17 qui

Digitized by Google

17 qui *Humidum* & *Siccum* a *Calore* in *Miſto Similari contineri*, at *Calore mutato*, *Humidum ſeparari* dicunt, *delirare.*

18 *Calori* tribuere, ut *Siccum & Humidum terminet*, &c., *ſupervacuum* eſſe. Sectiunc. 7.

19 *Quodvis Liquidum* ipſum *ſibi* ex parte *Terminos præſcribere.*

20 *Mercenarii Opinionem*, qui *Liquidum* & *Siccum non ob Actionem Liquidi in Siccum cohærere* dicit, expendit. Sectiunc. 6.

21 *Zabarellam* vero, quando *Siccum* dicit *terminari ab Humido ratione Terminabilitatis, quid dicat, neſcire*, aſſerit.

22 Tres *Notiones, Terminationis Humidi*, affert. Sectiunc. 4.

23 duas *Terminationis Sicci.* Sectiunc. 6.

24 *Terminationem* illam Fictitiam *propter Qualitates* has *Mutuâ Alteratione ſe contemperantes*, *Æquivoce* cum *Proximis* convenire, imo *aliâ Notione Sicco*, aliâ *Humido* competere, docet. Sectiunc. 4.

25 UNIVOCAM HUMECTATIONEM & EXSICCATIONEM *nullo Experimento probari*, STNDIACRITICAM *ſufficere.* Sectiunc. 4.

26 *Actionem* igitur, *quâ Humiditas* & *Siccitas* a *Calore*, vel *Frigore producuntur*, *Alterationem* Actu potentialem *non* dicendam. Sectiunc. 3.

27 *Elaborativam* Actionem eſſe *Diſpoſitionem* ad EDUCTIONEM FORMARUM, *Inconveniens* videri. Sectiunc. 2.

28 Illam Eductionem *a Calore fieri*, *Fabulam* eſſe.

29 *Rationes duas* hujus Dogmatis *examinat.* Sectiunc. 3.

30 *Veram* proponit. Sectiunc. 5.

31 *Zabarella Cauſam*, *cur tali Temperie* modo *hoc*, modo *illud Miſtum* oriatur, modo *nullum*, conſiderat. Sectiunc. 4.

Ty

Digitized by Google

I

Eſſe in rebus Naturalibus *alia, præter Calorem & Frigus*, AGENDI, & præſertim Syndiacritice agendi, PRINCIPIA, *Permiſtionis Spontaneæ Experimenta* abunde evincunt. 1

Quamvis autem *nondum* ſatis conſtet, *quot*nam ſint ea Numero Principia, quæ Phænomenis omnibus demonſtrandis ſatisfaciant; *non* tamen idcirco *ad* duo illa Ignorantiæ Latibula, *Abditas* videlicet Formas, & *Occultas Qualitates* confugiendum eſt, *ſed Obſervationes* potius urgendæ, donec ad Hypotheſes idoneas, Numero certas & paucas, ad quas Phænomenorum Multitudo reduci queat, perveniatur. 2

Pororum ſane & *Atomorum Figura* & *Situs* aliquid ad hanc Theoriam expediendam confert, *non* tamen in eo videntur ſita eſſe *omnia*. 3

II

Interdum etiam *Agentis* & *Patientis Diſcrimen* in *occulto* eſt. 1

Exempli gratiâ, ſi *Sal* in Aquâ ſuperfusâ *liquetur*, incertum eſt, utrum Sal, Aquam appetens, eamque pervadens, ſurſum adſcendat, an vero Aqua Salem ſurſum trahat. 2

Item ſi *Lamina*, aut Faſcia *Chartæ Typographicæ* ita ſuſpendatur, ut *uno* Capite, ſive *Extremo*, *Aquæ immergatur*, *humectabitur* etiam aliqua *portio* ejus partis Chartæ, quæ *Aquæ immerſa non* eſt. Utrum Aqua ſurſum repat, an trahatur, in ambiguo eſt. 3

Idem in *Lamina Panis* obſervare licet. 4

III

Digitized by Google

III

„ *Catachreſes* eorum, qui, *Paſſivas Qualitates attenuari, uniri, termina-* „ *ri*, & rurſus *diſſolvi* ac *ſeparari*, dicunt *, tum *propter Inſolentiam*, tum quia multorum *Sophiſmatum Occaſio* ſunt, e Naturali Philoſophia *exterminandæ* ſunt.

* Zabarella Comment. ad lib. 4 Meteoror. pag. 976; & libris de Generat. Miſti & Interitu paſſim.

IV

ACTIO ELABORATIVA, ſive a Calore in Humiditatem & Siccitatem, & a Frigore in eaſdem, ſive a Temperie Activa in Temperiem Paſſivam fieri dicatur, Actio eſt *Qualitatis in Qualitatem*, communi ſecum Subjecto inhærentem, ideoque in *Græco Peripato Monſtrum* eſt.

V

1 *Conficta* omnino eſt hæc Activarum Qualitatum in Paſſivas Elaborativa Actio, non minus, atque Contrariæ in Contrariam Peremtoria.

2 Imo *ne intelligi quidem* poteſt, *quomodo ex Humiditate & Siccitate Secundæ*, quæ dicuntur *Qualitates*, (ſive Qualitates, ſive Modi quidam Corporum, ſint), producantur, hoc eſt, quænam Notio Particulæ EX reſpondere hic debeat.

3 *Experientia* quoque oſtendit, eas Corporum Differentias, quæ Secundæ Qualitates vocantur, ita *oriri*, ut *a Primis nequaquam* dependeant, nec ad eas, niſi inepte, revocari queant.

4 In Corporibus Exquiſite S[illegible]aribus, Actione Caloris & Frigoris, abſque Contemperatione Humidi & Sicci, oriri poſſe, etiam id

Digitized by Google

id arguit, quod ſupra c. 15 aſſert. 12 ſectiunc. 9 diximus, ***Aquam*** vel, quantum fieri poteſt, *Puriſſimam conglaciari*, & Duritiem, Opacitatem, Levitatem &c. acquirere, & rurſus Glaciem hanc liqueſcere, in Aquam Puram reverti, & Pelluciditatem, Gravitatem, Vim Sales penetrandi, & liquandi, &c. recuperare, Igne evaporari.

Qui vero, ut Figmentum ſuum tueantur, ***Aquam*** omnem, 5
quæ conglaciatur, Terram admiſtam habere, contendunt *, ob imperitam Audaciam, *explodend.* ſunt, donec nobis Terram ex Aquâ per artem Depuratâ ſecernant.

*Zabarel. l. 1 Qual Elem., c. 6 col. 493 D, & 494 A, & ad l. 4 Meteor. p. 954.

Addo & hoc, ſi Aqua ob Terram admiſtam concreſcit, Aqua 6
Salſa eo citius concreſcere debebat. In Sale enim, uti ipſi ex Gravitate colligunt, Terra prævalet. Atqui Aqua Sale Satura, ne aſperrimâ quidem Brumâ, conglaciari deprehenditur.

Quin, ſi vel maxime obtinerent, quod volunt, Terram ſcili- 7
cet Aquæ, quæ conglaciatur, admiſtam eſſe, tamen *Admiſtio hæc cum* vera (*Subſtantifica*) Miſtione *æquivoce* tantum conveniret, ideoque etiam Elaboratio hæc cum Elaboratione in Miſtis, & Qualitates Secundæ in Glacie, cum Qualitatibus Secundis Miſtorum æquivoce convenirent.

Consectarium.

Actio itaq; Elaborativa, ſive Secundarum Qualitatum Productrix, 1
non tantum *pro Subjecto* habet Elementa inter ſe Permixta, & Actione Peremrori â ad Temperiem vel omnino, vel fere perducta, ſed, *etiam Elementa Mera*.

Ita & *Hydrargyrus in Fumum Calore* diſpergitur. 2

Sal Calore funditur. 3

Scholion.

Per Elaborativam Actionem provenire dicuntur *Secundæ Quali-* 1
tates. Forte addendum [illegible]*biles*.

Actio enim Elaborativa non tantum eſt in Mixtione, ſed & nudâ 2
Alteratione.

Ut

Digitized by Google

3 Ut, cum *Ignis liquat Ceram, fundit Plumbum*, hic non fit Mixti Generatio.

4 Hæ vero *non diutius* durant, quam *Ignis* durat.

VI

1 Qui ATTENUATIONEM *Partem Primam Elaborativæ Actionis*, eamque *Emanativam* & *Immanentem* faciunt, ideoque tum hanc Elaborationem, ut præviam *Diſpoſitionem*, tum ipſam *Formæ Miſti Eductionem, per ſe* CALORI, (cujus eſt attenuare), *Frigori vero per accidens* tantum, & ut Calorem moderanti, tribuunt;

† ſi *Internam Rarefactionem* per Attenuationem intelligunt, primum non video, *quid* ea *ad Unionem Sicci* & *Humidi*, Secundam Elaborationis Partem, conferat.

2 Magis enim obeſſe videtur, cum Interne Denſiora minoribus Particulis, ſi cetera ſint paria, conſtent, ideoque arctius uniri, quam interne Rariora, queant.

3 Deinde non tantum Terra & Aqua rarefacienda, ſed *Ignis* etiam & *Aer*, imo interdum *Aqua, condenſanda* ſunt, ut Miſtum Æquabiliter, ſive Similariter Denſum proveniat, quo in caſu *Frigori Eductio* *Formæ adſcribenda* fuerit.

4 Quod ſi *Externam* Rarefactionem innuunt, ea manifeſte non Unioni, ſed *Separationi* & Disjunctioni proxime *inſervire nata* eſt.

5 Denique ſi *Comminutionem* in minimas Partes intelligunt, certe quomodo alienus Calor Corpus Combuſtibile, Halabile, aut Liquefactile Atomis Ignis & Fuliginibus undique intruſis, divellat & in

6 Particulas diſcerpat, facile percipi poteſt. *Quomodo* autem *Calor Frigore Contemperatus* ſuum Subjectum, *Particulas* nimirum Permiſtorum Elementorum, quibus undique ſibi ſimilis inhæret, quamdiu *Humiditate* & *Siccitate diſcrepant*, comminuat & *diſcerpat*, eaſdem ſecundum *Humiditatem* & *Siccitatem* jam ſibi *ſimiles* commi-

nuere & diſcerpere *deſinat*, & qua veriſimilitudine hæc aſſerantur, *intellectu* admodum *arduum* eſt.

VII

Calor per ſe & immediate *neque* CONGREGAT ea, quæ *Ejusdem* ſunt *Speciei* vel Generis, *neque* SEGREGAT, aut ſeparat ea, quæ *Diverſa* ſunt, vel Specie, vel Genere, ſed *rarefacit*, & *liquefacit* certi Generis Corpora. 1

Quâ Liquefactione peractâ, *ob Ponderis Diverſitatem*, vel alia agendi Principia, *res Liquefactæ ſeparantur*. 2

Item *ob Agitationem*, *Ebullitionem* & *Exhalationem*, ſæpe *miſcentur*, quæ Specie *Diverſa* ſunt, nec tamen multum Genere diſtant. 3

Exempli gratiâ. Si *Picis* & *Ceræ Fragmina* inter ſe, diſturbato ordine, *commiſta* in Vas Vitreum conjicias, & *Calore urgeas*, donec utrumque liquefiat, *Fundum Pix* occupabit, *neque* unquam *Ceræ miſcebitur*, *niſi* Calor adeo creſcat, ut *Ebullitio* atque *Exhalatio* aliqua fiat. 4

Quod ſi *etiam* Fragmina Picis *Ceræ Fuſæ injicias*, ea ipſa *Fundum* petent, neque Ceram quicquam impurabunt. 5

NOTA.

Etiamſi *Exhalatio* quædam fiat, *non* erit Miſtio ſive *Congregatio*, ſed Congregatio *conſequetur Segregationem*. *Pars* enim *Ceroſa* & *Volatilior* *a Pice* ſeparabitur, & *cum Cera* commiſcebitur.

VIII

Non Calor tantum, ſed FRIGUS *etiam* ea, quæ Specie ſunt *Cognata*, ſæpe *congregat*. 1

Ut

2 Ut, dum *in Pane latentem Humorem* conglaciat, hoc eſt, Atomos Aquæ in Pane inſenſiliter diſperſas colligit, & conſtringit.

3 Item, ſi *Cereviſia* Hiberno Frigore congeletur, *Spiritus* ejus, hoc eſt, Pinguior ſive Oleoſior, aut Spirituoſior Pars *in Meditullio* congregatur, *non Conglaciata*, quæ viribus Cereviſiam ipſam longe ſuperat.

IX

1 Eſt quidem in Corporibus Naturalibus aliqua ſive *Potentia*, ſive Appetitus, quo *ſe* ea, quæ Specie aut Genere *Cognata* ſunt, mutuo *appetunt*, attrahunt, conjungunt, in aliis Robuſtior & *Evidentior*, in aliis Debilior & *Obſcurior*.

2 Uti *ex Magnete Ferrum* attrahente;
ex *Succino, Lacca,* & *aliis* Electricis, *Paleas*, *Feſtucas*, aliaſque res Leviculas attrahentibus;
ex *Hydrargyro Aurum* amplexante,
aliiſque Permiſtionis Spontaneæ Exemplis conſtat.

3 *Experimenta* tamen, quæ probent, *duo* Specie aut Genere *Cognata a tertio* aliquo, quod ab illis Specie vel Genere Diverſum ſit, *Congregari*, *nulla* dari poſſunt.

X

1 Omnia illa, quæ *Segregare*, *Separare*, aut *Secernere* dicuntur *res* Specie *Diverſas*, *per accidens* ſegregant, & *ut Occaſio* aliqua, aut Cauſa Expediens, ſive Impedimenti Remotrix.

2 Ita *Cribrum*, accedente Concuſſione, ſecernit *Pulveres Subtiliores* a Craſſioribus. Gravitate enim omnes quidem Atomi ſive Pulviſculi deorſum nituntur, verum *Craſſiores excluduntur* a *Foraminibus* Minutiores tranſmittentibus.

Ita

Ita *Filtrum* ſive Colatorium *Tenuiores* & Agiliores *Liquores*, per 4
Meatus ſuos, *tranſmittit*, Craſſiores & Lentiores retinet.

Dum *Frumenta Vannis* ſuccutiuntur, aut *Palis* longe ejaculan- 5
tur, a *Paleis* admiſtis *purgantur*. Gravitate enim ſua eo feruntur, 6
quo leves *Paleæ*, ab *Aere* agitato *abreptæ*, comitari nequeunt.

Pulvis ex Craſſiori *Carbonum* & *Laterum Farina* miſtus, ſi *in A-* 7
quam projiciatur, *hæc Fundum* petit, *illa ſupernatat*.

Separatorium Vitreum, ſive Infundibulum, *Liquores* Gravitate 8
Diverſos ſeparat. Oſtiolo enim inferiore obturato, ſpatium ipſis 9
concedit, ut alter inferiorem, alter ſuperiorem locum occupet, eodem Oſtiolo aperto inferiorem emittit, & rurſus clauſo, ſuperiorem Liquorem retinet.

Per accidens *Hydrargyrus Aurum a Pulvere non Metallico* ſepa- 10
rat. Natus eſt enim combibere, & amplexari unum, non alterum.

Per accidens *Corium Hydrargyrum ab Auro* ſeparat, quia per Po- 11
ros ſuos expreſſum Hydrargyrum tranſmittit, qua *Pulvis Auri* non ſatis Tenuis *tranſire nequit*.

Per accidens *Aqua Salem* e *Cinere*, 12
Halinitrum e *Terra Halinitroſa*,
per accidens *Aqua Fortis Argentum* ab *Auro* ſegregat. Liquare enim poteſt unum, non alterum.

Si *Plumbum* & *Argentum Calore fundantur*, *permiſcentur* invicem, 13
vel

1 quia *Agitatio* aliqua fit, vel

2 quia Corpora hæc *ſe* mutuo *appetunt*, ſicuti Aqua Salem appetit.

Si *majore Calore* in Catino Cinereo (Kapel) urgeantur, ſepa- 14
ratur *Argentum a Plumbo*.

Argentum enim Corpus *Fixum eſt*, ideo in Igne ſubſiſtit. 15

Plumbum vero ex parte Fixa & Volatili conſtans, a Calore 16
diſſolvitur, adeo ut *Volatilis pars in Fumum* abeat, *Fixior* vero, ut & Plumbi non diſſoluti Portio aliqua, Ignem fugiens, *in Cineres Catini* irrepat.

Digitized by Google

XI

1 " Qui, *Calorem* & *Frigus*, *quatenus Miſtorum Principia* ſunt, *per Congregationem* & *Separationem Definienda*, putant *, *præter Errores*, quos *in Phyſicis* admittunt, jam *detectos*, etiam *duplici Logico* Peccato impingunt.

2 Primo, dum *res Indefinibiles*, (Definitionis non capaces), quæque Notione Simplici & Irreſolubili apprehenduntur, *Definiendas* putant.

3 Ac ſi quis, quid *Rubrum*, *Viride*, *Cæruleum* ſit, Definitione explicare conetur, cum commonſtrari Exemplis hæc debeant, non Definitione explicari.

4 Secundo impingunt, dum *Eandem rem ob Diverſos Reſpectus Diverſis* Nominalibus *Definitionibus* explicandam putant.

5 Ac ſi *Triangulum Rectilineum aliter* in *Planimetria*, aliter in *Stereometria*, aliter in *Trigonometria definiendum* ſtatuam.

6 *Definire* quidem *poſſum*, quid ſit *Principium Miſtionis eſſe*, quid ſit *Elaborative in Paſſivas agere*, item *Calorem Elaborantem* definire poſſum, verum *Calorem*, *quatenus Principium Miſtionis* eſt, aut quatenus *elaborat Paſſivas*, quas vocant, Qualitates, qui *definire* conatur, *ineptire conatur*.

*Zabarel. l. 1 Qual. Elem. c. 7 (col. 495 B & F & 498 B), & ante eum Pomponatius.

XII

1 Qui *Calori ob* eam, quam ipſi tribuunt, *Homogenea Congregandi Facultatem*, *primas in Miſtione*, tum peragendâ, tum conſervandâ, partes aſſignant, ipſi *ſuorum Dogmatum* manifeſte *obliviſcuntur*.

2 Nec enim ullum Miſtum ulli Miſto tam Heterogeneum fingi poteſt, quin *Elementa* inter ſe *magis* ſint *Heterogenea*.

Nam Extrema ſemper magis diſtant, quam quæ ex Extremis 3
Miſta & Contemperata ſunt.

Præterea etiam Miſta *Secundis Qualitatibus* convenire poſſunt, 4
quibus *Elementa* tamen *deſtituuntur*, cum non niſi per Elaborativam Actionem oriantur.

XIII

*Zabarel. in libris de Miſti Gen. & Interitu.

Qui *de Miſto* Re verà *Similari*, cujus quælibet pars Miſta eſt, *loqui* 1
ſe profitentur, & Elaborativam interim, Temperiei Activæ in Paſſivas Qualitates, Actionem ita explicant, ut TERMINARI ab ea (vel ab *Activis*) HUMIDUM cum SICCO, & *Humidum Sicco* UNIRI dicant*; craſſiſſimis *Homonymiis* ſe implicant, & Miſtum *Apparenter Similare*, *cum* eo, quod *Re verâ* Similare eſt, *Humectationem* & *Exſiccationem Syndiacriticam cum* Actupotentiali (*Exannibilativâ*), *Miſtionem Syndiacriticam cum Exannibilativa confundunt.*

Nam Terminationem & Unionem hanc, 2

vel tum fieri intelligunt, cum Temperies Paſſiva jam eſt orta, ſive ubi mutua Pugna duarum Paſſivarum jam eſt finita,

vel ante perfectam Contemperationem duarum Paſſivarum.

Si *poſt Contemperationem*, quomodo Humidum a Sicco, vel cum 3
Sicco terminabitur, cum *qualibet Atomus cuilibet* ſecundum Humiditatem & Siccitatem, (id eſt Fluiditatem, & Conſiſtentiam), *ſimillima* ſit?

Sin *ante* Contemperationem, *Unio* prorſus *adverſatur* propo- 4
ſito *Miſtionis*.

Nam *Agitatio* potius *requiritur*, ut 5

vel in minores adhuc Particulas diſcerpantur ea, quæ permiſcentur,

vel ut Qualitates ipſorum amplius ſe refringere queant.

Terminatio vero ut a Calore & Frigore fiat, neceſſe *non* 6
eſt.

Nam

7 Nam *Sicca* ſive Conſiſtentes Particulæ *per ſe* ipſas jam *Terminata* ſunt, *Fluida* vero a *Siccis* terminantur & continentur.

XIV

1 « Qui *Calorem per ſe*, & ſuæ Naturæ relictum, *rarefacere* & *attenuare*, « eundem, *ut Cæleſtis Corporis*, *aut Animæ Inſtrumentum*, *terminare*, *uni-* « *re*, *condenſare* dicunt, ut Miſti Similaritatem ſervent *; *Experientiæ*, vel imperite, vel impudenter, *adverſantur*. * Zimara Theorem. 17.

2 Multa enim, *indices* videmus, *Calorem*, a *nullo Superiore* agente directum, *ex Mollibus Dura*, ex *Liquidis Conſiſtentia*, ex *Tenuibus Craſſa* reddere, ut *Ova*, *Syrupos*, *Murias*, *Pultes*, *Argillam*, *Lutum*, &c..

XV

» Qui vero *Calorem*, *per ſe*, *terminare*, *unire*, *condenſare*, & *coagulare*, & » *incraſſare* dicunt, quia Humidum ſubtile per Halitum diſſipet *; ma- » nifeſte *Similaritatem Miſti deſerunt*. *Mercenar., in Diluc. tit. 104 & 139 (ad Ariſtot. Meteor. l. 4 § 1 & ad c. de Coagulatione).

XVI

» Si *Calor* ideo *terminat*, *quia vel ſuperfluum Humidum per Vaporem* » exigit, *vel*, *rarefaciendo*, id aptum reddit, *ut Siccum permeare*, *eique* » *miſceri poſſit*, certe *Mixtum non quamlibet Partem* Mixtam habet, ſed ex duabus ſaltem Hypoſtaticis Partibus, Humido ſcilicet, ſive Liquido, & Sicco, conſtat. adverſ. Mercenar. de Putred. Diſp. 2 c. 3 p. 300, & 301.

Digitized by Google

XVII

*Zabarel. l. 2 de Miſti Gener. & Interitu c. 8 (col. 627 E).

Qui, *Humidum* & *Siccum ab* Activis Qualitatibus & præſertim *Calore, in Miſto contineri*, *Calore* autem *ſecundum Intenſionem* ſive Gradus *mutato*, *Humidum a Sicco diffluere*, *dilabi*, *ſeparari*, dicunt, & tamen, de Miſto Exquiſite Similari ſe loqui, perhibent*; non errare, ſed *delirare* dicendi ſunt.

XVIII

Calor & Frigus variis Occaſionibus *Cohærentiam Liquidi* (ſive Aquæ, 1
ſive Aquei, ſive Pinguis, ſive Acidi, ſive Metallici), & Interne *Sicci* (ſive Terræ, ſive Terrei Pulveris, ſive Salini, ſive Pinguis, ſive Metallici), *promovent*.

Et *Calor* præcipue, *permiſcendo, liquando, rarefaciendo, diſcutiendo,* 2
ſive ſuperflua divaporando.

Frigus etiam, *congelando*, & *conſtringendo*. 3

Miſtione autem *factâ, abſque* ullâ *Caloris* & *Frigoris Operâ*, Liqui- 4
dum & Conſiſtens, (vel Liquida & Conſiſtentia) cohærent, *donec* is Caloris aut Frigoris *Gradus* adveniat, qui *novas Diſſolutionis Occaſiones* afferat.

conf. aſſ 8 ſectiunc. 2.

Exempli gratiâ, *Frigus* Hibernum *Atomos Aquæ, in Pane* diſ- 5
perſas, colligens, *Senſiles* eas reddit, & minus Similarem Panis Compoſitionem facit.

Calor vero Æſtivus, *Humores* & *Volatiles Sales, Panem Glutinis* 6
inſtar *continentes, diſcutiens*, & per auras evehens, Compagem Mixti ſolvit.

adverſus Zabarel. in l. 4 Meteoror. p. 1024.

Supervacuum itaq; eſt, *Calori* hoc officium tribuere, ut *Siccum* 7
& *Humidum*, ſufficienter inter ſe Temperata, *terminet, contineat, coerceat*, cum Caloris, uti ſæpius dictum, potius ſit, divellere & diſſipare.

Digitized by Google

XIX

Nullum Corpus adeo ***Liquidum*** deprehenditur, ***quin***, aliqua ex parte, ipſum *ſibi Figuram* aliquam & *Terminos præſcribat*, qua parte nimirum a Conſiſtente Corpore non contingitur,

ſive *in Vaſe* contineatur,

ſive *Conſiſtentis* Corporis *Superficiei incumbat*,

ſive, in *Motu* conſtitutum, *per* Fluidum, vel etiam *Liquidum* Corpus, tranſeat.

XX

1 " Qui *Liquidum* & *Siccum*, *ob ſolam* Mixtionem, *non* ob *Actionem aliquam* Liquidi in Siccum, *cohærere* dicunt*; * Mercenar. Diſp.2 de Putred. c. 3 p. 303.

ſi *Actionem Exannihilativam* intelligunt, *aſſentimur*;

ſin *quamcunque* Actionem, *contradicimus*.

2 *Reali* enim *Actione* hæc *ſe* invicem *attrahunt*, *retinent*, amplexantur, (ſive Sympathiæ, ſive Atomorum Figuris hoc tribuendum ſit).

3 *Nec* enim *Aqua* ita *in Maſſam* coit *cum Vitri Pulvere*, *ut* cum *Farina*, etiamſi in Minutiores Particulas Triturâ Vitrum redigas, vel majorem etiam, & diuturniorem Calorem adhibeas.

4 Item *Hydrargyrus non* ita *Argento*, *ſicut Auro*, cohæret.

5 *Acetum non* ita *Auro*, *ſicut Æri*.

6 *Taurocolla non Lapides*, ſed Ligna glutinat.

XXI

" Qui vero dicunt, *Siccum Terminari ab Humido*, *non ut Agente*, aut " Terminante, ſed ut *ratione Terminabilitatis**; *quid dicant*, *neſciunt*. * Zabarella in l. 4 Meteor. pag. 994 med.

Digitized by Google

XXII

Humidum, ſive Liquidum omne potius, *Terminari* dici poteſt, 1
primo, vel quod *ad* eam *Exilitatem* reducitur, ut, ubicunque repoſitum, *non diffluat*, ſed Figuram ſuam ſervet,
ſecundo, vel quod a *Sicco Pulvereo*, aut *Poroſo Combibitum*, ab eo, 2
quaſi Vaſe aut Vaſculis potius, continetur,
denique, quod vel *Frigore*, ut *Aqua*, vel *Calore*, ut *Hydrargyrus* 3
Conſiſtentiam acquirit.

Ceterum tres hæ Humidi Terminationes non niſi *Æquivoce* 4
conveniunt.

XXIII

Siccum vero Terminari poteſt dici, 1
primo, quod *in Particulas certæ Magnitudinis* divellitur, aut *diſcerpitur.*

Id enim, quod ita diſcerpit, Figuram & Terminos certos Parti- 2
culis, eâ Diviſione, tribuit.

Secundo, quod *in Particulas*, Pulverem, Ramenta, Filamenta *di-* 3
vulſum, a *Liquido* aliquo, vel ſolo, vel Compreſſione auxiliante,
rurſus *conglutinatur.*

Prioris Exempla ubique occurrunt. 4

Poſterioris ſunt, *Coactilia ex Lanis*, *Chartæ* ex *Linteis*, *Catil-* 5
li Docimaſtarum ex *Cineribus* compacti.

Duæ autem hæ Terminationes non niſi *Æquivoce*, conve- 6
niunt.

XXIV

Digitized by Google

XXIV

1 Quod ſi Siccum, aut Humidum, ita *Terminari* dicantur, *quia Qualitates* hæ *Mutuâ Alteratione* Actupotentiali *ſe* invicem *contemperant*, Calore & Frigore Tarditatem earum Æquivocâ Actione adjuvantibus; *Fictitia* hæc Terminatio *cum* iis, quæ *proximis* Aſſertionibus explicatæ ſunt, Terminationibus non niſi *Æquivoce* convenit.

2 Imo *alio Senſu Sicco*, alio *Humido* competit.

3 *Humidum* enim Terminari dicitur, dum *minus Fluidum* redditur & magis Conſiſtens.

4 *Siccum* vero, quia *certum Fluiditatis Modum* accipit, Terminari dicitur, quod certe inſigni cum *Catachreſi* dicitur.

XXV

1 *Nullum*, quo UNIVOCA HUMECTATIO, aut EXSICCATIO, evincatur, *Experimentum* proferri poteſt.

2 Ideoque cum SYNDIACRITICA Humectatio, & Exſiccatio *Phænomenis ſatisfaciat*, qui Univocam ſuperaddunt, Pleonaſmum Hypotheſium committunt, & Entia præter neceſſitatem multiplicant.

3 *Quæ* enim *humectantur*, ideo humectantur, quod *Liquidum* aliquod Corpus, vel *Vaporem* etiam, ſive *attrahant*, ſive combibant, & recipiant, dum,

vel *Liquidis*, vel Humidis Corporibus *permiſcentur*,
aut *Exhalantibus Vaporem* Corporibus *ſuperſtant*,
vel *alias* in Aere Vapido commorantur.

4 Rurſus, *quæ ſiccantur*, ideo ſiccantur, quod vel *Humor*, vel alius Liquor, illis vel elidatur vel *extrahatur*,

ſive

Digitized by Google

ſive *manifeſto* aliquo *Violento* Motu,
ſive a rebus propriâ Facultate *Adſtringentibus*,
ſive a *Calore* Liquorem in Vaporem agente.

XXVI

Si *nulla Humiditatis*, aut *Siccitatis*, hoc eſt, (Fluiditatis & Conſiſtentiæ), *Univoca Actio* probari poteſt, *Æquivoca* vero Actio *a nemine* hactenus iis attributa eſt, neque attribui poteſt, ſequitur, *neque neceſſe* eſſe, ut Humiditas, & Siccitas *peculiares Formæ* (Qualitates Primæ) ſtatuantur. 1

Sufficit enim hujuſmodi Corporum Differentias *Modos Entis* ponere. 2

Quare *Actio*, quâ a *Calore*, vel *Frigore producuntur*, *Alteratio* Actu potentialis dicenda *non* eſt. 3

XXVII

Inconveniens eſſe videtur, *Actionem Immanentem*, qualis eſt Elaborativa, *Diſpoſitionem*, ſive Præparationem eſſe, *ad* Actionem *Tranſeuntem*, qualis eſt EDUCTIO FORMARUM Inchoatarum. 1

Diſpoſitio enim Prævia *eſt* Præparatio ejus *Materiæ*, *e qua* *Forma* Subſtantialis *Educenda* eſt. 2

XXVIII

Fabula eſt, quod vulgo tam in Compendiis Phyſicis, quam integris Commentariis circumferri ſolet, *Calorem Educere Formam Miſti* Subſtantialem.

XXIX

Digitized by Google

XXIX

1 " Qui, *Calorem ex Humido* & *Sicco Educere Formam* Subſtantialem " *Miſti*, dicunt, idque ideo ſe recte dicere poſſe putant, quia Qualitates hæ *ad Formam Miſti Diſpoſitiones* ſunt*, hi *obliviſci* videntur, *Activas* non minus ad Formam Miſti *Diſpoſitiones* a ſe eſſe poſitas. * Zabarel. l. 1 Miſt. Gener. & Inter. c. 3 (588. B).

2 Quod ſi ideo, ſibi ita loqui licere, putant, quia *Activæ non* ſunt *proximæ* Diſpoſitiones, rurſus *obliviſcuntur*,

id *per accidens* ob Activarum celerem, & Paſſivarum tardam Contemperationem fieri,

deinde *neque Paſſivam Temperiem* eſſe *proximam* Diſpoſitionem.

3 Contemperatis enim jam Paſſivis, Forma tamen Miſti non educitur, niſi *prius Secundæ Qualitates* e Paſſivis Elaboratis efformatæ ſint.

XXX

1 Ideo Calorem *dicunt* Educere Peripatetici Formam Miſti, *ut Abſurditatem* Dogmatis *diſſimulent*.

2 *Calor* enim *non niſi*, *ut* eſt *Inſtrumentum* Formæ Subſtantialis, *Formam* Subſtantialem *Educere* poteſt.

3 *Primariam* igitur *Eductricem tacent*.

4 Jam *Cauſa*, quæ educit *Succedentem*, hoc eſt, *gignit* unam Formam, eadem *corrumpit Decedentem*.

5 *Formæ Elementorum educunt Formam Miſti*,

ergo corrumpunt ſeipſas, tres ſcilicet corrumpunt quartam, & in eodem Momento iſta quarta cum aliis duabus corrumpit.

XXXI

*Zabarel. l. 1 de Miſti Generat. & Inter. c. 3 (col. 588 E, F) & c. 8 (col. 584 D).

Qui Cauſam reddituri, *cur* præſente *tali* vel tali *Temperie* Activâ & 1
“ Paſſivâ, modo *hoc*, modo *illud Miſtum*, modo vero *nullum* oriatur, id
“ fieri dicunt, ideo, *quia* Activæ Qualitates, & præſertim *Calor, mo-*
“ *do dominatur, modo non dominatur* *Paſſivis*; porro autem interroga- 2
“ ti, quid ſit hoc Dominium, reſpondent, tum *dominari Calorem Paſſi-*
“ *vis Qualitatibus, cum, ob certam Proportionem Intenſionis ſuæ ad In-*
“ *tenſionem Paſſivam*, (ſive majoris, ſive minoris Inæqualitatis ſit iſta
“ Proportio), *aptus eſt*, ex *Materia* ita Diſpoſita *educere* *Formam* ali- 3
quam Miſti*: hi ipſi turpiter *Circulum* committunt, & Lectori
Scientiæ avido *illudunt*, eumque inani ſpe lactatum & Diexodicis
tricis delaſſatum, tandem omni Scientiâ vacuum deſtituunt.

Idem Judicium eſto de altera phraſi, quâ dicitur *Calor vincere Ma-* 4
teriam, vel *ab eadem vinci*.

CAP. XVIII

Digitized by Google

CAP. XVIII

DE QUALITATIBUS SECUNDIS.

Argumentum.

1 Aſſertio, QUALITATUM SECUNDARUM *Ortum abſque Notionibus* doceri, aſſerit.
Sectiunculas habet 3.
Scholion *Sennertum laudat*, quod *Ortum* iſtum *demonſtratum* eſſe *neget*, *Formarum* tamen *Hypotheſes non* laudat. Sectiunc. 2.

2 RARITATEM & DENSITATEM *Externam ſufficere*. Sectiunc. 3.

3 GRAVITATEM & LEVITATEM *inter Primas* Qualitates numerari debere, aſſerit.

4 Peripateticos *ſibi contradicere*, dum PELLUCIDITATEM & TENUITATEM, harumq; CONTRARIAS *Elementis* tribuunt, & tamen *Secundis Qualitatibus* accenſent.

5 SAPORES, ODORES, COLORES *ex Temperamentis non* provenire, probat.
Sectiunc. 8.

6 *Aquam Percolatam Saporibus imbui per Syndiacriſin*, contra Ariſtotelem aſſerit.

I

1 QUALITATES alias *Primas*, (quatuor, ſolas & Peremtorie & Elaborative Alteratrices), alias SECUNDAS eſſe volunt Peripatetici.

2 Et Secundas quidem, quæ a *Calore*, & *Frigore*, *ex Humiditate & Siccitate* oriuntur.

3 Quod dum docent, *verba abſque mente* fundunt.

 SCHOLION.

Digitized by Google

SCHOLION.

Recte affirmat *Sennertus* c. xi Conſ. & Diſſ. Chemicor, p.145, 1 & 1
„ p.170, 2. *neminem e Peripateticis demonſtraſſe, quomodo Secunda*
„ *Qualitates*, Senſibiles ſcilicet, *e Primis oriantur.*

Verum *ideo ad* Titulares Cauſas, & Inutiles *Formarum Hypotheſes*, 2
non eſt confugiendum.

II

Cum *Externa* RARITAS & DENSITAS *Experientiæ* abunde *ſa-* 1
tisfaciat, *Interna* Ariſtotelis *Commentis* merito annumerabitur.

Si *ſit* Interna Denſitas & Raritas, non ſunt Qualitates, ſed Rela- 2
tiones quædam. *Modi*, inquam, ſunt potius Entis, Materiam proxime
afficientes, quam Entia.

Etſi enim fingamus hic aliquam Qualitatem, quæ inhærens Ra- 3
ro Corpori, id formaliter Rarum efficiat, tamen ſi cogitemus eam
Qualitatem Potentiâ abſolutâ annihilari, remanebit Materia ita
Extenſa.

III

GRAVITATEM & LEVITATEM ſine dubio *inter Primas* nume-
rari *debent*, cum *Græci* eas etiam *ad Formas* referant, Alteratrices
tamen eas eſſe negant.

IV

Contradicunt ſibi Peripatetici, dum PELLUCIDITATEM ſive
Tranſparentiam, & TENUITATEM, earumque Contrarias, OPA-
CITATEM & CRASSITIEM etiam *Elementis* tribuunt; & tamen
inter *Secundas Qualitates* recenſent.

Digitized by Google

V

1 SAPORES & ODORES *non ex Temperamentis* Peripateticis provenire, & vanum eſſe Galeni hac in re Conatum, *demonſtrant ſapores*, qui oriuntur *in Concrementis*, quæ Magiſteria dicuntur Chemicis.

2 Ut *Chalcanthum* eſt Concrementum natum ex Spiritu Sulfuris, & Ære, vel Ferro.

3 Item *Fragrantia Spiritûs ardentis Plumbi.*

4 Exempla COLORUM, Saporum, Odorum *præter Miſtionem* progenitorum.

5 Ut *ex Spiritu Sulfuris* & *Hydrargyro* fit *Cinnabaris.*

6 *Lignum* Ignitum convertitur *in Carbonem Nigrum*, & hic in

7 *Cinerem Subalbidum*, abſque ullo Tranſitu per media. Ex Cinere fit *Lixivium Citrinum.* Quod ſi evaporet, remanet *Sal*, qui *nil* habet *Citrini.*

8 *Flores Borraginis Cærulei Aceto* tacti fiunt *Purpurei.*

VI

Aqua per Terras, aliave *Sicca Percolata*, dum *Saporibus imbuitur*, fit id *per Diaſyncriſin, non per Actionem Peremtoriam*, (uti vult Ariſtoteles l. de Senſ. c. 4).

CAP. XIX

DE GENERATIONE FOSSILIUM.

Argumentum.

1 Aſſertio, *Ariſtotelis Opinionem Abſurdam* eſſe probat, quod METALLA *ex Aqua* & *Terra* GENERENTUR. Sectiunculas habet 3.

2 *Peripateticos*, dum *Fuſilia* ex eo, *quod Igne liquefiunt, ex Aqua orta* eſſe colligunt, *Terræ ſuæ* etiam *oblivisci*. Sectiunc. 2.

3 ſi *Halitus Humidus* & *Siccus ex duobus* tantum *Elementis* gignuntur, & *ex* Halitibus *his* omnia *Foſſilia*, *Fictitiam Doctrinam de Elementis ſe Refringentibus* eſſe, aſſerit.

4 ſi *Halitus* hi *Formas* habent *Primigenias*, ex *Remanentiis* & *Novitatibus* Formarum Elementarium, *nullius* Foſſilis *Formam* conſtare, aſſerit. Sectiunc. 2.

5 longe *falli*, qui *Metallorum Primordia* ſe detexiſſe arbitrantur, cum ea *ex Halitibus* in Fodinis *concreſcere*, referunt. Sectiunc. 2.

6 FERRUM in *Aquâ Chalcantho gravidâ* detentum *in* ÆS *non tranſmutari contra* Georgium *Agricolam*, probat. Sectiunc. 10.

I

Plane *Abſurda* eſt *Ariſtotelis Opinio*, quod METALLA GENERENTUR *ex Aqua & Terra* l. 3 Meteor. c. ult., cum Metalla *Fuſa*, ſi *Gutta* tantum *Aquæ infundatur*, magno cum *Crepitu diſſiliant*. 1

Verum

2 " Verum *videtur* Ariſtoteles id *ignoraſſe*.
3 " Nam *pro Miraculo* narrat l. de Mirabil Auſcult. (ſectiunc. 64),
" eſſe *in India* tale *Plumbum* quod *Fuſum non ferat Aquam*.

II

1 Qui *Fuſilia* Corpora ex eo, *quod Igne liquefiunt*, Humidum quid continere, aut *ex Aqua*, ſive conſtare, ſive miſta, ſive *orta* eſſe, colligunt, *præter alia Abſurda*, in quæ incurrunt, etiam propria Dogmata convellunt.

2 *Obliviſcuntur* enim *Terræ ſuæ*, quam Extreme Siccam, eandemque ab Igne non tantum Fuſilem, ſed prorſus in Ignem Mutabilem ſtatuunt.

III

" Si *neuter duorum Halituum gignitur ex pluribus Elementis*, (ſed *ex*
" *Aqua* alter, alter ex *Terra*), multo *minus Spontaneâ Miſtione*, ſed pror-
" ſus non per Miſtionem, *ex duobus* autem iſtis *Halitibus omnia Foſsilia*,
quod Zabarella decernit l. de Conſtit. Phyſ. c. 24 col. 69 E, & 30
" (col. 83 E, 85 E); (*uterque* enim Halitus gignitur *a Calore Solis* &
" *Aſtrorum*, (c. d. 24 col. 68 fin.), alter e Terra, alter ex Aqua; ex Miſtura, in qua dominatur Halitus Humidus, ſive Vapor, gignuntur Metalla & Metallica, hoc eſt, Fuſilia, ex Miſtura, in qua Siccus, ſive Fumidus dominatur, generantur reliqua Illiquabilia Foſſilia): prorſus, vel ipſo Zabarellâ judice, *Fictitia* eſt iſta *Doctrina de Elementis* ſecundum Minimas Particulas Permiſtis, *ſe*que invicem *Refringentibus*.

IV

Digitized by Google

IV.

Si *Halitus* iſti duo, *Humidus* & *Siccus*, ex quibus Metalla, & reliqua 1
Foſſilia, generari dicuntur, *Formas* habent *Primigenias*, cum omnia
ex iis fiant, ex *Remanentiis* & *Novitatibus* Formarum Elementarium, *nullius* Foſſilis *Forma* conſtare poterit.

Erit autem *ad minimum* Vaporis, ſive *Humidi* Halitûs *Forma Primigenia*, cum ex Aquâ Merâ, agente Calore, oriatur 2

V

Qui *Metallorum* Generationem, eorundemque *Primordia* detexiſſe 1
ſe arbitrantur, cum ea *ex Halitibus* interdum in Fodinis *concreſcere*,
ex Obſervationibus Metallurgorum, referunt, longe falluntur, &,
quid ſit *ex Primordiis generari, ignorare* ſe, oſtendunt.

conf. c. 13 aſſert. 2 fin.

Eadem enim *Subſtantia ſub* externa *Forma* ſive Specie *Metalli*, 2
Pulveris, Luti, Glebæ, Pultis, Liquoris, Halitûs perdurare, & eodem Pondere in Integrum, ſive Priſtinum Statum, reſtitui poteſt.

Aurum & *Argentum*, exempli gratiâ, in Venis *denuo oriri, accreſcere, aſpergi, allini, attexi concedimus.* 3

Sed *inde* inferri *nequit, quod* revera utrumque *ex Principiis Hypoſtaticis* generetur, (multo minus ex Synhypoſtaticis). 4

Poteſt enim Aurum, & Argentum *Speciem Pulveris, Salis,* 5
Liquoris, Halitûs induere, & tamen manere Aurum.

Quod ſi *ex duobus Diverſis Halitibus*, aut *Liquoribus*, quo- 6
rum *neuter* ſit *Aurum*, fiat Aurum, ea demum vera *Auri Generatio* eſt.

VI

Digitized by Google

VI

1 " *Errant*, qui FERRUM in *Aqua Vitriolata* detentum *in* ÆS *tranſ-* * Georgius
" *mutari* putant *. Agricol. de

2 ' Verum quidem eſt, *Bacilla* Ferrea in Aquis *Cæruleo Vitriolo* præ- nat. eor. quæ gnantibus, ita quaſi *veſtiri* ÆRE, ut Ferrum ex eo, tanquam e Va- ex Ter. eff. l 2 gina, educi poſſit. c.10 fin. & de

3 Verum etiam eſt, *Clavos*, & alia hujuſmodi Ferramenta in *Puteis*, Nat. Foſſil. *Aquâ tali* plenis, temporis diuturnitate *Ærea* tandem inveniri. l. 9 c. 1.

4 Nulla tamen hic Tranſmutatio intervenit, ſed *Permutatio* potius.

5 Quia enim *Spiritus Sulfuris*, qui in Aqua iſta hoſpitium habet,
vel *promtius Ferrum*, ut Imperfectius Metallum, quam *Æs*, *corrodere*, &, ut ita loquar, perdomare poteſt,
vel *majore Sympathiâ* erga illud afficitur,
Æs, quod hactenus inſedit, cum quo hactenus in Miſtum, ſive ut Chemici loquuntur, Magiſterium coaluit, a ſe dimittit, & tantundem Ferri viciſſim complectitur & quaſi deglutit.

6 Quod ſi id ſenſim fiat & *longo Temporis ſpatio*, Atomis Æris in locum Atomorum Ferri ſubeuntibus, fieri aliquando poteſt, ut *Ferramenta*, eandem Figuram ſervantia, *Ærea* tandem inveniantur.

7 Indicium autem, Permutatione, non Tranſmutatione, hæc fieri, etiam inde capi poteſt, quod *Aquæ Color ſenſim* magis *in Viridem* a Cæruleo declinat, & *ubi tantum Æris*, quantum in ſe continuit, rurſus *exſpuit*, *Ferrum* amplius ita *tranſmutari nequit*.

8 Quod ſi tantum *Vitriolum Viride* contineat Aqua iſta, apparens hæc *Metamorphoſis non* eveniet.

9 *Similis Permutatio* in *Aqua*, quam *Fortem* vocant, conſpicitur. Si enim *in* eam *Argento* jam *prægnantem Æris* vel *Ferri Bractea* conjiciantur, *Argentum Cineris Specie* Bracteis *adhæreſcit*.

Bb II *Præ-*

Præcipitationem vocant Chemici ejuſmodi Separationem, cu- 10
jus *Exempla* in aliis quoque Corporibus, quæ Aquâ liquari & ſuſtineri poſſunt, *obvia* ſunt.

CAP. XX

DE MISTI RESOLUTIONE.

Argumentum.

1 Aſſertio, RESOLUTIONEM *Peripateticam cum Syndiacritica confert.* Sectiunculas habet 4.

2 *Burgersdicium non conſtare* ſibi poſſe in *Reſolutione* Miſti, *quia* in *Modo Miſtionis* ſibi *non* conſtat, aſſerit. Sectiunc. 2.

3 *Miſtionis* mere *Tranſmutativæ Defenſores Reſolutionis nomine abuti*, probat. Sectiunc. 2.

4 *Eoſdem*, cum *Miſtum in* quatuor *Elementa reſolvi* dicunt, *novâ Catachreſi* peccare. Sectiunc. 3.

5 *Reſolutionem in Elementa* Mixto *ad Senſum Similari mediate competere*, oſtendit.

6 *num eâdem Proportione Elementa ex Miſto prodeant*, *quâ* ad id conſtituendum *convenerunt*, quærit. Sectiunc. 8.

7 *non* omne *Compoſitum iisdem* ex *Terminis* eſſe conſtitutum, *in quos reſolvitur*, docet, & *contra*. Sectiunc. 10.

Scholion *prioris Propoſitionis Veritatem* amplius *illuſtrat*. Sectiunc. 5.

8 *Compoſitum non* eſſe, *quod diſſolvi hactenus nequit, non ſequi*, probat. Sectiunc. 2.

9 *neque* ſtatim, *quod* res *Pondere non minuitur, nihil* ab ea *ſecedere.* Sectiunc. 3.

10 *non omne æque facile reſolvi, ac componi*, docet, & *contra*. Sectiunc. 3.

11 *Cadaver generari*, cum Vivens interit, *non recte* dici. Sectiunc. 2.

Digitized by Google

I

1 Quædam Corpora Naturalia *ſecundum Peripateticos proxime* RESOLVUNTUR *in Materiam Primam.* Ut quatuor Simplicia Corpora, quæ *Elementa* dicuntur.

2 Quædam *remote.* Ut Corpora, in *quibus plures* ſunt *Formæ* Subſtantiales. v. Burgerſd. Id. Diſput. 2 Th.17 & Colleg. Diſp. 3 Th.8.

3 *Reſolutio* autem Peripatetica eſt *Improprie* dicta, quia fit *in Principia*, quorum *unum* tantum *permanet*, *nec* tamen unquam *ſeparatim* exſiſtit.

4 Reſolutio S*yndiacritica* fit *in* Corpora *ſeparatim exſiſtentia.* Igitur *proprie* dicta eſt Reſolutio.

II

1 Qui *non conſtat* ſibi in *Modo*, *quo Miſtum* ex Elementis *conſtituitur* *; *neque* in *Reſolutione* M*iſti* ſibi conſtare poteſt. * Burgerſd. Colleg. Diſp. 3 Theſ.8; & Diſput. 17. Th.9.

2 Ut ſi quis uno in loco *Formas Elementorum manere* in *Miſto* ſtatuat, Formæ Miſti Subordinatas, at alibi *Formam* M*iſti ex Formis* Elementorum *Refractis* componi.

III

1 „ *Qui* M*iſtionem* mere *Tranſmutativam* defendunt , dum *in omni* „ *Corruptione* & per conſequens, etiam Putredine, ſive Miſti Cor„ ruptione, *Reſolutionem ad* P*rimam* M*ateriam fieri*, contendunt *; *abutuntur* Reſolutionis *nomine.* * ut Conimbricenſes & Schegkius.

2 Hoc enim tantum ſignificare *volunt*, omnes F*ormas*, quæ ſunt in eo quod corrumpi dicitur, tam Subſtantiales, quam Accidentales *interire.*

Digitized by Google

IV

„ *Iidem*, cum, *Miſtum* Naturali ſive Ordinariâ Corruptione *in* quatuor *Elementa reſolvi* ſive diſſolvi, dicunt, rurſus *novâ Catachreſi* peccant. 1

Nam ſi maxime, Miſto Corrupto quatuor vulgo dicta Elementa ſuccedere, *demonſtrarent*, *Compoſitam* tamen, *Corruptionem*, non Reſolutionem fieri demonſtrarent, modo in Dogmate mere Transmutativæ Miſtionis perſiſterent. 2

Quod autem rem ipſam attinet, *nullam rationem* afferre poſſunt, *quare* Corpus, quod tòtum, tum Formæ Subſtantialis, tum Qualitatum ratione, *Similare* eſt, ordinarie tamen *in* quatuor *Diverſa Specie* Corpora *corrumpatur*. 3

V

Si maxime *Miſtum*, *ad Senſum* tantum *Similare*, *diſſolveretur in* quatuor *Elementa*, tamen ea *Diſſolutio* per accidens, vel *mediate* ſaltem ipſi *competeret*, *primo* autem *Hypoſtaticis* ejus vere Similaribus *Partibus*.

VI

Ex iis, qui, Miſtum Similare in Elementa, & quidem per Putredinem reſolvi, dicunt, jure quæritur, *num eâdem Proportione* Magnitudinis, ſive Copiæ, *Elementa* ex Miſto rurſus *prodeant*, *quâ* ad id ipſum conſtituendum *convenere*. 1

Requirit enim *Reſolutionis natura*, ut ad eoſdem numero etiam Terminos perveniatur, e quibus compoſitum eſſe dicitur id, quod reſolvitur. 2

Neque

Digitized by Google

3 Neque dubium eſt, quin id ii, *qui Miſtionem* mere *Superinductoriam* defendunt, *ultro* ſint largituri.

4 Interemtâ enim Formâ Miſti illâ Superinductitiâ, ſtatim Elementa eadem numero in promtu ſunt, quæ in Miſtum id conſtituendum ab initio conſpirarunt.

5 *Qui* vero *Refractoriam* Miſtionem amplexantur, id nobis explicare debent, *quomodo* quælibet *Atomus recordetur, a cujus* nam Elementi *Formâ* ante Miſtionem fuerit *inſeſſa.*

6 Nam *Remanentia Formæ* Ignis, exempli gratiâ, *in Atomo* Ignis, per omnia *ſimilis* eſt *Novitati Formæ* Ignis *in Atomo* aliqua unius *e reliquis* Elementis.

7 Eodem jure ſciſcitari licet ex illis, *qui* mere *Tranſmutativam* Miſtionem præferunt.

8 Nam ut illi in Remanentiis Formarum Elementarium; ita hi in ipſis *Materiæ Primæ Atomis memoriam* hanc collocent, neceſſe eſt.

VII

1 *Non* neceſſarium eſt, *Compoſitum* aliquod *iisdem* ex *Terminis* Contrario Ordine eſſe conſtitutum, *in quos Reſolutione* aliquâ diſſolvitur, ſi Termini iſti & ipſi adhuc Compoſiti ſint.

2 Et *contra*: Non neceſſe eſt, id, quod ex Compoſitis Terminis coaleſcit, ſi rurſus reſolvatur, in eoſdem Terminos reſolvi.

3 At ſi Termini iſti Simplices & *Irreſolubiles* ſint, *utrumque neceſſarium* eſt.

4 Illuſtrari Aſſertio poteſt *per Numeri Quadrati*, aut *Cubici Analyſin.*

5 Reſolvuntur enim illi in minores Figuratos ſibi ſimiles, & debita Complementa, Quadratum nimirum in Quadrata, & bina Complementa Quadratica; Cubus in Cubos, & bis terna Complementa Cubica. Sive potius *Quadratum in Quadratum* ſub ſupremo di-

gito maximum, & *Gnomones Quadraticos*; *Cubus in Cubum* ſub ſupremo membro maximum, & *Gnomones Cubicos.*

6 Verum neceſſe non eſt, ex hiſce Terminis illos Figuratos eſſe conſtitutos, imo *Ordinarie ex aliis*, ſive Terminis, ſive Membris, coaleſcunt, in quos immediate arte reſolvi nequeunt. 7 *Neque ad eadem* ſemper *Extrema*, neque ſi ad eadem Extrema, per eos Medios Terminos procedit Analyſis.

8 At Simplices, ſive Irreſolubiles Termini, *Unitates* nimirum, in Geneſi & Analyſi neceſſario *iidem* ſunt.

9 Eodem modo, quamvis *Lac in Butyrum*, *Serum Caſeum* reſolvatur; *non* neceſſarium eſt *ex iisdem* inter ſe permixtis primitus *coaluiſſe*. 10 Hoc tamen neceſſarium eſt, in *Primordiis*, ex quibus permixtis Lac ortum eſt, *eadem* Exquiſite *Similaria* Corpora, & quidem eâdem Proportione exſtitiſſe, qua in Butyro & Caſeo ulterius reſolutis exſiſtere deprehenduntur.

Scholion.

1 Hoc Axioma *Veriſſimum* eſt:

In qua quid reſolvitur, ex iis conſtat.

2 (Utitur eo *Sperlingius* quoq; Inſtitut. Phyſ. l.5 c.4 quæſt. 1 ſed *perperam Canonem* vocat).

Sed hæc Propoſitio *Falſa*:

In qua unum quodque reſolvitur, ex iis etiam a Natura *Compoſitum eſt*, niſi Compoſitum eſſe ſumatur pro conſtare.

4 *Proprie Compoſitum* eſſe dicitur *X ex K* & *S*, ſi *K* & *S* prius *ſeorſim* exſiſtentia, & deinde *conjuncta*, ipſum *X* conſtituant.

5 Etiam hoc *Verum* eſt:

In qua unumquodque ultimo reſolvitur, ex iisdem etiam, *ſaltem mediate, eſt Compoſitum.*

VIII

Digitized by Google

VIII

1 *Non* ſequitur, id omne, *quod diſſolvi* hactenus *nequit*, *Compoſitum* non eſſe. Nam etiam *Sal Armeniacus* diſſolvi nequit hactenus.

2 At ſi *quid diſſolvi nequeat*, cujus *Compoſitio ignoretur*, id ut Simplex, ſive *Exacte Similare* Corpus haberi poteſt.

IX

1 Ita *non* ſtatim, ex eo *quod res Pondere non minuitur*, ſequitur *nihil* ab ea *ſecedere*.

2 Primo poteſt id eſſe admodum *Inſenſile*.

3 Secundò poteſt id Aere Levius eſſe, ideoque rem reddidiſſe antea Leviorem. Vide Galileum in Ital. libro contra Sarſium (Saggiatore) p. 174, 175, & 176.

X

1 *Non omne eâdem Facilitate reſolvitur, quâ componitur.*

2 Et *contra*: Non omne eadem Facilitate componitur, quâ reſolvitur.

3 Eſt *Axioma Incompletum*.

XI

1 Qui, præter Animam in *Viventibus*, *Formas* Subſtantiales *Partium*, *Animæ Subordinatas*, verbi gratiâ, *Ligni*, *Corticis*, *Carnis*, *Oſſis*, *Cornu*, *Corii* &c., cum Zabarella agnoſcunt, iidem *Vivente Intereunte* Formas iſtas *ex Subordinatis* ſive Diſpoſitivis *Primarias* & Specificas fieri ſtatuunt. adverſ. Burgersd. Colleg. Phyſ. Diſput. 14. Theſ. ult.

2 *Cadaver* vero *generari*, cum Vivens interit, *nemo recte* dixerit, quia *Forma* Cadaveris *neque* antea *Animæ Subordinata* ulla *exſtitit*, *neque* Animâ vel intereunte, vel ſeparatâ, ulla *oritur*.

CAP. XXI

Digitized by Google

CAP. XXI

DE COMBUSTIONE ET PETRIFICATIONE.

Argumentum.

1 Aſſertio COMBUSTIONEM & PETRIFICATIONEM *minus recte Extremas Mutationes* dici, probat.

2 *Conimbricenſium circa* LIGNI *Combuſtionem Opiniones* quaſdam conſiderat. Sectiunculas habet 4.

3 *Petrificationis* ſtatuendæ *Cauſas a Zabarella allatas* examinat. Sectiunc. 12.

I

COMBUSTIO & PETRIFICATIO *minus recte Extremæ Mutationes* dicuntur, cum *nec* illa *in merum Ignem*, *nec* hæc in *puram Terram* terminetur.

II

* Conimbricenſes ad l. 1. de Generat. & Corr. c. 10 quæſt. 3, art. 3 ad 5.

1 „ *Miſtionis* mere *Tranſmutativæ Aſſertores*, dum, LIGNUM, *quod* „ *comburitur*, *in quatuor Elementa reſolvi*, *negant*, &, *Liquorem*, *qui* „ *per extremas oras exſudat*, vel *non eſſe veram Aquam*, *ſed Humorem* „ *Arboris Nutritium*, vel *Aquam Pluviam*, *nec Partem*, *ſed Contentum* „ *Ligni* in *Poris* ejus hactenus *aſſervatum*, contendunt*; ut nonnihil *ſupra vulgus ſapientes*, commendandi ſunt.

2 „ Dum pergunt, &, *Flammam*, *Fumum*, *Cineres* non ſeparari e Ligno, „ ſed *generari*, *neque* eſſe hæc *Ignem*, *Aerem*, *Terram*, ſed Corpora illis ſimilia, docent; quod *Excreta* hæc ab Elementis *diſcernunt*, *probandi*, quod *excerni negant*, *improbandi*.

Quod

Digitized by Google

3 Quod vero ullam *quatuor Simplicium* Corporum e Ligno, vel alio Miſto Homogeneo *Separationem*, (quæ *Generatio non* ſit), *expectant*, ut *Dogmatum* propriorum *obliti* reprehendendi ſunt.

4 Præterea, urgere hac occaſione eos, licet, ut *Experientias* alias *adferant*, quibus *Lignum*, *alia*que Miſta *in* quatuor *Elementa* vere *corrumpi*, aut *ex iis* mere Tranſmutativâ Miſtione *oriri* evincant.

III

1 « Qui ex eo, *quod* omnia *Miſta in Ignem mutantur*, *oppoſitam quoque* « *Tranſmutationem, qua ſummum Frigus Terræ*, *Miſta in Terram mu-* « *tet, dari*, colligunt, (quam quidam inepte *Petrificationem* vocant), « & *Experimentis* Corporum *ſub Terra in Lapides converſorum* confirmant*, multis modis *errant*.

*Zabarel. de Miſti Gener. & Interitu l. 2 c. 2. (col. 612, D, E, &c.).

2 Primo, quod omnia Miſta, uti vocant, Corpora comburi, & in Ignem mutari poſſe, putant, cum in promtu ſint Corpora, quæ in Miſtis vulgo dictis cenſentur, *ab Igne tamen corrumpi nequeunt*. Quorum

3 quædam *Fuſilia* ſunt, ut *Aurum*, *Argentum*, *Smaltum* ſive Zaffara præparata, & reliqua *Vitra*;

quædam *Halabilia*, ut *Hydrargyrus*, *Sal Armeniacus*;

quædam *neque Fuſilia*, *neque Halabilia*, ut *Talcus* ſive Magnetis, & Amiantus.

4 Quod ſi *Cineres* Lignorum eloti & *Calces* Lapidum *elotæ* Specie & Attributis differunt, omnes *Terra Simplex* ſive Mera eſſe *nequeunt*, & tamen *pleraque* hæc in *Ignibus invicta* perſtare deprehendimus.

5 Secundo, in eo errant, quod *Combuſtionem Tranſmutationem* eſſe exiſtimant, *cum* mera ſit *Diacriſis*. Quæcunque enim Igne deſtruuntur, ſive Inflammabilia ſint, ſive non ſint, ideo deſtruuntur, quia Partes Halabiles & Volatiles a Fixis ſequeſtrantur, & per Aerem diſperguntur.

Digitized by Google

Tertio, errant, quod *Terram Extreme Frigidam*, & per conſe- 6
quens adeo Frigidam, ut conglaciare & petrificare poſſit, ſtatuunt. Nam 7

vel Terram intelligunt *Univerſam*, *aſt* ea, in exteriori certe ambitu nobis noto, multis *Ignibus* & Ignium Pabulis hinc inde *ſcatet*;

vel *Vulgarem* Terram, hoc eſt, Terræ Particulas, Argillam, Ter- 8
ram Georgicam, Arenam, &c.. Ea ex variis *Salibus*, *Sulfuribus*, aliiſque, quæ vulgo Calida ſtatuuntur, Foſſilibus, *commiſta* eſt;

vel denique Terram *Meram* ſive Simplicem intelligunt, ea nuſ- 9
quam tantâ copiâ in cumulum aliquem congeſta, hactenus, illis in locis, ubi res Petrificatæ effodiuntur, aut alibi, quod ſciam, inventa eſt, ut Frigoris eam efficaciam exſerere poſſet.

Neque ulla exſtat *Obſervatio Aquæ in fundo Congelatæ*, ad cujus 10
Teporem potius Aquatilia Animalia ſe recipiunt, dum Superficies Aquæ Hiberno Frigore riget.

Quarto, errant, quod *Frigore Corpora in Lapides* mutari credunt, 11
cum id a peculiaribus *Aquis*, *Succis*, *Spiritibus*, & *Halitibus* fiat, idque per Ramentorum, vel Atomorum Lapidearum Inſinuationem, aliaſque Syncriſes potius, quam per Tranſmutationem, ut ſuo loco latius explicabimus.

Quinto, errant, quod *Petrificationem*, ſive Mutationem Miſti in 12
Lapidem, *Mutationi* Miſti *in Ignem oppoſitam*, & a reliquis Miſti in Miſtum Tranſmutationibus diverſam, ponunt, *quaſi Lapides a Terra* Simplici *non differant*.

CAP. XXII

Digitized by Google

CAP. XXII

DE PUTREDINE.

Argumentum.

1 Aſſertio DEFINITIONES Naturalis *Ortus* & *Interitus* *Ariſtoteleas* conſiderat.
Sectiunculas habet 4.

2 *Opiniones Peripateticorum de Putredinis Definitione.* Sectiunc. 8.

3 *Burgersdicium* Putredinis *Genus*, *Separationem Humidi a Sicco, non poſſe ſtatuere*, aſſerit.

4 Putredinem *magis Naturalem* eſſe *Corruptionem*, *quam* ſit *Combuſtio, non oſtendi.*

5 Putredinis *Polyſemo Vocabulo Diverſas* Mutationum SPECIES a Peripateticis comprehendi, probat. Sectiunc. 21.

6 *Aquæ, aliorum*que *Humorum* ENÆOREMATA excernentium, *Diacriſin, Putredinem non* eſſe.
Sectiunc. 2.

7 CERUSSAM, ÆRUGINEM, & FERRUGINEM *Putredines non eſſe.* Sectiunc. 5.

8 *nec* LÆTAMINIS CALEFACTIONEM.

9 *nec* NUCIS CORROSIONEM *a Coſſo* factam, quam *accurate* deſcribit.
Sectiunc. 7.

10 PULVEREM *Putrefactorum* Terram meram *non* eſſe, probat. Sectiunc. 2.

Scholion *Ariſtotelem Indiligentiæ accuſat*, *quod* Pulverem illum *Terram* & *Fimum vocet*, ſimulque locum *explicat.* Sectiunc. 5.

11 *Zabarellæ rationem, cur* SITUS *Putredinis Terminus non* ſit, expendit.
Sectiunc. 4.

12 *Opiniones*, de CALORE INTERNO, *educto* ab EXTERNO, & HUMIDO *exhalante*, breviter *cenſet.* Sectiunc. 3.

Digitized by Google

13 *Zabarellæ* & ejus Aſſeclarum Opinionem *ſeorſim* conſiderat. Sectiunc. 7.
14 *de Forma Miſti* Subſtantiali, vel *perdurante* adhuc, vel jam *abolitâ*, quædam eidem *objicit.* Sectiunc. 3.
15 *Mercenarii Cauſam*, *cur* Calor *Ambientis educat Internum*, conſiderat.
16 *Calorem Internum deſerentem Miſtum.*
17 *Cauſam*, *cur* Calor *Ambientis non poſſit agere in Internum.*
18 *cur Calor Adſcititius* totus *abeat*; *Temperatura*, donec *Subſtantia ſalva*, *ſalvus* perſtet, *Cauſam* a Peripateticis *flagitat*, & *quam allaturi ſint*, expendit. Sectiunc. 7.
19 *Zabarellæ Inventum*, *de* Humore *Extraneo*, *etiam Subjecto Putredinis* ſtatuendo, examinat. Sectiunc. 7.

Scholion, *cur Zabarella a ſe* ipſo *diſſentiat*, docet.
20 *Tres* PARTES *Putredinis* PROGRESSUS conſiderat. Sectiunc. 7.
21 *Dogmata aliquot* jam fere propoſita *Zabarellæ* de Putredine colligit, & *caſtigat.* Sectiunc. 14.
22 *Zabarellam male* Logicas *Diviſionis Leges* obſervare in Putredinis DIVISIONE, monſtrat. Sectiunc. 6.

Scholion. 1 *Occaſionem* tot *Abſurditatum* præcipuam eſſe hanc, quod ARISTOTELEM in l. *quarto Meteororum* SYNDIACRITICUM eſſe, *non animadverterint*, ſignificat, & pluſcula *loca* ex eo affert. Sectiunc. 21.
2 DEFINITIONEM GENERATIONIS SIMPLICIS ex l. 4 Meteoror. ſolis *per Syncriſin Miſtis congruere*, oſtendit. Sectiunc. 7.
3 *Ariſtotelem* eodem libro per *Miſtum*, *Apparenter Similare*, *intelligere*, *ex* PORIS, quos ei tribuit, probat. Sectiunc. 3.

23 *Zaba-*

23 *Zabarellam*, dum Putredinem SECUNDUM PARTEM *Communem* facit, tum *Entibus Aggregatitiis*, tum *Miſtis*, *Homonymias* in Phyſicam introducere. Sectiunc. 4.
24 *idem* fieri, *cum* Putredinem eandem *Communem* ſtatuit, tum, ſolum *Alteratis*, tum *in* aliud *Miſtum Tranſmutatis*. Sectiunc. 2.
25 *nullius Phænomeni* circa Putredinem Obſervabilis *rationem* reddere poſſe Peripateticos, *duobus Exemplis* oſtendit. Sectiunc. 4.
26 *quæ* per Putredinem *corrumpuntur*, *per Diacriſin in* alia *Similaria* vel *Diſſimilaria* reſolvi, aſſerit. Sectiunc. 5.
27 quomodo Putredo *ſecundum Syndiacriticam Hypotheſin* fiat, explicatius docet. Sectiunc. 7.
28 quod *Actio Caloris in Humidum Miſti* alias *putrefacit*, alias *præſervat* a Putredine, *non cogere*, ut *Evaporationem* ſecundum *Zabarella*, vel *Alberti* Magni, Hypotheſin fieri ſtatuamus, probat. Sectiunc. 7.

I

1 DEFINITIONES Naturalis *Ortûs* & *Interitûs*, initio lib. 4 Meteor. poſitæ, tales ſunt, quales Naturæ, Loci, Temporis, & Generationis Definitiones, hoc eſt, *Cruces Interpretum*.

2 *Neutra* Definitio *Mixto Similari* convenit, ſed ei, quod ex Diverſis conſtat Partibus, nimirum Humidis, & Siccis, imo & Calidis, & Frigidis.

3 *Interitum* Naturalem *Miſti*, PUTREDINEM eſſe volunt Peripatetici, ut & Franco *Burgersdicius* Diſp. 17 Theſi 12.

4, 11 At *Ariſtoteles* Naturalis *Interitûs Finem* eſſe, ait, *Putredinem*, quæ ſimul vera eſſe nequeunt.

II

„ *Putredinem definiri* ab Ariſtotele l. 4 Meteor. c. 1 *Naturalis Calo-* 1
„ *ris in unoquoque Humido Interitum a Calore Ambiente* factum, pleri-
que conſentiunt Peripatetici.

“ Verum, alii hanc Definitionem *Putredini Perfectæ* tantum com- 2
“ petere volunt, Putredinem autem, quæ κατὰ Μέρ☉ (*ſecundum*
“ *Partem*) dicitur, *Alterationem* potius eſſe, & *Impurationem*, quam
Subſtantialem Interitum, contendunt. Ut Archangelus *Merce-*
narius Diſputat. 1 de Putredine c. 10 (p. 163).

„ Alii contra, Definitionem hanc *utrique Putredini*, con- 3
venire judicant, tam illi quæ ſecundum Partem dicitur, quam Tota-
li, ſive Perfectæ. Ita ſentiunt *Vicomercatus* in Comment lib. 4 Me-
teor., & Hermannus *Conringius* in Exercitatione de Fermentatione
„ § 14.

“ Eandem *Definitionem Zabarella Perfectam* eſſe, contendit, & *a* 4
“ *Demonſtratione* tantum *Terminorum poſitu differentem*, lib. 2 de Miſti
Generat. & Interitu cap. 5 initio.

„ Quin & cap. 6 refutat Archangelum *Mercenarium*, qui *Cauſalem* 5
Definitionem eſſe docuerat Dilucidat. 118; ideoque in fine Diluci-
“ dat. 121 tres Cauſas in ea contineri contendit, *Formam* nimirum,
“ quæ ſit *Corruptio Caloris*; *Materiam*, quæ *unumquodque Humidum*;
“ *Efficientem primam*, quæ ſit *Aliena Caliditas*.

Longiſſime autem a vero aberrat Arch Mercenarius. 6

Sed *nec Perfecta* Accidentis *Definitio* eſt, *nec in* genuinam & 7
legitimam *Demonſtrationem converti* poteſt, quicquid etiam hac de
re ſcribat Zabarella locis dictis, & Commentario in lib. 4 Meteor..

„ Franco *Burgersdicius, ne Nominalem quidem* eſſe, concedit, De- 8
„ finitionem, quippe qui verum Putredinis *Genus & Subjectum* in ea
„ *deſiderat* Colleg. Phyſ. Diſp. 17 Theſi 12.

Digitized by Google

III

» Putredinis *Genus non Separationem Humidi a Sicco*, *ſed Corruptionem*, vel Corruptionem Naturalem ſtatuere *debet* Franco *Burgersdicius*, ſi *ſibi conſtare* velit.

IV

Putredinem *magis Naturalem* eſſe *Corruptionem*, *quam* ſit *Combuſtio*, *nec* Zabarella l. 2 de Miſti Generat. & Inter. c. 3 & 4, *nec reliqui* Peripatetici *oſtendunt*. adverſ. Burgersdic. Id. Diſput. 25 Th. 2.

V

1 Pleræque *Lentæ* ſive Tardæ, & Violento Interitui oppoſitæ Mutationes, & *Corruptiones* Corporum Naturalium, quæ quaſi ſponte, nobis non advertentibus, & vix manifeſtò ſatis Agente, ſive ſine manifeſta ac certa Cauſa, fiunt, *Putredines* vulgo dicuntur.

2 *Utrum* autem omnes *ſub eadem* SPECIE Mutationis comprehendi queant, admodum *incertum* eſt, cum omnes nec ab eadem Cauſa oriantur, nec eodem modo fiant, nec in eoſdem Terminos deſinant.

3 Exempli gratiâ

Pinguia Ranceſcunt,

Panis & *Caſeus Muceſcit*,

4 *Vinum* & *Cerevisia Aceſcit*, (Vini Muceſcentiam & Aceſcentiam Plinius l. 14 c. 20 videtur pro eodem ſumere, Aceſcere certe Vino non eſt proprium, quod vult Plinius),

Atra-

Digitized by Google

Atramentum Muceſcere dicimus (Schimlen), 5

Acetum etiam *Muceſcit* (bekomt einen Schimmel), hoc eſt, 6
Enæorema ſive Sublimamentum, (quod *Matriculam* vocant), *in Superficie producit* (ſondert ein Pulfer oben),

Aqua Vulgaris ſive Impura modo *Sublimamentum*, modo *Subſidentiam*, modo utrumque excernit, 7

Müklich Grütze, Broht, *ex Odore* agnoſcitur. 8

Veriſimile eſt, ea quæ *Ranceſcere* dicuntur, hoc eſt, Amareſcunt, *Diverſâ* Corruptionis *Specie corrumpi*, quam *reliqua non ita Pinguia.* 9

Forſan etiam Corruptio eorum, *quæ Aceſcunt*, ut *Lac*, *Cereviſia*, *differt Specie a* Corruptione eorum, quæ *Fœtida* fiunt, ut *Sanguis.* 10

Alia eſt Putredo *Ligni*, alia *Muceſcentis Panis*, (nemo dicit Mucidum Lignum, Schimlicht Holtz), alia *Atramenti*, alia *Straminis.* 11

Putredo *Ligni* fit, *per vices* agente *Humore & Calore.* 12

Cum hac *Caries* ſæpe confunditur. Sed Caries eſt id, quod *ex Vermiculatione* relinquitur, partim Excrementum Vermiculi, partim id quod ex Ligno Corroſo supereſt. 13

Putredo *Panis*, agente *Calore*, nonniſi *Æſtivo.* 14

At *neque Latini Mucidum Panem Putridum*, & *Germani* non Faul Broht, ſed Schimlicht, *Græci* quoque Mucorem & Situm Εὐρῶτα (vide Theophr. de Lapidib. p. 399 editionis Heinſ.), Putredinem vero Σῆψιν & Σηπεδόνα, vocare ſolent. 15

In *Atramento Gummi* conglutinando *Grumos* facit, *Chalcanthum effloreſcit*, ſive ſponte ſe ſeparat & in Superficie emergit. 16

Stramen a *Stercore corroditur.* 17

Dubium quoque, *an Muceſcentia Panis*, & *Putredo Mâli* ſit *eadem* Mutatio. 18

Utraque eſt *Lenta*, & ſponte quaſi facta Mutatio, ſed *non idem Exitus*, ſive non fit Reſolutio in eadem Elementa. 19

Utrum

20 Utrum autem omnes hæ Mutationes *Diacriſes*, & an *meræ Diacriſes* ſint, non pro lubitu ſtatuendum, ſed *inquirendum* eſt.

21 Ideoque, antequam diſtingui, definiri, dividi rectè poſſint, accuratas potius Obſervationes, quam Textuum Ariſtotelis, & Galeni, Conciliationes requirunt.

VI

1 « *Teliculæ, Pelliculæ, Lanugines*, & *aliæ* ENÆOREMATA, quæ *in Superficie Aquæ, aliorumque Humorum* diu quieſcentium oriuntur, « (ſive Putridi dicantur iſti Humores, ſive non dicantur), *non ex Par-* « *te aliqua Aquæ*, aut Liquoris *per Calorem eductâ*, *ſed* ex *Viſcidis* & *Spongioſis*, Conſiſtentibus tamen, Humoris *Partibus*, aliiſque Atomis proveniunt, quas Bullæ & Spongioſa Corpuſcula ob incluſum Aerem ſurſum evolantia, ſecum evehunt, ut Ligni Particulæ in Aqua a Bullis evehuntur.

adverſ. Zabarellæ l. 2 de Miſti Gen. & Int c. 14 (col. 648A), & ad l 4 Meteor. p. 998. ☞

2 Deinde *Diacriſis hæc* Aquæ, non Putredo eſt, ſed *Depuratio*.

3 In *aliis* Liquoribus interdum *Depuratio*, interdum Deſtructio ſive *Corruptio*.

VII

*Zab. l. 2 de Miſti Gen. & Int. c. 4 fin. & alibi. ☞

1 Quando *Plumbum* & Stannum, (Plumbum *Nigrum*, vel *Candidum*), *in* CERUSSIAM, *Æs* in ÆRUGINEM, *Ferrum* in FERRUGINEM mutatur, Putredines & in Elementa Reſolutiones eſſe a Græculis, & Vulgo * creduntur.

Verum *Syncriſes* & *Metaſyncriſes* ſunt, non Diacriſes.

2 Nam

vel manifeſte *Acidis* & Penetrantibus Liquoribus *immerſa*,

vel iiſdem *ſuperimpendentia*, atque ita Halitibus eorum quaſi immerſa,

conf ſect. 2 3 aſſert. 4 ſectiunc. 11.

 vel

vel denique *occulte* & ſenſim, ab Halitibus, & Halituum Atomis per Aerem diſperſis, perſtricta, *corroduntur*,

cumque obhæreſcentibus Atomis *in Rubiginis Albæ*, vel *Viridis*, vel *Rubræ Speciem* coaleſcunt, depoſitoque Lentore Metallico, *Friabilia* & *Illiquefactilia* evadunt. 3

confer c. 13 aſſert. 2 ſecti- unc. 11, & c.19 aſſ.4.

At ſub Rubiginis Specie latentem *Metalli Subſtantiam retinent*, quod *Reductio* ſive Reſtitutio *oſtendit*. 4

Nam ſi, debitis *Additamentis*, nihil Metallici continentibus, *præparata*, Igni objiciantur, Acidi quidem Spiritus, & Corroſivæ Atomi, relictis Metallis, Additamentum, ut gratius, & accommodatius hoſpitium, invadunt; Metalla vero priſtinam Flexilitatem, Ductilitatem, Fuſilitatem, reliquaque Attributa ſua recuperant. 5

VIII

adverſ Zabarel. l. 2 de Miſti Gener. & Inter. c 9 (col. 632 D, E).

" LÆTAMINIS CALEFACTIO, *quæ* etiam *Ova Gallinarum non minus*, *atque Gallinæ Calor, fovere poteſt*, (credo nimis fovere), *non* eſt *Putrefactio*, aut *Putrefactionis Initium*, aut *a Putrefactione*.

IX

* Mercenar Dilucid. 123, ad ſtum Arg. (p.196), & Zabarel. ad l.4 Meteor. pag. 1009 & 1010.

" *Ridicula* eſt eorum in obſervando *Oſcitantia*, qui *Orificium* ſive Foramen, quod *in* NUCIBUS *Putrefactis*, ut loquuntur, apparet, a *Calore Ambientis* factum putant *, qui, *Rariores & minus Compactas Partes* ita *reſerans*, per Foramen illud *Calorem*, & *Humidum Internum evocet*, ut *Pulvis* tandem, & Terra tantum *ſuperſit*. 1

Corruptio enim hæc, non Putredo eſt, ſed CORROSIO a *Verme* facta, qui, *e Semine Scarabæoli*, Rudimento Fructûs affixo, prodiens, *Tener* adhuc, & Puſillus, Tenerum Avellanæ Putamen corrodens, & penetrans, *in* ipſam *Nucis Cavitatem* ſeinſinuat, deinde, ſimul *cum Nuce creſcens*, & *Nucleum* ipſum etiam corrodens, & *depaſcens*, tandem 2

Digitized by Google

dem, ubi vel Alimento deſtituitur, vel loci Anguſtiâ premitur, *Foramen* Rotundum in Putamine *erodit*, ut vel ipſe erepat, vel Cariem & Excrementa egerat.

3 Inde Foramen hoc *non, niſi* in iis Avellanis, deprehenditur, in quibus, vel Vermis jam *Grandior*, ſive Adultior, latet, vel merus *Pulvis*, *Verme* jam *egreſſo*, continetur.

4 *Foraminuli* vero, *per quod intraiit*, veſtigium, Cicatricis aut *Tuberculi* inſtar, *in* iis, quæ Vermem continent, fere *omnibus* reperitur.

5 *Idem* Specie Rugoſus, Candidus, Molliculus Vermis in *Lignis*, item in *Libris*, ſive Compactis Chartis, invenitur, *Capite Rubro*, *Dentibus*, ſive Forficibus *binis* Nigris, quibus Lignum erodit, & Scobem acervatim egerit, (egerit autem, dum in Orbem ſe convertit), partim ut veſcatur, partim ut Cubile ſibi paret, in quo requieſcat, & tandem obſtupefactus (ἀκινητίζων) Metamorphoſin ſuam exſpectet.

6 Vermis hic Veteribus *Coſſus* dictus, in *Deliciis* fuit & *Farinâ ſaginari* ſolitus.

7 Non tamen omnis *Caries* ab hoc Coſſo, & Cognatis ejus Scarabæis fit, ſed *&* ab aliis Diverſæ Speciei Vermibus, ut *Teredine*, *Xylophthoro*, *aliiſ*que nondum ſatis obſervatis.

X

1 PULVEREM, qui ex rebus *Putrefactis* relinquitur, *Terram* meram *non* eſſe, vel *Colorum*, *Saporum*, *Odorum Diverſitas* arguat, etiamſi Pulvis ipſe in Corpora Exacte Similaria, quibus conſtat, arte non reſolvatur.

2 Si enim alius *Viridis*, (*ex Cortice Citriorum recenti*), alius *Cæruleus* (*ex Pane*), *Luteus*, *Cinereus* eſt, quomodo Corpora ejuſdem Speciei ſunt?

Digitized by Google

☞ **Scholion.**

1 *Quam diligenter* obſervarit, quam accurate cognoverit *Miſtorum Interitum Ariſtoteles*, vel illud indicat, quod *Terminum Putredinis* omnis ponit *Terram* & *Fimum*, quaſi hæc duo parum differant.

2 " Vocatur enim ille Pulvis ab Ariſtotele Meteor. l. 4 c. 1 Γῆ " καὶ Κόπρος, vel quod exploratum ipſi non fuit, quid eſſet in Specie, vel potius, quia non idem Specie Pulvis relinquitur, ideo duobus Vocabulis eum deſignat.

3 *Non Simplicem Terram* intelligit, *cum addat Fimum.*

4 " C. 6 circa fin. Γῆν *igne* τήκεσθαι (*liquefieri*).

5 Intelligit autem *non* Terram Simplicem, quæ Elementum eſt, ſed *Vitrum*, ſive Arenam Vitrariam, uti *Alexander* explicat.

XI

1 " *Qui* SITUM, (ſive Italice *Muffam*), *quem Putreſcentia* in Superficie " *emittunt*, ideo *Putredinis Terminum* eſſe, *negant, quod Putredo ineo non* " *ſubſiſtat; ſed ulterius pergat* *; *confundunt Succeſſionem Corruptionis Ex-* " *tenſivam* & *Intenſivam.*

* Zabarel. ad l. 4 Meteoror. p. 1026, med.

2 Poſſunt enim Partes quædam Extenſivæ jam Corruptæ eſſe, & ad Terminum Putredinis perveniſſe, reliquis adhuc vel Integris, vel ſecundum Intenſionem Semiputridis.

3 Eſt autem *Situs*, ſive Muffa *Eccriſis* aliqua *in* Exteriore Miſti *Superficie*, vel etiam in *Parietibus Rimarum* & *Cavernarum*, inſtar *Lanuginis*, aut Subtiliſſimi *Muſci*, apparens, imo etiam *Fungos* Exiliſſimos interdum referens, in *Liquidorum* vero Superficie *Pelliculam* repræſentans.

4 Ceterum *ambiguum* nobis adhuc eſt, *an* Situs hi ſive Muffæ hæ *omnes ejuſdem Speciei* ſint, & ab ejuſdem Speciei *Cauſis* proveniant.

XII

Digitized by Google

XII

1 CALOREM INTERNUM ab EXTERNO *extrahi, educi, diſſipari*; Calore autem *exeunte ſimul evaporare* HUMIDUM *Mixti*, ſive *Proprium*, ſive *Alienum*, & Adventitium, docent *Vicomercatus*, Jacobus *Zabarella*, & Julius Cæſar *Claudinus*.

2 Contra Franco *Burgersdicius*, Colleg. Phyſ. Diſp. 17 Th. 12 *Humidum Mixti, quia regi amplius nequeat a Calore Naturali nimis aucto, ideo exhalare, & cum eo Calorem Naturalem.*

3 Hæ *Opiniones Somniis* ſunt *ſimiliores*, quam *Scientiæ*, ex Naturæ Obſervatione, per genuinas Hypotheſes elicitæ.

XIII

1 Qui, Miſti Homogenei, ſive Similaris, quale Ariſtoteles, ejuſque Sectatores volunt eſſe id, quod ex Elementis conſtituitur, Putredinem explicantes, *Calorem Internum, ab Externo evocatum, evaporare*, &, ne *Vehiculo* deſtituatur, ſecum *educere Humidum*, *ideoque ea, quæ putreſcunt, primo in Exterioribus Partibus Humidiora fieri, diminutum* vero ita *Calorem Proprium* porro ab Interno Frigore *debilitari*, adeo, *ut Humidum*, & *Siccum non amplius ab eo terminari, uniri, regi, & coerceri poſſit, ideoque Humidum diffluere*, & in auras diſpergi; *Siccum* autem *relinqui, atque ita Miſtum in Elementa diſſolvi*, docent*;

*Zabarel. l. a de Miſti Gener. & Inter. c. 1 (col 610, & 611 A), & c. 10 (col. 634, F &c.)

2 præterquam, quod *Oblivionis-Errata*, in Doctrina Miſtionis admiſſa, repetunt, (Confuſionem præſertim Homogenei, & Heterogenei Mixti, cum Putredo ita explicata Similari Mixto convenire omnino nequeat), multas inſuper novas Abſurditates, & Opinionum Portenta accumulant.

3 Nam & C*alorem*, quem tamen Accidens eſſe ſtatuunt, *de Subjecto in Subjectum tranſire*, & Localiter *moveri*, atque attrahi;

 & Qua-

Digitized by Google

& Qualitatem aliam, ſcilicet *Humiditatem*, rurſus *attrahere*, ſi- 4
ve ſecum rapere;

item *Qualitatem* agere *in Qualitatem*, (Frigus in Calorem), *com-* 5
muni Subjecto inhærentem, ſtatuunt;

denique Ordinariam ſive Naturalem *Miſti Reſolutionem Genera-* 6
tioni ejuſdem Naturali prorſus *non Oppoſitam*, (quod tamen decebat),
proponunt.

Ne dicam, quod ea, *quæ putreſcunt*, interdum, *non ſemper*, *nec* 7
omnia fiant Humida.

XIV

Dum durat illa Calidi, & Humidi *Evaporatio*, ſive Humidi, & Sicci 1
Diſſolutio, vel perdurat adhuc Miſti *Forma* Subſtantialis, vel abolita
jam eſt, (ſive Annihilatione, ſive Redintegratione aboleatur).

Si *perdurat*, *duo* aderunt, ad minimum, *Miſta*, *eâdem* Subſtantiali 2
Formâ prædita, alterum Calidum, Humidum, & Volatile, alterum
Frigidum, Siccum, & Fixum, ideoque requirentur *duæ* aliæ *Putredi-
nes*, per quas corrumpantur, & in Elementa tranſeant.

Si *abolita* eſt, quia Momento interire nata eſt, tota iſta Evapora- 3
tio & Diſſolutio erit, Elementorum ſive Mutatio, ſive Affectio, non
Miſti, quod jam ante Putredinem interiit.

XV

adverſ. Mercenar. de Putred. Diſp. 1 c. 8 pag. 153 med..

Si *Calor Ambientis* ideo *educere Internum* dicitur, *quia Vias Meatusq; Corporis Putreſcentis laxat, & aperit, ut Interno ad exitum pateant*; certe id quod exit, *Subſtantia* eſt, ſive Calor ſolus ſit, ſive Calor in Humido Vehiculo, & per conſequens, *Miſtum* Exquiſite *Similare* non erat.

XVI

XVI

» Si *Calor Internus e vocatus*, (utut Humido inſidens), *deſerit Miſtum*, hoc eſt, Sicciores Miſti Partes;
aut *Accidens de Subjecto in Subjectum* migrat,
aut Calor ille *Subſtantia* eſt, ideoque *Miſtum Similare non* erat.

adverſ. Zabarel. ad l. 4 Meteororum p. 1012 fin., & 1017 med.,

XVII

« Si *Calor Ambientis* ideo *non poteſt Corruptive agere in Calorem Miſti*
« *Internum, quia Specie Similes ſunt*; Calor *Internus Miſti Accidens* eſt.

adverſ. Mercenar dict. c. 8 fine, & Zabarel. in l. 4 Meteor. p. 1012.

XVIII

1 Qui in eodem Corpore *Miſto*, Exquiſite *Similari*, quod modo Frigidum, modo Calidum, Fervidum, Ignitum, ejuſdem tamen Sub-
» ſtantiæ permanet, *Calorem* aliquem Proprium, quem *Temperaturæ* vocant, *ejusdem* tamen *Speciei cum* Extraneo, ſive *Adſcititio* Calore, ponunt, & *utrumque Qualitatem* ſtatuunt;

2 *Cauſam* nobis afferant, neceſſe eſt, *cur*, cum Natura eodem modo agat, *Adſcititius* ille Calor, utut ſæpe Validus, univerſus *abeat*, Calor autem *Temperaturæ*, quem vocant, qui ſæpe Inſenſilis eſt, donec *Subſtantia ſalva*, *ſalvus* ſemper perſtet.

Zabarella de Putref. Vini in Acetum ad l. 4 Meteor. p. 1044 verſ. 40 & 43, & pag. 1045, verſ. 18. &c..

3 Quod ſi *dixerint*, Proprium iſtum Calorem, ut & Totam Temperiem, a *Forma* Abdita *emanare*, vel per Emanationem dependere;

4 primo *abſurdum* eſt, Qualitatem, aut *Qualitates*, quæ totam ſuam *Eſſentiam*, & Intenſionem *ab alio Agente* habuerunt, *ante*quam Forma iſta Abdita oriretur, imo ad eam Præparatio & *Diſpoſitio* fuerunt, jam ab ea dependere, eique Exſiſtentiam ſuam debere.

Deinde

Deinde, ſi *Intenſiſſimum Frigus* agat *in Miſtum* aliquod *Debili* 5
Calore Proprio prædıtum, *Forma* Abdita

vel *continue* per Emanationem *reficiet* Imminutum Calorem, ut ſalvâ Temperie, & ipſa incolumis perſtet,

vel *interemto* Calori *novum* per Emanationem *ſubſtituet.*

Atqui *antea* ipſa, *niſi prævio* hoc Calore, in Subjecto *exſiſte-* 6
re non poterat.

Verum jam *ſupra*, *utrumque*, tam Abditam Formam, 7
quam Emanativam Actionem, Novatorum *Commentum* eſſe, diximus, veteri Peripato prorſus ignotum.

XIX

Qui, *etiam Extraneum*, ſive Adventitium *Humorem Subjectum Pu-* 1
tredinis eſſe; dicunt, adeoque *Calorem Internum*, *eo Vehiculo* uſum, *evaporare, & per Conſequens, Humorem Proprium Ligni*, Calore Naturali non amplius coercitum, & ipſum *evaporare* *;

*Zabarel. ad " l. 4 Meteor. " p. 1020, & " 1019, ubi di- " cit ſe primum hoc inveniſſe.

explicent, neceſſe habent, *quomodo* aut *Calor* Naturalis *Mixti*, *de* 2
Humido Naturali in Adventitium, de Subjecto in Subjectum, tranſire, aut Calor *in Adventitio* Humore productus, Calor *Internus* dici queat.

Item *Aqua*, verbi gratiâ, a *Ligno imbibita*, *utrum* ſit adhuc *Aqua*, 3
an *in Miſtum* aliquod *tranſmutata* ſit, an *Subſtantialiter Unita* Ligno.

Si *Calore conveniet*, certe *Siccitate non* conveniet cum Ligno. 4

Si concedatur *in Aquâ*, Poris Ligni concluſâ, *impreſſum* eſſe 5
aliquem *Calorem Similem*, ſive æque Intenſum Calori Naturali Ligni, nihil hoc tamen ad propoſitum.

Nam, toto illo Aquæ Calore jam per Evaporationem *evocato*, 6
tantundem Caloris Naturalis in ipſo *Ligno ſupereſt*, ideo adhuc *dominari* poteſt, uti volunt, *Paſſivis* Ligni *Qualitatibus*.

Et

Digitized by Google

7 Et per Conſequens *nulla Cauſa* eſt, ut Oleaginoſum Ligni *Humidum evocetur*, & a Sicco Ligni ſeparetur, qua in Separatione Formaliter Putredinem Ligni conſtitutam putant.

SCHOLION.

Zabarella, quia *fateri non vult*, *Ariſtotelem Seniorem Sapientiorem* » fuiſſe ſeipſo *Juniore*, potius *a ſe ipſo diſſentire* vult. Quod ge- » nus Diſſenſionis eſt *turpiſſimum*, ut Plato ait.

XX

1 » Si *totus Putredinis* PROGRESSUS *tres* PARTES continet, in quarum Zabarel.ad l.4 Meteoror.
» *primâ* ita *ſeparatur Humidum a Sicco, ut Minima illius Minimis hu-* p.1023.
2 » *jus juxtapoſita ſint*; in
ſecundâ, *Miſti Forma perit*, (hoc eſt Atomus quælibet Miſti tres Novitates Formarum Elementarium abjicit, & Remanentiam priſtinæ Formæ ſuæ redintegrat, ſive Formam ſuam priſtinam inte-
3 gram recuperat); in
» *tertiâ Humidum in Vaporem vertitur*, atque ita a Contactu Sicci » prorſus avellitur;
4 » *Eſſentia* autem *Putredinis non in Corruptione*, aut Evocatione *Ca-* p.1015.
» *loris*, *ſed in Diſſolutione Humidi & Sicci* conſiſtit:
5 certe ratio & Eſſentia Putredinis in tertia Progreſsûs iſtius Parte, quàm in prima, evidentior eſt, ideoque *tertia* Progreſsûs Pars merito *Putredinis Pars* dicitur.
6 » At, ſi *Putredo*, prout hic definitur, eſt quid *ex Via* & *Termino*, p.1023. hoc eſt, Diſpoſitione prævia, & Corruptione, ſive Annihilatione Formæ conſtans, *tertia* Progreſsûs *Pars* non Pars Putredinis, ſed *Appendix*, dicenda fuerit.
7 » Rurſus, ſi *Terra* & *Fimus* eſt *Extremum* cujuſque *Putredinis*, tertia p.1026. Progreſsûs Pars, Putredinis quoque *Pars* ſtatuenda eſt.

Digitized by Google

XXI

*Zabarel. ad l. 4 Meteor. p. 1019, v. 25, ſeq.. p. 1012, verſ. 13, ſeq.. p. 1023, v. 4.

,, Qui, *de Subjecto in Subjectum Accidens non migrare*, confitentur, 1
,, *ideoque Calorem educi non poſſe, niſi cum aliqua Subſtantia Humida,*
,, *tanquam Vehiculo*; *Vehiculum* autem illud eſſe interdum *Proprium.*
,, *Humorem*, interdum *Extraneum*; *ad Evaporationem* porro *Caloris*
,, *Interni*, etiam *cum Extraneo Humore* factam, neceſſario dein *conſequi*
,, *Evaporationem Humidi* Proprii, quippe *cum Calor Internus* Humidum
,, *cum Sicco unitum contineat*; *rem* denique ipſam, quæ Putreſcere di-
,, citur, *non prius* revera *Putreſcere, quam Humor* Pro*prius exeat*, atque
,, ita *Miſtum in ſua Componentia*, nimirum *Humidum, & Siccum*, *diſſol-*
,, *vatur* *; hi certe non niſi *de Miſto Diſſimilari*, ex Fluidis & Conſi-
ſtentibus Particulis conflato, intelligi poſſunt.

*p. 1022 init. 1023, v. 23 &c., & p. 1015.

,, Iidem, ubi addunt, *Putredinem in Separatione Paſſivarum*, (Ariſto- 2
,, teles nunquam dicit, ſeparari a ſe invicem Qualitates, aut Facultá-
,, tes), *Formaliter* ſive ſecundum *Eſſentiam, conſiſtere*, ideo, *quia Miſtio-*
,, *nis* Eſſentia in *Terminatione* Paſſi*varum, ab Activis* factâ, conſiſtat;
,, deinde, *Formam* Miſti *non ſtatim interire in initio hujus Separationis,*
,, *ſed ſolam* Temperaturam *labefactari, Formam* Miſti *adhuc permanere* *;
hi *Humidum, & Siccum*, ut *Qualitates*, certe accipiunt.

,, Iidem rurſus cum docent, non in fine demum Putredinis, *cum* 3
,, *Humidum totum exhalavit, & Terra, ac Fimus tantum ſuperſunt, For-*
,, *mam Miſti corrumpi, ſed* in Momento *aliquo inter Extrema* Putredinis
,, *intermedio*, ubi nimirum eo uſque proceſſerit Separatio Humidi a
,, Sicco, ut *ſeparata ſint* omnia *Minima Humidi a* Minimis *Sicci, juxta-*
,, *poſita tamen, & ſe tangentia*; tum vero de Miſto, nec Exquiſite, nec
Apparenter tantum Similari, ſed *de Miſto* quodam *Stoico* loqui vi-
dentur; quod ex Particulis Humidi & Sicci ſe invicem Penetran- 4
tibus conſtet, & per anteriorem hanc Putredinis Partem in Miſtum
Apparenter Similare convertatur.

Rurſus

5 » Rurſus, cum dicunt, eam Putredinis *Partem*, *quæ Formæ* Sub- * p. 1023.
» ſtantialis *Corruptionem antecedit*, eſſe *prævìam Alterationem* *; *Humidum* & *Siccum pro Qualitatibus* accipiunt, & *Alterationem pro* *Motu Locali* ſubſtituunt.

6 » Deinde ubi *Humidum* tandem omne *in Vaporem verti*, atque ita * p. ead.
» *Terram & Fimum relinqui* dicunt *;

rurſus non, niſi de *Miſti* revera *Diſſimilaris* in ſuas *Hypoſtaticas* *Partes* Reſolutione, deque *Humido*, & *Sicco*, ut *Subſtantiis*, loqui videri queunt.

7 Præterea duas *Diverſiſſimas Mutationes*, quarum una antecedat, altera conſequatur Formæ Corruptionem, *uno* Putredinis *Nomine*, & *Definitione* comprehendunt.

8 *Obliviſcuntur* etiam *Formarum* Subſtantialium, *quæ* in Humido Evaporante, & Sicco Superſtite, Miſti Formæ *ſuccedant*.

9 Illud autem vel maxime Animadverſione dignum, quod de Putredine hac ita ſemper *loquuntur*, *quaſi ex duobus*, non ex quatuor *Elementis Miſtum* conſtet, neque in quatuor, ſed *in duo reſolvendum* ſit.

10 Poſtquam enim omnia Humidi Minima Minimis Sicci juxtapoſita ſunt, & *Forma Miſti expulſa*, quæro, *num* Formæ *Aeris* & *Aquæ in Humidis Particulis*, Formæ vero *Ignis* & *Terræ in Siccis* Atomis *ſucceſſerint*, adeo ut jam hoc ipſo Momento Miſtum in quatuor reſolutum ſit; *an vero Humidum* demum tum, *cum* jam *evaporavit in Aerem* & *Aquam*, vel etiam *Ignem*, *Siccum* item *Superſtes in* Terram & *Ignem*, tandem, novâ aliquâ Putredine, diſſolvatur.

11 Denique & hoc Caſtigatione indiget, quod *ſupponere videntur*, *Formæ* Subſtantialis *Introductionem*, etiam *ſecundum Extenſionem*, in *Momento* fieri, cujus tamen *contrarium*, tum *ipſi* alias fatentur, tum *Experientia*, (ſuppoſito Formæ Abditæ Dogmate), manifeſte evincit.

12 *Lignum* enim *Succeſſive*, ſecundum Extenſivas Partes, *in Ignem* vertitur.

Quod ſi igitur *Separatio* Humidi a Sicco eſt *Diſpoſitio* ad Formam Miſti corrumpendam, *Partes* illæ Miſti, quæ jam *in Humidum*, & *Siccum* diremtæ ſunt, *Formam Miſti exuent*, *neque exſpectabunt*, donec etiam reliquæ Partes omnes ita in Humidum, & Siccum divulſæ ſint. 13

Sicut una *Pars Ligni*, quæ per ſummum Calorem *ad Formam Ignis* Abditam ſuſcipiendam *diſpoſita* eſt, *non cunctatur* in Forma ſuſcipienda, donec etiam reliquæ Partes ad eundem Caloris Gradum perveniant. 14

XXII

*Zabarel. l. 2 de Miſti Gener. & Inter. c. 16, circa initium.

» *Male* Logicas *Diviſionis Leges* obſervant, qui *Putredinem* DIVIDUNT in *Totalem*, & *Partialem*, *illam*que definiunt, *qua res in Elementa reſolvitur*, *hanc*, *qua id non fit*, eamque rurſus duplicem eſſe ajunt, *unam*, *quæ mera ſit Alteratio*, *alteram*, quæ ſit *Miſti in* aliud *Miſtum* Corruptio, ut *Vini in Acetum*, *Sanguinis in Humorem Putridum**. 1

Major enim eſt *Convenientia Putredinis*, quæ *in Novum Miſtum* terminatur, *cum* Putredine, quæ *in Elementa* reſolvit, quam *cum* ea Putredine, quæ mera *Alteratio* eſt. 2

Imo hæc cum illis ne Synonymice quidem convenire poteſt. 3

Mutationes enim *Species* capiunt, *a Terminis*, uti ipſi docent. At *Corruptionis* in Miſtum Terminus eſt *Subſtantia*, *Alterationis Accidens*. Subſtantia vero, & Accidens univoce non conveniunt. 4

* Zabarel l. 3 de Miſti Gener c 5 (col. 665 B).

Deinde non video, quomodo Alteratio dici poſſit *Humidi Proprii Evaporatio*, cum hæc Motus Localis ſit, & *Diacriſis*, uti vel ipſi* fatentur. 5

Debuiſſent prius *Homonymum* Putredinis *Nomen diſtinguere*, dein *definire*, aut *demonſtrare*, dein *proprie dictam*, id eſt eam, quæ ſecundum Subſtantiam eſt, *dividere* in Totalem, & Partialem. 6

SCHOLION I.

Scholion I.

1 *Occaſio* tot *Abſurditatum*, in quas Exegetæ Ariſtotelis, in Doctrina de Miſtione, & Putredine, incurrunt, hæc præcipua eſt, quod *non animadvertunt*, aliam longe eſſe ARISTOTELIS de Miſtis, in *quarto Meteorologico* libro, (quem Senior, & Obſervationibus inſtructior ſcripſit), quam in libris de Generatione & Corruptione Sententiam.

2 In his enim Miſtum Exquiſite Similare conſiderat, ejuſque quamlibet Partem Miſtam eſſe contendit.

3 At toto libro quarto Meteororum nulla alia, præterquam Apparenter Similaria, hoc eſt, ex Partibus per SYNCRISIN conſtituta, & in alia Simpliciora per DIACRISIN Reſolubilia Corpora contemplatur.

4 Quamvis autem nonnulla etiam *admiſceat*, quæ *Exquiſite* forſitan *Similaria* ſunt, ut *Sales Simplices, Hydrargyrum, Aurum*, &c., tamen hæc ipſa Corpora eodem modo ex Elementis per Syncriſin compoſita præſumit.

5 " *Calorem* e Miſto *elici, extrahi, evaporare, exire* paſſim aſſe-
" rit, *elidi* etiam cap. 6 § 25, & 8 § 33, *per Antiperiſtaſin*, ſive Cir-
" cumobſiſtentiam *cogi, ac contrahi*, cap. 5 § 22, atque etiam *ſecerni* c. 1 fin.. At hæc non Qualitati, ſed *Subſtantiæ* congruunt.

6 Neceſſe itaque eſt, vel Ignem, vel Calidiores Hypoſtaticas Partes Miſti per Internum Calorem intelligat.

7 " De Subſtantia item loquitur, cum, *Calorem a Calore corrum-*
" *pi*, ait c. 1 in Definit Putredinis, & c. 11. Calidiores enim Partes Miſti, hoc eſt, Halabiliores, ſive Volatiliores, diſſipari, abſumi, ſecerni ſignificat.

8 " Subſtantia item, ſive Corpus ſit, neceſſe eſt, *Calor* ille Mixti
" *Internus*, qui, ubi *potentior* eſt *Externo*, *Humorem* Externum in-
" tra Miſtum *attrahit*, ideoque Putreſcentia tandem *Arida* reddi dicuntur, quia nihil Caloris ſupereſt, quod Humorem attrahere
9 " queat, c. 1 & 3 § 12; *Concoctionem a Calore Interno*, ſive *Naturali*,
" ſive Proprio, *peragi*, aſſerit c. 2 § 7; *ab Igne qui Humido* ipſius Miſti *ineſt*, cap. 3 § 12.

10 De Calore, ut Subſtantia, etiam loquitur Probl. ſect. 38, probl. 3:

Digitized by Google

“ ἐγκατακλείεται ἡ Θερμότης | *introcluditur Calor.*

Hic Caliditas pro Calido, alias Calidum pro Calore, aut Calidi-
tate.

“ *Humidum* & *Siccum a ſe* invicem *terminari*, toto libro paſ- 11
“ ſim, & *alterum alteri inſtar Glutinis* eſſe, *ſicut Farina cum Aqua in*
“ *Maſſam* coit, c.4 § 19. *Humidum Evaporare, exire, educi, excer-* 12
“ *ni* toto libro, item *elidi*, c.7 § 30. Ea, *quæ a Frigore exſiccantur*, 13
“ ideo *exſiccari*, *quia Calor ob circumſtans Frigus exit*, (eliſus ſcili-
“ cet, ut loquitur c. 6), & evaporat, ſive *exſpirat*, & ſimul *Humorem*
“ *ſeparat, ſub Vaporis Specie educit, abſtrahit, abſumit* c 5 § 23.

Certe, ſi *Qualitas* eſſet *Calor* hic, *interimeretur* potius a 14
Frigore, aut *Inhærens Humido*, eliſo, a Frigore, *ſepararetur* ideo,
quia Humidum ſepararetur, non contra.

“ C. 7 (in initio) *Oleum Aere plenum* eſſe, *ideoque Aquæ inna-* 15
“ *tare. Manifeſtius* id explicat locus inſignis l.2 de Generatione Ani- 16
malium c.2, qui dignus eſt, qui totus deſcribatur.

“ Τὸ Ἔλαιον ἔχει Πνεῦμα
“ πολύ. ἔστι γὰρ οὔτε Γῆς,
“ οὔτε Ὕδατος, ἀλλὰ Πνεύματος
“ τὸ Λιπαρόν. Διὸ καὶ ἐπὶ τῷ Ὕδατι
“ ἐπιπολάζει. ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ ὢν
“ Ἀὴρ, ὥσπερ ἐν Ἀγγείῳ,
“ φέρει ἄνω, καὶ ἐπιπολάζει
“ καὶ αἴτιος τῆς Κυφότητός ἐστι.

Oleum habet Spiritus
multum. Eſt enim neque Terra
neque Aqua, ſed Spiritus
Pingue. Unde & in Aqua
natat. Qui enim in ipſo eſt
Aer, tanquam in Vaſe,
fert ſurſum, & in ſummo ſuſtinet,
& cauſa Levitatis eſt.

Dicit, ut in Vaſe includi, non ſub Superinducta Forma latitare.

“ Eandem ob cauſam *Ligna præter Ebenum Aquæ innatare, quia* 17
“ ſc. *multum Aeris habent, ex Ebeno vero Aerem exſpiraſſe* (διαπέπνευ-
“ κεν ait) c.7 fine.

“ Rurſus l.4 Meteor. c.5 § 23, *Vino, Urina*, Sero, *Sedimentum*, ſive 18
“ Craſſamentum tribuit; *Lac* itidem ex *Sero* & *Caſeo* conſtare, *San-*
“ *guinem* etiam *Fibras* continere, paſſim docet.

Tandem, ubi nuſquam toto libro de Miſto Exquiſite Similari 19
mentionem feciſſet, in Epilogo, nimirum capite ultimo § 41, ait;
“ *Ex Elementis Similaria, ex Similaribus tota Opera Naturæ*, hoc eſt,
“ Plantas & Animalia conſtare. Et c. 11, præcipue *Terram & Aquam* 20
“ *Materiam eſſe Miſtorum.*

Certum itaque eſt, *nulla* hic amplius ab eo ſtatui Corpora 21
Exquiſite Similaria, quæ *inter Elementa*, & *Syncritice Miſta* ſint
media.

Digitized by Google

II

DEFINITIO GENERATIONIS Univerſalis, & SIMPLICIS initio l. 4 Meteororum propoſita, ſolis *Miſtu*, & quidem *per Syncriſin* Miſtis, congruit, & talis eſt:

« Μεταβολὴ ὑπὸ « τούτων τῶν Δυνάμεων, ὅταν ἔχωσι « Λόγον ἐκ τῆς ὑποκειμένης Ὕ- « λης ἑκάστῃ Φύσει.	*Mutatio* facta *a* quatuor primis *hisce Facultatibus, ubi obtinuerint Proportionem ex ſubjecta Materia, cujusq. Natura* ſive Speciei.

In Definitione hac per Μεταβολὴν *intelligit* non Tranſmutationem aliquam Exannihilativam, ſed Ὁρισμὸν, Σύμφυσιν, *Terminationem, Conglutinationem Fluidi & Conſiſtentis*, item *Humectationem, Exſiccationem, Emollitionem, Indurationem.* Uti ex verbis paulo antecedentibus, hoc eſt, initio ipſius libri, manifeſtum eſt.

« Per Λόγον intelligit Formam Miſti, non Abditam tamen, ſed *Proportionem* ipſarum Hypoſtaticarum Partium Miſti, hoc eſt, *Elementorum* in Miſto inexſiſtentium. Uti ex initio c. ultimi ejuſdem l. conſtat:

« ἔστι δὲ ἅπαντα, « ὡς μὲν ἐξ Ὕλης, « ἐκ τῶν εἰρημένων.	*ſunt autem omnia* hæc Similaria Miſta, *ut ex Materia, ex iis, quæ diximus*, hoc eſt, ex Elementis.
« Ὡς δὲ κατ᾽ Οὐσίαν, « τῷ Λόγῳ.	*Quod vero Subſtantiam* eorum attinet, *Proportione* conſtant.

Conferantur etiam ex c. 2 hæc verba:

« Ὅταν κρατηθῇ ἡ Ὕλη, « καὶ ἡ Ὑγρότης. Αὕτη γάρ ἐστιν « ἡ ὁριζομένη ὑπὸ τῆς ἐν τῇ Φύ- « σει Θερμότητος. Ἕως γὰρ « ἐνῇ ἐν αὐτῇ ὁ Λόγος, « Φύσις τοῦτ᾽ ἐστι.	*Donec ſuperetur Materia, & Humor. Hic enim eſt, qui terminatur ab eo, qui in Natura* eſt, *Calore. Donec enim inſit in Humore Proportio*, Terminationem hanc fieri oportet, & *Natura hæc* eſt, *ſive Species*, ſive Eſſentia, ipſius Miſti.

Zabarella quoque in libro de Conſtitutione Phyſices, c. 28 (col. 59 A,B,C), item in Commentario in hunc librum, p. 961, fin., » & 962, init., fatetur, *Generationem Simplicem Miſtis* hic, ut *pro-* » *prium* aſcribi, fieri autem hoc ideo dicit, *quia Elementa non inte-* » *gra putreſcunt.*

III

Digitized by Google

III

“ Paſſim *Ariſtoteles* hoc eodem quarto Meteororum, c.7, 9, & ali- 1
“ bi, *Miſtis* illis, quæ hic conſiderat, & *Similaria* vocat, POROS, ſi-
“ ve Meatus tribuit, eoſque partim *Vacuos* (Κενοὺς), partim *Repletos*
“ *Corporibus Liquidis*, iiſque modo *minus*, modo *magis Fluidis*, mo-
“ do *Mollioribus*, modo *minus Mollibus*, modo *Directim*, modo
“ *aliter poſitos*. Ex qua Varietate Foraminum, ſive Meatuum, *Dif-* 2
“ *ferentias Liquabilium, & non Liquabilium, Flexilium, Directilium,*
“ *Friabilium, Fractilium, Fiſſilium, Preſſatilium, & Contrario modo*
“ *ſe habentium*, deducit.

Itaque *Apparenter* tantum Similare eſt Miſtum, quod *Simila-* 3
re vocat, *neque* magis, quam Spongia *Continuum*.

XXIII

,, Qui *Putredinem*, quam SECUNDUM PARTEM appellant, *Com-* 1
,, *munem* faciunt, tum Entibus Aggregatitiis, verbi gratiâ, *Elementis*
,, *tribus inferioribus*, *Admiſtione aliorum* Corporum Specie Diverſo-
rum, (ſive Simplicia, ſive Miſta, item ſive Conſiſtentia, ſive Fluida,
,, ſive Fluxa, ſint), inquinatis & *impuratis*, tum *Miſtis* proprie dictis*;
Homonymias, quaſi datâ operâ, in Scientiam Naturalem introdu-
cunt, quas omni cura excludere & eliminare ex ea debebant.

* Zabarel. ad l. 4 Meteor. p.1002, & 998 & ſequ., & l.2 Miſti Gen. & Inter. c.14.

Nam *Enti per accidens*, & Enti vere ſive per ſe *uni nulla Affectio* 2
Communis eſſe poteſt, *neque* eadem Specie eſſe utriuſque Corruptio,
ſive Deſtructio, neque Cauſa, & Modus Corruptionis, aliuſve Af-
fectionis in utroque Univoce convenire.

,, Quod vero dicunt, in *Elementis Impuratis*, quamvis *Intrinſecus* 3
,, (Internus) *Calor*, & *Interna Humiditas non adſit*, *adeſſe tamen Calo-*
,, *rem* & *Humidum Intrinſecatum* (*Internatum, Appropriatum**); meræ
Nugæ ſunt.

* p.998 dict., & c.14 dict. (col. 547, D, E, 649 A), item ej. l. c 12 (col. 642 A, B).

Quod ſi fateantur, *Miſta*, quæ Exquiſite *Similaria* dicuntur, re- 4
vera eſſe *Diſſimilaria*, tum ſane Miſtis Apparenter tantum Similari-
bus, & Corporibus Admiſtione impuratis, *Mutatio* aliqua, *per Ec-*
criſin, ſive *Diacriſin* facta, abſque Synonymiæ injuria, *Communis*, ſta-
tui poteſt.

Digitized by Google

XXIV

1 ,, Eodem modo *Homonymias* in Phyſicam invehunt, qui *Putredinem*,
,, quæ *ſecundum Partem* dicitur, *Communem* faciunt, tum illis, *quæ*
,, *tantum alterantur, Formâ Subſtantiali adhuc ſervatâ*, tum his, *quæ* ſe-
,, cundum *Subſtantiam* quidem *corrumpuntur*, *non* tamen *in* quatuor
,, *Elementa reſolvuntur, ſed in aliud Miſtum, (ut Vinum in Vappam, San-*
,, *guis in Humorem* Putridum, vel Pus), *transmutantur**.

2 ,, Quod vero *Gradum* Putredinis, *qui* tantum *alterat*, ab eo qui
,, etiam *transmutat*, eâ re diſcernunt, quod *illa Putredo cohiberi*, *&* *re-*
,, *primi*, *re in integrum reſtitutâ*, *queat*, *hæc* vero *non queat* *; de eo
Diagnoſtico, (quod Syndiacriſi potius convenit, quam Tranſmutationi Exannihilativæ), in *ſuperioribus* (c. 12) jam *actum* eſt.

*Zabarel. ad l. 4 Meteor. p. 1004, & l. 2 de Miſti Gen. & Inter. c 16 (col. 632 D, E).

* dict. c. 16 (col 632 E, F).

XXV

1 *Nullius Phænomeni*, circa Putredinem Obſervabilis, *rationem* reddere poſſunt, ex ſuis Hypotheſibus, *Peripatetici*.

2 Verbi gratiâ, *cur* omnia, *quæ ſenſim* ita *corrumpuntur*, *fœteant*, *cum* tamen *Putredo minus Violenta*, minuſque Velox ſit, *quam Aſſatio*, & *Elixatio*, *magisque Formam ſervet*.

3 Nam *Pomum Putridum*, quod adhuc Pomum Putridum vocari poteſt, quodque nondum factum eſt merus Situs, (nam Terra mera fit nunquam), ſervat omnem Figuram priſtinam.

4 Sicut *neque* rationem reddere poſſunt, *cur* quædam *Aduſta fœteant*. (Empyreumatis, inquam, Demonſtratio ſimile quid habet Putredinis Fœtori).

Digitized by Google

XXVI

Omnia, *quæ* per Putredinem vulgo dictam, (hoc eſt, Lentam Humidi, & Calidi Actionem), vere *corrumpuntur*, 1
vel *manifeſte Diſſimilaria*,
vel *Apparenter* tantum *Similaria* ſunt,
& *per Diacriſin* deſtruuntur.
Nec in ſola Elementa, *ſed* etiam in alia, 2
vel Exquiſite *Similaria*,
vel etiam *Diſſimilaria*, minus tamen Compoſita,
Corpora reſolvuntur. Quorum 3
Volatiliora in auras abeunt,
Liquabilia eluuntur,
Fixiora, & Illiquabilia in Putredinis loco *remanent*.

XXVII

Si quis, Putredinem vulgo dictam ita fieri, dicat, ut *Humor* præſertim *Aqueus*, vel *Aer* Humidus, (id eſt, Atomos Aquæ ſecum vehens), ſe *in Poros* rei Putreſcentis inſinuans, *Partes* ejus *Salinas Liquatas* ſecum auferat, *Calor* vero *Volatiles* Partes diſſipet, Partes item non Volatiles quidem, ſed *Rarefactiles* tamen, diducat, atque ita Meatus Laxiores, & Humori admittendo Aptiores reddat, ſive per vices, ſive ſimul agant Humor & Calor; ille & omnia vulgo trita Putredinis *Phænomena* ſatis commode *ad Principia* reducet, & *Abſurditates* iſtas omnes, quas præcedentibus Aſſertionibus reprehendimus, & plures alias *declinabit*. 1

Humor enim, dum ſubit Meatus, primum Atomos Salinas, quas in Parietibus Meatuum offendit, liquans, lambit, quaſdam etiam 2

non

non Salinas, Salinarum tamen abiectarum nexu ſolutas, ſecum avehit, atque ita ſic ſibi novos *Meatus* efficit, *Cavernas* etiam Meatibus continuans.

3 Eodem modo *Ignis* Atomi ſubingreſſæ, quas in Meatuum Parietibus offendunt, ſibi convenientes Atomos, per Anfractus Meatuum ſub Halitûs Specie educunt, atque ita, quo plus Solido Conſiſtentium Partium detrahunt, eo magis Vacuum earundem augent.

4 Nec ſolum Humor, & Calor ſibi mutuas haſce operas in Putrefactione præſtant, ſed & *Partes* ipſæ *Diverſæ*, ex quibus Miſtum, vel manifeſte Diſſimilare, vel Apparenter tantum Similare, conſtat, *in ſe invicem* Lentâ quadam Actione agere poſſunt.

5 Exempli gratiâ, ſi *Humor Acidus* vel *Subacidus*, qui in *Pomis* continetur, *Membraneas Partes*, quibus includitur, penetrare & *corrodere* dicatur.

6 Membraneæ iſtæ Partes in *Aurantiis* & *Citreis* quidem *magis Conſpicua* ſunt, in Vulgaribus tamen Malis non prorſus latent.

7 *Ubi Membraneæ* Partes *non* adſunt, non deerunt *aliæ*, hac ratione Corroſioni obnoxiæ.

XXVIII

1 „ Quod *Actio Caloris in Humidum Miſti*, ſive, quod *Humor* Miſti *ob* „ *Calorem Evaporans*, alias *putrefacit*, alias *præſervat a Putredine*; id nullam nobis *neceſſitatem* affert, ut, Evaporationem illam, quæ putrefacit, *aliâ*, quam communi *Caloris* & *Humidi Volatilis Lege*, fieri, 2 ſtatuamus; quaſi in Putredine
„ vel *attrahatur Calor* Miſti, (& per conſequens Humidum), a *Calo-*
„ *re Ambientis, ut Simile a Simili*;
„ vel etiam *Calor Miſti a Calore Ambientis* ſecundum Gradum
„ *auctus*, atque ita *Proportione* convenienti *amiſſâ*, *Præternaturalis*, &
„ *Agens factus*, ſponte ſua *Miſtum deſerat*.

Zabarella ad l. 4 Meteor. p. 1012, 1025, & de Putred. Vini in Acet. p 1047.

Id. ad l. dict. p. 1012.

Alb. Magn. apud Zabarel. d. l. pag. 1017.

3 Multo *minus*, ut *utramq*; Superfluam *Hypotheſin conjungamus*.

 Varie-

Varietas enim illa Actionis Caloris in Humorem, aut Liquidas 4
Partes Miſti, dum modo præcavet, vel inhibet, modo promovet
Putredinem, in Diverſum Caloris Gradum, & Humoris Copiam
Diverſam, præcipue autem *in Moderamen* & *Ordinem Actionis* hujus, denique in *Vices* Actionum, quas Humor, ſive Proprius, ſive Adventitius, vel abſque Calore, vel cum Calore in Partes Salinas Miſti exercet, facile & commode referri poteſt.

Verbi gratiâ, ſi *Calor* eâ Lenitate, & Segnitie agat in Humores 5
Miſti, ut eos non evocet, ſed tantum ultro citroque in Miſto commeare faciat, ita ut *Partes* Miſti, *Humore minus Volatiles*, ſive intrinſecus Siccas, ſive Pingues, ab aliis *Fixioribus avellat*, vel etiam Partes *æque*, atque ipſe Humor eſt, Volatiles, ſed Fixarum Partium arctioribus vinculis, & quaſi clauſtris ligatas, & ſeptas, inde exſolvat, & liberet, Partes *Salinas liquans* & Cavernulas pervias, ac Meatibus Continuas reddens. Hôc, inquam, Moderamine, Calor ſi agat, 6
non dubium eſt, quin Miſtum hoc pacto magis magiſque *Diſſimilare*, & ulteriori Diacriſi opportunum evadat, & *tandem*, omnibus Volatilibus Partibus eductis, Fixis etiam nonnullis ſimul abjectis, *Pulvis* merus ſuperſit.

Sin Auctior Calor *promte* Humores educat, vel, etiamſi Calor 7
ſatis lente agat, is tamen ſit Situs Partium Miſti, & Pororum Laxitas, ut *Humores abſque* Anfractibus (*Ambagibus*) ſeparari queant, *Salinæ*, *Pingues*, *Viſcidæ* Miſti Partes cum *Fixioribus* magis arcte coeunt, & Miſtum Putredini minus obnoxium redditur.

CAP. XXIII.

Digitized by Google

CAP. XXIII

DE VINI QUALITATIBUS, ET CORRUPTIONE EJUS IN ACETUM.

Argumentum.

1 Aſſertio, *Zabarellæ rationem*, qua *ex duobus Seminis Caloribus duos Calores* VINO ineſſe probat, expendit. Sectiunculas habet 5.

Scholion, *Ariſtotelis* locum, *de Semine Animalium Diſſimilari*, affert:

2. *Zabarellam*, *dum*, duos iſtos Calores a *Calore Solis augeri*, ait, *tres* revera Calores, & tres *Interitus*, ſtatuere, aſſerit.

3. ejuſdem *duplex* in Vino HUMIDUM cenſet.

Scholion, *cur ei* id *non licent* ſtatuere, *Galeno liceat*, docet. Sectiunc. 3.

4. *Difficultates* proponit, *quibus* Zabarella *ſe inſolvit* in *diſcernenda* MUTATIONE *Vini* IN ACETUM a Mutatione in *Vappam*. Sectiunc. 14.

5. eundem *in Experientiam* vel *Pueris notam impingere* probat, cum *Calorem*, *Aqueo Alimento abſumto*, *perire*, *Oleoſo ſuperſtite*, docet. Sectiunc. 5.

6. *Vini in Acetum Mutationem*, *Metaſyncriſin* eſſe, probat. Sectiunc. 8.

I.

I1 „ Qui ex eo, *quod in Semine duo* ſint *Calores* Specie iidem, *unus Vitalis*, *alter* Temperamenti, cum tamen Corpus, ut putant, Similare ſit, etiam in VINO *duos* hujuſmodi CALORES poni poſſe arbi- *Zabarel. l. 3. de Miſti Gener. & Inter. c. 8 (col. 677 E, C).

Ff II 3

arbitrantur*; ὕστερον πρότερον committunt, dum *ex magis Compoſitis*, majorique Naturæ Arte Conſtructis *ad Simpliciora*, minuſque Artificioſa progrediuntur, ideoque *Incertum ex magis Incerto* probant.

Incertum enim eſt, utrum ſint duo hujuſmodi Calores in Se- 2
mine.

Deinde veriſimilius eſt, *Semen* eſſe Corpus *Diſſimilare*, vel etiam 3
occulte Organicum, *ex* Corpore ſive *Spongioſo*, ſive Cavernoſo, & Poroſo, & *Spiritu* conflatum.

Plantarum quædam Semina etiam *manifeſte Organica* ſunt, ut 4
Juglandis, *Fagi*, & *utriuſque Aceris* Semen, ſi quis maxime, Bivalvia Semina, qualia pleraque ſunt, Organica eſſe, pernegeт.

Et *Animalium* Semen *Spumoſum* eſt. 5

Scholion.

" *Ariſtoteles* expreſſe *Semen Animalium ex Spiritu* ſive Æthereo " Corpore, *& Humore Spumoſo* Compoſitum, docet lib. 1 de Generat. Anim. & alibi paſſim.

II

*Zabarel de Miſti Gener. & Inter. l. 3 c. 8, (col. E, F).

" Qui, ob duas Origines, ſive Effectrices Cauſas, in *Vino duos Calores*, *diverſis Interitibus* obnoxios, ſtatuunt, & deinde utrumque a " *Calore Solis Intenſiorem*, alibi *magis*, alibi *minus*, *pro Locorum Diverſitate*, fieri, ajunt*; illi revera *tres* in Vino Calores ſtatuunt, a triplici Origine dependentes, (quamvis unum Singularem Calorem componentes), ideoque *tertium* etiam *intereundi Modum* ſtatuant, neceſſe eſt.

III

Digitized by Google

III

Qui ſummo ſtudio *cavent, ne duos Numero*, nedum *Specie*, *Diſtinctos Calores in Vino* ponant, interim *duplex* HUMIDUM, *Continuans* & *Aquoſum*, *illudque* in *Vinoſa* Vini *Subſtantia*, *hoc* vero in *Aquoſa* ſtatuunt; præterea *Humidum* hoc *Aqueum*, *nec penitus Extraneum*, *nec penitus Naturale eſſe*, *ſed medio modo* ſe habere, *quippe aliqua ex parte*, *non tamen penitus aſſimilatum Naturali Humido*, dictitant *; hi num *vigilent*, an *ſomnient*, *ambigo*.

* Zabarella d. libr. c. 7 (col. 676, B, D), cap. 8 (col. 678 A); & c. 7 fine (col. 677 A).

SCHOLION.

1 *Duplex* in Vino *Humidum Galeno* ſtatuere *licet* , *Zabarella non* licet.

2 *Ille* enim, *vix* ullum *Miſtum* Exquiſite *Similare* reperiri, profitetur in libris Simplicium.

3 *Hic* vero nullum *Diſſimilare* Miſtum, niſi actu *Animatum*, agnoſcit.

IV

Qui MUTATIONEM *Vini* IN ACETUM ita a Mutatione ejus in *Vappam* diſcernunt, ut, hanc *Putredinem Caloris Naturalis Eductione factam*, illam vero *Caloris Animalis*, ſive *Vitalis Interitum* eſſe; dicant, ideoque *in Vino duplicem* tum *Calorem*, tum Humorem ponunt *; pluribus *ſe involvunt Difficultatibus*, ut ex ſequentibus conſtabit Propoſitionibus.

Si in *Vino* eſt duplex *Humidum*, *Oleaginoſum*, ſive *Craſſum*, ſive *Continuatitium*; & *Aqueum*, ſive Tenue, ſive *Nutritium*, ſive Alimentare, Vinum *per Putredinem*, qualem definiunt *, *interire nequit*.

* Zabarel. de Putref. Vini in Acet. ad l. 4 Meteor. pag. 1046, & 1047; & l. 5 de Miſti Gener. & Inter. c. 7, 8, & 9.

* Albertus Magnus & Zabarella dicta p. 1046.

Hæc

Hæc enim eſt *Miſti Similaris Affectio*, Generationi ejus ex adverſo reſpondens; quod vero Duplici Humido conſtat, Diſſimilare eſt. 3

Deinde *omnis Humor continuat*, quamvis *alius* alio *magis*. 4

Si igitur Acetum oriretur Interitu Vitalis Caloris, & Humidi 5 Adſcititii, atque ita Mortui Vini inſtar eſſet, Vappa vero Caloris Temperaturæ, cum Humido Continuatitio, Evocatione; *citius* Vinum in Acetum, quam *in Vappam* mutaretur.

Jam vel *ſemihorio* ex Vino poteſt *Vappa* fieri. 6

Ut vero *Acetum* abſque Additamento fiat, *diuturna* requiritur 7 Vini quaſi *Circulatio*.

Deinde *ex Aceto* non tantum talis *Vappa* fieri poſſet, qualis ex 8 Vino fit, ſed &, *promtius Vino*, in Vappam Acetum mutaretur.

v Zabarella l. 3 de Miſti Gen. & Cor. c. 9 (col. 679 E, & 681 *B*).

Nam *Calor Temperaturæ, deſtitutus* Calore *Vitali*, eo *facilius* ab 9 *Ambientis* Calore *ſuperaretur*.

Neque eo confugient, ut dicant, deeſſe *Humidum Aqueum*, 10 quod Caloris exituri Vehiculum ſit. Id enim *abunde* in *Aceto* ſuppetit.

adv. d. l. de Putref. Vini in Acet. pag. 1045.

Præterea *duo Calores* Specie *iidem*, ob diverſam Originem, *Diverſas Affectiones*, præſertim Generativis Cauſis jam remotis, *ſubire nequeunt*. 11

l. 3 de Miſti Gener & Int. c. 7 (col. 676, C).

Nec enim *Calor* eſt Qualitas ita dependens *ab Efficiente* ſuo, ſicut *Lumen* pendet *a Lucido*. 12

Lumen quippe unum *interire* poteſt, *non intereunte altero* in 13 eodem Subjecto, quia illius Fons aufertur, (verbi gratiâ Candela), hujus non aufertur.

At *duo Calores* in Miſto *non* ita. 14

V

*Zabarel. l. 3 de Miſti Gener. & Inter. c. 9.

„ Qui, dum *Vinum in Acetum* mutatur, *Calorem* Vini *Vitalem corrumpi*, putant, idque ideo, *quia Humidum Aqueum*, ſive *Alimentale evaporavit*, ideoq; Mutationem hanc, quod quidem *Calorem* attinet,

eodem

Digitized by Google

» *eodem modo* evenire, *quo* Mors, quæ *Naturalis* dicitur; *dum* vero *pu-*
» *treſcit Vinum*, & in Vappam mutatur, *Humidum Oleaginoſum a Sicco*
» *diſſolvi* *; hi *in Experientiam vel Pueris notam impingunt*.

2 *Quis* enim unquam, vel in Vivis, vel in non Viventibus, (ut Candela, Bitumine), Corporibus, *Calorem*, aut Ignem Aqueo Humido, & *non potius* Pingui, & Oleoſo *nutriri*, animadvertit?

Dein ſi vel maxime etiam *Aqueô*, ali Calor, & ſuſtentari *poſſet*, *Pingue* tamen multo tum *avidius appetet*, tum *pertinacius complectetur*.

3 Ut & in *Spiritu Vini Aquoſo* Incenſo videmus. Spiritu enim Puro deflagrante, Aqua Inſipida ſupereſt.

4 Ita ſi *fruſtum Bituminis* oblongum *Glacie incruſtetur*, *ardebit* hæc Stiria, ſed, Bitumine *conſumto*, *Aqua* ſupererit.

5 At in Vino, ſecundum iſtorum Sententiam, Calor, Aqueo Alimento abſumto, perit, ſuperſtite Oleoſo, quod abſurdiſſimum eſt.

VI

1 *Vini in Acetum Mutatio* non Diacriſis, ſed *Metaſyncriſis* eſt.

2 Fieri enim poteſt hæc Mutatio in *Vaſe* Vitreo *Hermetice*, ut vo-
3 cant, *obſignato*, ita ut Liquoris idem Pondus maneat. Et, ſi qua forte in hac Mutatione *Eccriſis*, aut Secretio fit, id *per accidens* fit, neque ad Mutationem hanc quicquam pertinet.

4 Longe itaque differt hæc Mutatio ab illa, qua V*inum in Vappam* vertitur, quod mera *Diacriſi* fit, dum nimirum S*piritus* Vini *Inflammabilis*, hoc eſt, Sulfur Volatile, & Sal Volatilis, ab eo ſeparatur.

5 In *Acetum* autem mutatur Vinum, dum

aut *Calor* in Vinum eâ Moderatione agit, ut id ipſum *agitet* tantum, *non* vero *Spiritum* inde *educat*,

aut, ſi forte eo gradu Vinum *urgeat*, qui Spiritum ejus evehere, & ſecernere queat, Vaſis tamen Spiracula, & Oſtia ita clauſa, & obturata ſunt, ut vel nihil, vel *parum Spiritûs* inde *evolare* poſſit, ſed, ſi quid forte ſecerni incipit, id a Vaſe quaſi *repercuſſum* reliquis Vini Partibus rurſus *admiſceatur*.

Digitized by Google

Hac Agitatione, &, ut Chemici vocant, *Circulatione*, Fixiores, & *Tartareæ* Vini *Partes* magis *comminuuntur*, & *Volatilioribus* Partibus exquiſitius *permiſcentur*, quas dein *Viſciditate* ſuâ arctius complectuntur, adeo, ut qui primum Spiritus Vini erat, & Aquâ communi Volatilior, is, aſſumtis Volatilioribus e Tartaro Partibus, jam *Spiritus Aceti* dicatur, & Aquâ communi minus Volatilis deprehendatur. 6

Acidus etiam *Sapor* a *Tartaro* oritur. Hic enim ſuâ Naturâ Acidus eſt, & gratum Acorem Depuratus exhibet. 7

Tartarum autem, cum Chemicis & Medicis, dicimus *Fecem Vini Siccam*, quæ ſubſidendo ſenſim, aut alias a Vino ſecreta Doliorum Parietes incruſtare ſolet. 8

CAP. XXIV
DE COCTIONE.

Argumentum.

1 Aſſertio, *Modum*, quo COCTIONEM fieri vult *Sennertus*, *examinat*. Sectiunculas habet. 2.

2 *ineptius* eam *in Ventriculo* a *Calore Ciborum Proprio* fieri, aſſerit.

Scholion 1, *Definitionem* Coctionis *Ariſtotelicam* commode *explicat*. Sectiunc. 2.

2 cum Ariſtoteles T*emperamentum Miſti* λόγον vocat, *non* id collocare *in Qualitatibus*, docet.

3 MATURATIONEM *Fructuum Immaturorum repoſitorum* conſiderat. Sectiunc. 2.

I

"Qui COCTIONEM *Miſti* Similaris adæquatam *Affectionem*, & quidem hujuſmodi Mutationem eſſe ſtatuunt, quæ, *Miſto* Similari *jam per Formam ſuam* Abditam *conſtituto*, & Temperie illâ ſuâ, Qualitativâ inquam, prædito, accidat, ſitque *Abſolutio* quaſi *quædam, ſive Perfectio Temperamenti*, ni fallor, Paſſivi, facta a *Calore Proprio*, ſive Calore Temperamenti, *Humidum nondum ſatis Domitum*, & Terminatum domante, & *terminante*, *Superfluum* vero *expellente* *; 1

* Sennertus Epit. Natur. Scient. lib. 3 c. 4 (ſect. 8, 9, 10, 11,).

tum

tum alias quam plurimas *Abſurditates incurrunt*, jam ſupra, in Conſideratione Generationis Miſti, Actionis Elaborativæ, & Putredinis, *exploſas*, tum in eo maxime reprehenſionem merentur, quod *nullum Phænomenon* in ullo Miſto Inanimo, vel Diſſimilari, nedum Similari, afferre queant, quod *Coctionem hujusmodi* ab Interno aliquo Calore factam *exigat*.

II

His ipſis adhuc *ineptiores* ſunt, qui *Coctionem Ciborum in Ventriculo* a Proprio *Ciborum Calore* fieri autumant.

Scholion I

1 *Definitio* Coctionis *Ariſtotelica* l. 4 Meteor. c. 2 *de Coctione Alimentorum*, item *Seminum*, & *Excrementorum*, in *Animatis* Corporibus, a *Calore* eorundem *Proprio* factâ, commode intelligitur, atque ita *Abſurditates* prædictæ omnes facile *evitantur*.

2 Quod ſi etiam eam *ad* Miſta *Inanimata extendere* placet, multo *paucioribus* conflictabitur cum *Incommodis*, quippe cum Miſtum hoc Ariſtotelicum Diſſimilare, & per Syncriſin conſtitutum ſit.

II

„ Ariſtoteles lib. 4 Meteor. *Temperamentum Miſti* Λόγον vocat, conf. c. 22 aſ-
„ idque *non* in Proportione *Qualitatum Contrariarum*, idem Sub- ſertionis 2 &
jectum occupantium; *ſed* in certâ Proportione *Partium Hypoſtaticarum*, Syncritice Miſtum conſtituentium, collocat. Schol. 2.

III

1 *Fructus Immaturi*, (ut *Meſpila*), ab Arbore avulſi, ſi *repoſiti* MATURANTUR, *incertum*, an *Proprio Calore* maturentur. adverſus Sennert. dict. l. (ſect. 10).

2 Deinde *Maturatio* hæc non eſt proprie dicta Maturatio, ſed *reſpectu noſtri* dicitur, dum Pericarpium Seminis Uſibus noſtris aptum redditur.

Digitized by Google

EPILOGUS.

Argumentum.

ACTUPOTENTIALEM *Hypotheſin cum* SYNDIACRITICA *confert*, & *bujus* præ illa *Utilitatem* monſtrat.

Sectiunculas habet 16.

Etiamſi neq; inter ſe pugnarent, neq; a Phænomenis diſſentirent 1
Dogmata ACTUPOTENTIALIS H*ypotheſeos*, tamen vel id ſolum eorum Vanitatem argueret, quod *nullus* realis eorum *Uſus* eſt.

Si *quis* enim vel *omnia* iſta Dogmata Zabarellæ, alteriuſve Morphitæ perdidicerit & *ad unguem* calluerit, nullum tamen vel Phænomenon prædicere, vel Apoteleſma Phyſicum efficere vi illorum Dogmatum poterit. 2

Nihilo aptior ideo erit ad alterandum, generandum, corrumpendum, miſcendum, reſolvendum, alio, qui ea non didicit. 3

Imo quovis *Opifice* ad Apoteleſmata Phyſica *ineptior*. 4

Ideo *ne* H*ypotheſeon quidem nomen* merentur. 5

Contra, ſi SYNDIACRITICIS fuerit *imbutus Dogmatibus*. 6

Medicorum Calefactiones, *Humectationes*, *Emollitiones*, *Indurationes* &c., *per Syncriſes*, *Diacriſes*, *Syndiacriſes*, *Metaſyncriſes* fiunt. Vide Humectandi Proceſſum in Galeno. 7

Cerdones Corium Aquâ molliunt, aut *laxant*, *Calce Pilos ſeparant*, *Corticibus Quernis* rurſus *conſtipant*. 8

(*Oſſa* dicuntur *Aceto*, & *Cinere* ita *emolliri*, ut *ſcindi* queant, Obſervandum eſt.). 9

Morphitæ in nullo *Mixto* noverunt *Proportionem Remiſſionis*, ſive Formarum Subſtantialium, ſive Qualitatum Primarum, ſed *ex Conjecturis incertis*, & *male demonſtratis* id colligunt. 10

At *Syndiacritæ* inveſtigare poſſunt, *qua Proportione ex Terra*, *Aqua*, *Aere*, *Salibus*, *Sulfuribus* &c, quodvis oblatum *Miſtum*, ſit Contemperatum. 11

Hypotheſis Syndiacriſeos, *Auditores Obſervandi Studioſos*, & in Cauſis rimandis Sollertes reddit. 12

Contra *Actupotentialis Tranſmutationis* Hypotheſis *Inertes*, & *Securos* efficit, & *Nugatores*, qui exiſtimant, ſe Cauſam reddidiſſe, ſi Titularem Cauſam reddant. 13

Verbi

14 Verbi gratiâ. *Cur Lignum* eſt *Inflammabile*? quia *Peculiarem* aliquam *Formam* habet, unde manat hæc Proprietas, vel quia *Temperamentum ejusmodi* habet, &c.

15 *Syndiacriticus*, quia *Pingui Subſtantiâ*, vel etiam *Sale Volatili* abundat, & *Poros* ita habet diſpoſitos, *ut Atomi Ignis* in Pinguedine incluſi *confertim* poſſint *erumpere*.

16 Quod ſupereſt, ſi *quis* eſt, qui *aliam* exiſtimet fuiſſe Mentem *Zabarellæ*, is eam *Euthyphraſtico Stylo proponat*, & *defendemus*, *nos propius* ad ejus Sententiam *acceſſiſſe*.

APPENDIX
DE SONO ARTICULATO.

SONUS ARTICULATUS eſt, qui oritur *a Corporibus certâ Figurâ* præditis, & *certo Modo Motis*, ideoque diſtinctius, quam alii Soni cognoſcitur. I PROPOSITIO.

Inter Articulatos Sonos *eminent* potiſſimum illi, qui LITERÆ dicuntur. II

Litera VOCALIS eſt Sonus, *e Gutture* emiſſus, & *Oris certâ Amplitudine*, majore vel minore, *abſque* nova Offenſione, ſive *Alliſione* variatus. III

Ita *inter Linguam*, & *Palatum* præcipue oritur *A* & *E*:
inter *Linguam* & *Gingivam I*:
inter *Labia* plerunque *O*, & *U*, & *Y*.

CONSONA (ſc. Litera) eſt Sonus, qui oritur, *dum Spiritus e Gutture* per Os ita emittitur, ut *in* Partes aliquas Oris, (verbi gratiâ, *Linguam*, *Palatum*, *Fauces*, *Dentes*, *Labia*), offendat, impingat, allidatur, ac *Primario Sono*, qui Litera Vocalis eſt, *Secundarium*, Conſonam ſc. Literam, *adjungat*. IV

Partes Oris tales dicantur *Loquelæ Inſtrumenta*. V

GUTTURALES Conſonæ *Naturâ* quidem reliquis *priores*, ſed *Cognitione* ſunt *poſteriores*. VI

Digitized by Google

VII LABIALES vero *contra* ſeſe habent.

VIII FAUCALES, ut *Naturâ*, ita *Cognitione Gutturalibus proximæ.*

XI Conſona CLAUSA eſt, quæ fit *Spiritu illidente ad Partes Oris* omnino *Clauſas*, ſive Viam Spiritui omnino Claudentes.

Ut B, P;
D, T;
G, K.

X Conſona APERTA eſt, quæ oritur, *dum Spiritus eluctatur per Anguſtias, inter duo Inſtrumenta Loquelæ* relictas.

Tales ſunt φ, *Γ*, *F*, 𝕲 (Saxonicum).

XI Conſona SEMICLAUSA eſt, quæ oritur *a Spiritu*, qui ordinariâ Viâ exire, ab Inſtrumentis Loquelæ *impeditus, exit per Latus*, vel per Poſticum quaſi.

Ut *L* Conſona fit, dum Lingua Cuſpide, (Anteriore Parte), Palato applicatâ, permittit tamen Exitum Spiritui a duobus Linguæ Lateribus.

XII *M*, *N*, Ŋ, Conſonæ fiunt, dum *Spiritus*, *Clauſum inveniens Anterius Oſtium, per Foramen* Palati, & *Nares* exit.

Ideo etiam MUGIENTES, & *Naſales* Literæ dici poſſunt.

XIII Peculiari ratione *R* eſt *Semiclauſa*, quæ fit *Linguâ Palato applicatâ*, atq; ita *Exitum* *Spiritui* alternatim Tremulo Motu *probibente*, & *permittente.*

XIV Conſonæ *Apertæ*, & *Semiclauſæ indicium* eſt *Continuatio*, (continuari poſſe). Nam *Clauſa* Litera Sonus eſt, qui continuari nequit, ideoque *Mutæ* Literæ hæ dicuntur.

XV DENTALES Conſonæ omnes ſunt *Apertæ*, & oriuntur, *dum Spiritus per Linguæ* P*lanitiem* fluens *inter Dentium Anguſtias exit.*

XVI *Alio modo Dentalis* Conſona eſt Jod, quæ *naturaliter* quaſi *ſequitur I* Vocalem Puram, ſicut *W* Labialis Conſona ſequitur U Vocalem Puram.

XVII *Meræ Dentales* tantum duæ ſunt, *S Tardum* (*ſ*) & *S Celere* (*s*).

XVIII COMPOSITÆ Dentales præcipue ſunt, quæ *cum Palatinis miſcentur.*

Ita

Digitized by Google

Ita ex *D* & S *Tardo* (*ſ*) conſtat Z Græcum, & Latinum, & Dſain Hebræum ז);

ex T & *S*, Z Germanicum, quod Itali etiam uſurpant, & Italos imitati Germani in Corrupto C, & T.

Sunt & aliæ Compoſitiones Dentalium, videlicet S *Tardi cum* Jod, quem Compoſitum Sonum *Itali*, & *Galli* hodierni per *G ſequente E* vel *I* deſignant. XIX

Item S *Celeris* (*s*) *cum* Jod, quem Sonum *Superiores Germani* per Sch ſcripticant.

MIXTIM *Dentales* ſunt, quæ fiunt, dum *Spiritus* XX
vel *inter Superiores Dentes*, & *Inferius Labium*,
vel inter *Superiores Dentes*, & *Linguam* nonnihil *exſertam* enititur.
Illo modo V & F;
hoc modo ד & Θ formantur.

Patet hinc *B* a *P*, XXI.
D a *T*,
G a C vel *K*,
V ab *F*,
S *Tardum* ab S *Celeri*
Specie non differre, cum Magis & Minus non varient Speciem.

ADDENDA PROOEMIO.

In Argumento Aſſert. 7 Sectiuncularum Numerus augeatur Unitate.
Aſſertionis 7 Sectiunculam 52 ſequatur hæc:

53 *Sicut Aptitudo ſcribendi in Penna*, ſive Atramentum emittendi, *non* eſt *Qualitas a Figura Diverſa*: ita quoque Sapor & Odor, hoc eſt, Aptitudo afficiendi Linguam, & Nares.

Corrigantur deinde Numeri reliqui.

Aſſertionis 11 Sectiunculæ 1 poſt voces, expoſita ſunt, Parentheſis hæc adjiciatur:

(Τὰ ἐμποδὼν dicuntur lib 1 de Gener. & Corr. t. 45, quæ Contrectationi noſtræ, Manuum noſtrarum

rum

Digitized by Google

rum Tractationi, ſive Anatomiæ, Reſolutioni, cominus Experientiæ ſubjecta ſunt),.

ADDENDA CAP. XI.

In Argumento Aſſertion. 10 Sectiuncul. Numerus augeatur Unitate, Adde:

Conſectarium IMPETUM *Qualitatem non eſſe* colligit. Sectiunc. 3.

Aſſertionis 10 Sectiuncula 2 hæc ſit:

Ut, cum *Lignum* ex Alto *in Aquam* cadit, non quieſcit, ubi attigit ſuum Locum Naturalem in Aqua, ſed *prætervehitur*, & totum mergitur, mox *exſilit* extra Aquam, & rurſus totum *mergitur*, & rurſus *adſcendit*, & *deſcendit*, *donec* tandem quieſcat in *Naturali Situ*, id eſt, Partem habeat in Aqua merſam, & Partem exſtantem. 2

Sectiuncula 3 hæc ſit:

Ita *Pendula Gravia*, verbi gratiâ, *Plumbum ex Funiculo* pendens, quæ etiam *ſingulis Oſcillationibus* proprium Locum *prætervehuntur* contra Naturam *adſcendendo*, & deinde *deſcendentia* rurſus prætervehuntur. 3

Subjungatur hoc

CONSECTARIUM.

„ Quod ſi ergo IMPETUS eſt *Qualitas*, ſive Facultas eſt, quæ mer„git, (*Galilæus* in Dial. de Syſtem. p. 143, Impetum eſſe *Facultatem* „*Motricem a Motu impreſſam*, defendit contra Simplicium, qui „vult projecta ab Aere moveri); erit *altera* Contraria Qualitas, quæ „*Lignum* extra Aquam rurſus *extollit*, & *tertia*, quæ rurſus *mergit*, & „*quarta*, quæ rurſus *elevat* &c.,

„ Hoc autem videtur *improbabile*, *tot Qualitates* tam *cito naſci* & „rurſus *interire*. 2

„ *Simile* argumentum duci poteſt a *Pendulis Gravibus*. 3

FINIS PARTIS II SECTIONIS I.

PARTIS II
SECTIONIS II
DE
SPECIEBUS SIMILARIUM
CAPUT I
DE SIMILARIS CORPORIS SPECIEBUS IN GENERE.

Argumentum.

1 Aſſertio octo rationibus docet, quod Similarium ſpecies non varientur a *differentiis ex origine* vel *generationis* vel *inventionis* deſumtis. Sectiunculas habet 9

2 monet, Similaris certam in ſpecies *diviſionem ante hypoſtaticas* ejus *partes inventas* fieri non poſſe. Sectiunc. 3.

ASSERTIO
I.

Sectiunc. 1 Quandoquidem *in* corporibus *animatis* SIMILARIA quædam (*apparenter* nimirum) reperiuntur; quædam ſive arte ſive caſu ex iis ſeparantur, quæ *fixitate & duritie* multis Similaribus *e terra* erutis *nullo modo cedant*, uti ſunt *Calculi*, *Margaritæ*, *Tartara*, *Sales fixi*, *& Cineres eloti*;

ſecundo nonnulla quoque *arte* fieri poſſunt *fixitate æqualia* rebus 2
foſſilibus, ut *Vitrorum variæ ſpecies* diverſis coloribus & pelluciditatis gradibus diſcretæ;

tertio quædam etiam *eadem ſpecie*, hoc eſt, omnibus attributis con- 3
venientia cum iis quæ a natura fiunt, ut *Chalcanthum arte paratum cum Chalcantho nativo*, quod ex aquis chalcanthoſis excoquitur;

quarto denique quædam etiam *ex terra* eruuntur, quæ *volatilitate* & 4
ſubtilitate iis quæ *in vegetalium* aut *animalium regno* oriuntur, vel *æqualia* vel *ſuperiora* ſunt, ut *Naphtha* & *reliquæ Bituminum ſpecies*, ſi cum *Picibus* & *Reſinis* conferantur:

conf. cap. 15 aſſert. 6 ſectiunc. 3 & ſchol.

Ex origine ſive loco vel *generationis* vel *inventionis Differentiæ*, quæ 5
ſpecies Similarium varient, deſumi neutiquam poterunt. *

* v. cap. 15 aſſert. 4 fin.

Accedit quod quædam e terra marive petita *de origine* ex alio regno 6
ſuſpecta ſint, uti *Succinum* e mari hauſtum videtur eſſe lacryma aut reſina arboris frigore ſub aquis indurata.

Deinde ſi *Foſſile* conſtituit differentiam ſpecificam, etiam *Piſcatile* 7
& *Hauſtile* ſpecies variabit.

Tertio *idem* Similare corpus *ſpecie* modò eſt *Foſſile*, modò eſt *Hauſtile*, uti *Sal veſcus*. 8

Quarto *idem* corpus modò *effoditur* e terra, modò cum aquis liqua- 9
tum *effluit*, modò calore evectum *exſpirat*.

II

Similarium ſive foſſilium ſive non foſſilium certa ac tuta *in ſpecies* 1
Diviſio fieri nequit, antequam quodvis ſimilare in *hypoſtaticas* ſuas *partes* reſolutum ſit.

Id quod *ex irrito conatu* eorum qui foſſilia in ſpecies dividere aggreſ- 2
ſi ſunt, quem ſequentibus aſſertionibus detegemus, facile apparebit.

Quamvis nec ipſi pro accurata in ſpecies Diviſione diſtributionem hanc 3
ſuam forſan omnes venditent.

CAP. II

CAP. II

DE FOSSILIS CORPORIS SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio *diviſiones Foſſilis* corporis Georgii Agricolæ in *Compoſitum* & *Non-compoſitum* explicat, & in fine epicriſis adjicitur. Sectiunculas habet 4

2 *diviſionem Non-compoſiti* ejuſdem Agricolæ in *Simplex* & *Miſtum* explicat & expendit. Sectiunc. 6

I

1 „ QUidam *FOSSILE CORPUS dividunt in *Compoſitum* & *Non-* „ *compoſitum*. * Georg. Agricol. de natur. foſſil. l.1. cap.18.

2 „ COMPOSITUM (quod etiam *Apparenter diſſimilare* vocare „ licet) vocant, quod in *partes* inter ſe *diſſimiles* dividuum eſt, uti „ *Gleba* quæ ex *Terra*, *Lapide*, & *Metallo* ita *conſtat*, ut *partes* quædam *molles* & *friabiles*, quædam *duræ* ac *rigidæ*, quædam *ſectiles* aut *flexiles* & *nitidæ* appareant, aliisve ſenſilibus attributis diſcrepent.

3 „ NON-COMPOSITUM autem, cujus quælibet pars alteri *ſimilis* „ ſenſu deprehenditur, quod etiam *Apparenter ſimilare* nuncupare poſſumus.

4 *Diviſio* hæc *tolerabilis* eſt, ſed generis in ſpecies non eſt, neque corpori foſſili adæquata eſt.

II

1 „ Iidem * porro dividunt *Non-compoſitum* in *Simplex* & *Miſtum*, nec „ tamen membra hæc diviſionis definitionibus idoneis ſatis diſcernunt. * ibidem.

2 MISTUM autem videntur intelligere, quod Similare quidem apparet, ſed in partes hypoſtaticas ſpecie diverſas per diacriſin ſecerni poteſt, ut

Vena vel *Gleba aliqua metallica*, *quæ apparenter Similaris eſt*, fornaci autem ſi committatur in Metallum vel etiam Metalla, Recrementum (Slaffen) vel Pompholygem ſivȩ Fuliginem ſecernitur. Item *Gleba aliqua*, *quæ Terra vulgaris apparet*, ſed aqnis immerſa Salem aliquem aquæ impertit.

SIMPLEX dicitur quod re vera, uti apparet, ita quoque ſpecie ſimilibus inter ſe partibus conſtat. 3

Diviſio hæc *omni* corpori apparenter *Similari aptari* poteſt. 4

Deinde pauca ex illis quæ *Simplicibus* accenſentur re verâ talia ſunt. 5
Verbi gratia *Aurum*, *Argentum*, *Hydrargyrus*, *Sulfur*, *Talcus*, & quędam alia variis modis tractata & explorata, in p rtes tamen hypoſtaticas hactenus dirimi non potuerunt. Reliqua *ſecerni* poſſe partim *compertum* eſt 6
partim *ſpes* eſt. Quorundam enim *ſecretio* ideo adhuc *latet*, quia nulla inde utilitas aliavȩ ſecernendi occaſio Chemicis, Metallurgis, Artificibus, Opificibus oblata eſt.

CAP. III

DE SIMPLICIS FOSSILIS SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio *Simplicis Foſſilis quatuor ſpecies* ſecundum Georg. Agricolam proponit cum epicriſi. Sectiunculas habet 2

2 TERRÆ VULGARIS *definitiones duas* ex Georg. Agricola conſiderat, & *melior* iis ſubſtituitur. Sectiunc. 4

3 SUCCI CONCRETI *definitionem* ex eodem Agricola examinat. Sectiunc. 5

4 *Succi concreti ſpecies* & *ſpecierum ſpecies* perpendit. Sectiunc. 23

5 *Sulfuris* & *Bituminis proximam materiam* ſecundum Sennertum, luſtrat. Sectiunc. 3

6 *Sulfur* & *Sulfuroſum*; *Bitumen* & *Bituminoſum* diſtinguit. Sectiunc. 5

7 Teme-

7 Temerarium eſſe oſtendit. *unam aliquam primigeniam pinguedinem vel Sulfuribus vel Bituminibus vel utriusq; communem* aſſerere, *antequam diacriſibus eruta ſit.* Sectiunc. 5

8 LAPIDIS *definitionem* ex Georg. Agricola examinat. Sectiunc. 7

9 *Definitionem eandem* nonnihil corrigit.

10 *Lapides* quosdam enumerat, *quos* definitio iſta *non complectitur.* Sectiunc. 2

11 *Obreptionis* vitium in hac definitione oſtendit.

12 *Non omnes lapides qui maximo igne liqueſcunt a frigore coactos* exemplo *lateris* ſive *teſtæ*, contra Georg. Agricolam aſſerit.

13 METALLI *definitionem* ex Georgio Agricola improbat. Sectiunc. 6

14 *Fuſilis homonymiam* exponit, ut *diſtincta Lapidis, Metalli* &c. *notio* formari poſſit. Sectiunc. 4

15 *Diſtributionem hanc* ſimplicis Foſſilis *ſuſpectam* reddi a *terris* ut & *aquis varie mixtis* docet.

I

1 ,, SIMPLEX FOSSILE in quatuor ſpecies dividitur, * *Terram vul-*
,, *garem, Succum concretum, Lapidem & Metallum.*

2 Uſurpanda eſt hæc diviſio donec melior inveniatur. Quid in ea *deſideremus*, ex membrorum *definitionibus* manifeſtum erit.

* Georg. Agricolæ, de Natur. Foſſ. l. 1 c. 18 fin. & Gabrieli Falloppio l. de Foſſilibus c. 1.

II

1 ,, Qui TERRAM VULGAREM definiunt * *corpus, quod aqua ir-*
,, *rigatum molleſcit*, vel *manu ſubigi poteſt*, ſimul & chartam & lanam & ſpongiam & ſtupam & gummi & multa alia corpora complectuntur.

2 ,, Qui vero eandem definiunt * *corpus, quod aquâ irrigatum fit lutum*, prius quid lutum ſit definiant, neceſſe eſt.

3 Paulo *rectius* definietur: Corpus, quod in aqua non liquatur quidem, ſed diſſolvitur tamen, eamque turbidam reddit, in eaque tandem,

* Georg. Agricol. de Nat. Foſſ. l. 1 c. 19.

* Idem ibid.

Digitized by Google

ſi ſibi permittatur, ſubſidet. *Addi* etiam poteſt, quod majori parte 4
conſtet ex pulvere illiquabili & illiquefactili.

III

„ SUCCUS CONCRETUS ὑγρὸν πηκτὸν Græcis dictus, defini- 1
„ tur * *corpus foſſile, ſiccum & ſubdurum, quod aquis adſperſum aut non*
„ *mollitur, ſed liqueſcit: aut ſi mollitur multum vel pinguedine differt a Ter-*
„ *ra, vel materia, ex qua conſtat.*

* Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 1 c.19.

Primum *nomen* hoc *non* ſatis *commodum* eſt. Nam 2

Succus proprie eſt liquor ſubcraſſus, qui ex re conſiſtenti contuſa, aliove modo comminuta exprimitur; vel etiam ex inciſa effluit aut exſtillat.

Succus verò *concretus* dicitur qui poſt aqueas partes per vaporem ſeparatas conſiſtentiam adeptus eſt. Verum *multa* ex iis foſſilibus, quæ *Succi concreti* dicuntur, inde *a prima origine ſicca* inveniuntur, neque eccriſes ſunt rerum conſiſtentium; liquidus verò habitus illis adventitius eſt. 3

v. Georg. Agricol. de ortu & cauſ. ſubter. l. 5 c. 12.

Deinde vel ipſa *disjunctio definitionis* arguit, vi quaſi ſub idem no- 4
men *coactas res, nullâ* vere *univocâ notione* convenientes. Patebit id lu- 5
culentius ex ſpeciebus, quas niſi luſtremus, definitionem ne intelligere quidem licet.

IV

„ Dividitur autem * *Succus concretus* in *Macrum & Pinguem.* 1

* Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. lib. 1 c. 19.

„ *Macri* rurſus *tres* ponuntur *ſpecies*, prout ex tribus diverſis rebus 2
„ cum liquore permiſtis oritur, nimirum vel *ex Terra*, vel *ex Metallo*, vel
„ *Miſto Foſſili*. Primi generis ſtatuuntur eſſe *Sal & Nitrum*; Secundi *Chry-*
„ *ſocolla* (Berggrün) *Ærugo, Ferrugo, Cæruleum*; Tertii *Chalcanthum,*
„ *Alumen, Succus cadmiæ.*

„ *Pingui* verò *ſucco* ſubjiciuntur hæ ſpecies: *Sulfur, Bitumen, Sandara-* 3
„ *ca, Auripigmentum* ſive Arſenicum, quæ *Sulfura* ampliato nomine Chemici appellitant.

Pri-

4 Primum *Succopingui*, præſertim Sulfuri, Sandaracæ & Auripigmento *minime* omnium *Succi* appellatio convenit. Neque enim hæc cum aqua vel oleo miſceri atque ita ſub liquido habitu comparere, & deinde aquâ divaporatâ inſpiſſari aut concreſcere queunt. *Bitumini* forſan paulo *magis* convenit *Succi* appellatio. Id enim & liquidum & concretum invenitur. Utrum autem ita inſpiſſetur, ut aqueæ partes inde ſeparentur, admodum dubito. confer Cæſalpin. de metallicis l. 1 c. 3.

5

6 Quod *primum genus Macri ſucci* attinet, *per accidens* hi Sales *cum Terra permixti* inveniuntur, *Sal veſcus* ſcilicet, *Nitrum* & *Halinitrum*, neque ex terra cum aquis permixta generantur; ſed *corpora ſimplicia homogenea ſunt*, quorum diacriſis hactenùs nondum eſt inventa.

7 *Tertium genus* a ſecundo diſtinguunt, quaſi *ſecundum a puro Metallo, tertium e Miſto foſſili* oriatur, v. g. *Chalcanthum ex pyrite*, ſive lapide æroſo. Sed Chalcanthum ex puro Ære fieri poteſt optimum & puriſſimum & *per accidens* evenit, quod ex Miſto foſſili oritur. *Diacriſis* etiam *Chalcanthi* eſt in Spiritum Sulfuris Æsque purum vel Ferrum. v. c. 10 aſſert. 1.

8 *Alumen* ex Metallo aut Metallico foſſili non oritur. *Diacriſis* ejus in Spiritum Sulfuris & Petroſum corpus traditur. v. c. 11 aſſert. 1.

9 *Succus Cadmiæ*, quia nullius usûs eſt, extra fodinas ſub experientiam non cadit, ideoque parum notus, niſi quod venenatus & corroſivus ſit.

10 *Secundi generis Macros ſuccos* alias COLORES FOSSILES vocant, quamvis *Ferrugo* in fodinis raro inveniatur.

11 Certum eſt *ex Metallis* per humores acres, ſalſos & acidos *corroſis* & in friabilem maſſam redactis, *varia Coloramenta* oriri, *ex Ferro* plerunq; *flava, ex Ære viridia, ex Argento cærulea, ex Plumbo & Stanno candida*, imo *ex uno* eodemque Metallo pro diverſis corrodentibus etiam *diverſorum colorum & ſaporum* Similaria, ex quibus tamen pleriſque Metalla rurſus produci & ſecerni queant.

12 Jam *inductio* fiat omnium *Succorum, qui in fodinis* Metalla *corrodere* apti ſunt. V. gr. *Muriæ*, ſive Diluta Salium, *Spiritus Sulfuris, Spiritus Halinitri, Spiritus Salis, Succus Cadmiæ, Urina. Halitus Hydrargyri* etiam corrodit Metalla & colores eorum mutat. &c.

13 *Extra fodinas* Metalla corroduntur, tum ab *iis omnibus*, tum ab *Omphacio, Aceto* & quibusvis *Succis plantarum acidis & ſalſis.*

Quod

Quod ſi itaq; *diacriſis* foſſilium Coloraminum inſtituatur & redu- 14
ctio eorum tentetur in ſua primordia, *diſtributio* horum foſſilium *le-*
gitima nos non latebit.

Porro *Coloramina* hæc eo *a Terris vulgaribus differre* nequeunt, quod 15
ex Metallis aut Metallicis quaſi materiâ conſtent. Nam etiam *in vul-* 16
garibus Terris Metalla deſtructa latitare poſſunt, præſertim *Ferrum.*
Hoc enim Metallorum in terræ ſuperficie eſt frequentiſſimum, ſiqui-
dem & *Lateres* quidam *cocti* inveniuntur, qui æque atque Ferrum vim
magneticam directricem concipiunt; & diu conſervant.

Neque *pinguitudo* ſatis *Sulfura a Terris* diſcernit niſi ſecundum ma- 17
gis aut minus. Nam *Terræ* etiam *pingues* inveniuntur, ut *Marga*, quâ 18
agros lætificant & *Torfena* ſive *Ceſpites bituminoſi.* Quapropter & 19
hic *Terrarum diacriſis* prius *inſtituenda* eſt, idque ex iis eruendum, quod
omnibus *commune* eſt, ſi quid omnibus commune eſt. Deinde viden-
dum, num ipſum quod commune eſt omnibus Terris, etiam præ reli-
quis hypoſtaticis partibus in iis *copioſum* inſit.

Interim *Coloramenta* iſta (Pigmenta) ſi conſiſtentiam & exteriora, 20
ſive magis obvia attributa ſpectes, commodius *Terræ* ſæpe, vel *Boli*, vel
Pulveres, quàm *Succi* vocantur, præſertim cum incertum ſit, utrum
omnia e Metallis aliiſve foſſilibus, per aquas acidas & corroſivas diſſo-
lutis & liquatis, rurſuſque divaporatâ aquâ inſpiſſatis ſive coagulatis
orta ac conſtituta ſint. Quid enim obſtat, quo minus uti ſupra ter- 21
ram arte, ita in ſinu terræ Coloramenta *abſque liquatione & inſpiſſa-*
tione fiant? Ne quis exemplum deſideret *Cæruleum* ex Argento vi- 22
vo, Sulfure & Sale Armeniaco paratur. * *Cinnabaris* ex Argento vi-
vo & Sulfure nullo admixto liquore. *

* v. Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. l. 9 c. 17.
* eod. l. c. 21.

Sicubi forte *Cæruleum e Zaffara*, ſive *Smaltum a naturali igne para-* 23
tum effoderetur, prorſus inconvenienter *Succus concretus* diceretur.

V

» Qui *proximam materiam Sulfuris & Bituminis* ſtatuunt * *corpus* 1
» *ſimplex & ſimilare inflammabile, & pingue, quod* ampliato nomine *vel Sul-*
» *fur, vel Bitumen in genere appellari poſſit, cum quo concurrentes diverſi*
Sales

* Sennert. nat. ſcient. epit. l. 5 c. 3 (ſection. 2)

„ *Sales & Spiritus* (hoc eſt Sales fixi & volatiles) *diverſas Sulfurum & Bi-*
„ *tuminum ſpecies conſtituant*; hi eo ipſo tam *Sulfur* quam *Bitumen*
2 vulgare, corpus *Similare* eſſe *negant*. Præterea varietatem vulgari-
um Sulfurum & præſertim Bituminum (hæc enim admodum vari-
ant) ad Pinguedinem aliquam foſſilem exquiſite ſimilarem, ſyncriti-
cecum ſalibus diverſis coaleſcentem referunt, atque ita *Syndiacri-*
ſeos ac hypoſtaticorum principiorum *hypotheſin* confirmant.
3 „ Quando autem præterea *Formam abditam aliquam* ſuperindu-
cunt, *pleonaſmo hypotheſeon* peccant.

VI

1 Quamdiu *primigenium Sulfur &* primigenium *Bitumen* nondum per diacriſin erutum eſt, *Sulfur* appellare licet, quod majori ex parte Sulfur eſt, & *Bitumen* ſimiliter; alia vero *Foſſilia* quæ pinguedines halce foſſiles *admixtas* habent, *Sulfuroſa* & *Bituminoſa* potius dicemus.
2 Ita *Stibium* (vulgo *Antimonium*) non Sulfur ſed *Sulfuroſum*, quia
3 Sulfur ex eo arte educi poteſt. Ita *Pyritas*, alioſque Lapides *Sulfu-*
4 *roſos* appellabimus. Eodem modo *Maltham Samoſatenſem*, qua olim
calcis loco in muris ſtruendis uſi ſunt, non Bitumen, ſed *Limum* ſive
5 Argillam *Bitumine prægnantem* (ideoque in aquis flagrantem). Ita
Cadmiam, *Bituminoſam*; *Lapidem fiſſilem*, *Bituminoſum* potius, quam conf. c. 17
Bituminis ſpeciem dicemus. aſſert. 14 ſectiunc. 6

VII

1 „ Temerarium eſt *unam aliquam primigeniam pinguedinem vel Sulfu-*
„ *ribus vel Bituminibus vel utriſque communem* aſſertive ſtatuere, an-
2 tequam ea ipſa per diacriſes eruta ſit. Nec enim neceſſarium eſt *in-*
flammabilitatem aut *combuſtibilitatem*, *attributum primigenium* eſſe, cum
videamus

primo *Sulfur* commune, utut mille modis tractatum hactenus 3
& exercitum, *in Oleum* tamen aliamve ſinceram Pinguedinem & ſocia alia hypoſtatica principia, verbi gratia *Salem* ſimilarem, *nunquam* per diacriſin *dirimi* potuiſſe.

Deinde ex *artificioſa* mixtione & *ſyncriſi* corporum fere exquiſite 4
Similarium, ex quibus *ſeorſim nullæ Pinguedines*, nulla flammæ capacia corpora ſecerni queunt, *Liquores inflammabiles* oriri. Qualis eſt 5
Liquor ille qui *ex Plumbi & Spiritus Aceti* non minus ingenioſa quam laborioſa *ſyncriſi* producitur, cum nec ex Plumbo nec ex Spiritu Aceti inflammabile quidquam ſecerni poſſit.

IIX.

„ Qui LAPIDEM definiunt * *corpus foſſile, ſiccum & durum, quod vel* 1
„ *aqua longinquo tempore vix emollit, ignis autem vehemens redigit in pul-*
„ *verem; vel aqua non emollit, ignis tamen validus liquefacit*: ii hac ipſa definitione & *disjunctione fatentur*, Foſſilia ea omnia, *quæ Lapides vocant*, *ad eandem communem univocam naturam reducta non eſſe.*
Præſertim *cum ne ea quidem attributa*, quæ ut omnibus Lapidibus 2
communia ponuntur, *communia* omnibus *ſint*. Nam *Gagates* (Agtſtein), *Lithanthraces* (Steinkohlen) Bitumine prægnantes, ideoque inflammabiles ſunt, eamque ob cauſam a nonnullis * ad *Succorum claſſem* referuntur, quod tamen & ipſum incommode fit.

* Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. l. 1 c. 20.

* Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 4 c. 5: Libav. Singul. Part. 3 Tab. præfix. & l. 2 c. 1: item l. 6 c. 2, & alii quos hîc in ſcholis citat.

Deinde, *neque* illi Lapides *prorſus ſicci* aut ſaltem *duri* dici poſ- 3
ſunt, qui cotibus attriti *ſuccum lacteum* vel *rubrum*, vel *croceum*, vel
atrum reddunt, ut *Galactites, Morochthus, Hæmatites.* Quidam etiam 4
dulcem ſuccum ita reddunt, ut *Melitites.* Nec deſunt, qui ex glu- 5
tinoſo & lacteo *ſucco incrementum* capiant, ut *Galactites Hildesheimius*, de quo Georg. Agricola de Natur. Foſſil. l. 5 c. 6.

Porro *Lapides* quidam, *qui* alias reliquis attributis *ſatis conve-* 6
niunt, ideoque idem nomen merentur, *duritie* tamen & *mollitie* admodum *differunt*, ut *Morochthus durus & mollis*, quorum hic facile aquis diſſolvitur, & Terræ quam Lapidi ſimilior eſt, ideoq; *Leucogæa* dicitur.

Neque

Digitized by Google

7 *Neque* iſti Lapides *vere duri* vocantur, qui *partibus* conſtant *flexilibus*, ſive *filis*, ut *Amiantus*, qui etiam neri poteſt; ſive *laminis* & bracteis, ut *Lapis ſpecularis*, (Unſer Frauen Eis/ oder Marienglas), Magnetis alias Talcus.

IX

Ad differentiam ab igne deſumtam *addi* poſſet & hoc, quo magis a Metallo diſtingueretur Lapis, *quod ignibus vel non liqueſcit, aut ſi liqueſcit, refrigeratus tamen ad priſtinam non redit ſpeciem, ſed in ſcoriam ſive vitrum tranſit.*

X

1 *Lapidum* in cenſu habentur etiam qui *ignibus nec liqueſcant, nec in pulverem fatiſcant,* ut *Adamas* & *Rubinus Orientales, Amiantus, Magnetis* ſive Talcus tam *albus* quam *rufus*:

2 Etiam qui *non ſtatim immediate in pulverem abeant, ſed* vel *in* Cretam aut Calcem vel *aliam Lapidis ſpeciem,* ut *Hæmatiten* natura *ex Oſtracite* (Topfſtein); ars ex *Magnete* facit; utraque *urendo*, ut eſt apud Georgium Agricolam de nat. foſſil. l. 5 c. 6 init.

XI

Etiam id *in dubium vocari* poteſt, quod ſimul innuere tamen videtur hæc ſive definitio ſive diviſio; quæri, inquam, poteſt, *utrum Lapides, qui diutius aquæ reſiſtunt, etiam igni eo pertinacius reluctentur.*

XII

» *Neque* id *probari* poteſt, quod *prioris generis Lapides omnes a calore*
» *conſpiſſatos, poſterioris a frigore coactos* docent *. Nam & *Later* ſive Teſta ab ignibus duritiem ſuam acquirit, qui tamen in validis ignibus *liqueſcit rurſus* & in ſcoriam convertitur.

* Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. l. 1 c. 10.

Digitized by Google

XIII

* Georg. Agricol ibid. c. 21 & l. 8 c. 1 init.

1 „ Qui METALLUM definiunt * *corpus foſſile, naturâ vel liquidum* „ *vel durum quidem, ſed quod ignis liqueſcit calore (ardore) eodemque ex-* „ *ſtincto ad priſtinam formam redit*, primum in eo improbandi ſunt, quod *Argentum vivum* quaſi violenter *in Metallorum numerum* referre conantur.
2 Quod ſi *disjunctivæ* hujuſmodi *definitiones* pro legitimis habendæ forent, *quævis* etiam maxime disjuncta *ſub eandem univocam notionem* revocari poſſent. Ut taceam nunc, *Aquam* ea ratione *Metallum* futuram.

3 Deinde *omiſſo* attributo, Metallis magis proprio, nimirum *Ductilitate*, *ſubſtituitur* aliud minus proprium, minus perpetuum, *Fuſilitas* ſcilicet, quia Fuſilitati Metallorum vicinior videbatur Liquiditas Hydrargyri.
4 Fuſilitas Metallis cum Pinguedinibus, Salibus & Lapidibus quibuſdam *communis* eſt. Deinde *Ferrum aliquoties fuſum* fuſile eſſe deſinit. Imo ſunt, qui *Ferrum fuſile eſſe negant*, * *cum vel in* „ *Vena ſua, vel cum additamentis tantum fundatur*: At *Ductilitas* Metallis tum propria, tum magis perpetua eſt.

* Cæſalpin. de Metallicis l. 3 c. 6, & c.

5 *Hydrargyrum* igitur *Metallicum* potius *Liquorem*, Metallis, ut actiones & paſſiones mutuæ arguunt, admodum cognatum dicimus.

6 Eandem ob cauſam *Sulfur Metallicam Pinguedinem* dicere poſſumus. *Plus* enim *juris*, ut ita loquar, *in Metalla* habet, quam Bitumen, & præterea fuſile eſt, ſed ideo Metallum non eſt, quia non eſt ductile.

XIV

1 Ut ſtabilis & *diſtincta* formetur *notio Lapidis, Metalli* &c., tollenda eſt *homonymia Fuſilis*.

2 *Fuſile* enim *proprie* eſt, quod dum funditur idem manet, ſive quod poſt fuſionem redit ad priorem conſiſtentiam.

3 *Improprie Fuſile* id dicitur, quod fuſione dirimitur in diverſas partes, quarum interdum una, interdum nulla eſt ſola fuſilis.

4 Denique *Fuſile* dicitur quod additamento accepto fit fuſile.

Digitized by Google

XV

Diſtributionem Foſſilium ſive Similarium corporum in quatuor dicta genera etiam illud *ſuſpectam* reddit, quod *Aquarum* non minor quam *Terrarum* ex admiſtione reliquorum Mineralium deprehendatur *varietas*; adeo ut Terræ & Aquæ omnes ita infectæ in Miſtis potius quam Simplicibus Mineralibus ſint reponendæ.

CAP. IV

DE ORDINE TRACTANDI SPECIES SIMILARIS CORPORIS.

Argumentum.

1 Aſſertio docet, *Metalla, Metallicum liquorem, Sales, Sulfura* &c. ſi Simplicitatis & *paucitatis ſpecierum*, item *magis reductilium* corporum ratio habenda ſit, *prius* quam *Terras, Lapides* &c. conſideranda. Contra: quia *in his Metalla* latent, videri *a compoſitis ad ſimplicia* procedendum eſſe. Sectiunculas habet 5.

2 evincit *Sennertum contra propriam doctrinam minus recte* Foſſilium doctrinam *a Terris inchoare.*

I

1 Quamvis Foſſilium rerum ſcriptores plerique * *Primum Terras, Deinde Succos, Lapides* & *Metalla* explicent; tamen ſi *Simplicitatis* ratio habenda, merito PRIUS *Metalla, Metallicus Liquor,* & Succi, præſertim *Sales & Sulfura, Lapides* item *ignibus invicti* conſideranda fuerint.

2 Hæc enim ſi non ſimplicia, reliquis tamen ſimpliciora ſunt, cum eorum quædam hactenus *ne diſſolvi quidem potuerint.*

* Georg. Agric. l. de Nat. Foſſ. & 1 de ort. & cauſ. ſubterran. Cæſalp. l. de Metallicis. Sennert. nat. ſcient. epit. l. 5.

Sed

Sed & ideo Metallorum theoria præcedit, quia *non adeo multæ Metallorum ſpecies*, uti Terrarum & Lapidum & Bituminum reperiuntur. 3

Præterea Metalla, Metallicus liquor, & Sales, cum formas varias exterius induant, & *reductionibus* rurſus *priſtinas formas recuperent*, ad reliquorum, ſi non magis compoſitorum, certe minus reductilium ſyndiacriſes inſtituendas multum lucis adferunt. 4

At quia *raro ſe offerunt* Metalla, ſed plerunque in Lapidibus, Arenis, Terris; videtur *prius a confuſis ad diſtincta*, a compoſitis ad ſimplicia *per analyſin* procedendum. 5

II

„ Qui *Terras ex Metallis & Mineralibus* (Succis) *omnem vim ſuam* „ *habere, nec de viribus Terræ judicari poſſe, niſi de Minerali cum quo mixta* „ *ſit certiſſimus*, ſtatuunt *: Hi eo ipſo confitentur, *minus recte* Foſſilium doctrinam *a Terris inchoari*.

* Sennert. nat. ſcient. epit. L. 5 c. 2 fin.

CAP. V

DE METALLI SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio enumerat *ſex ſpecies* METALLI vulgo notas, *attributo cuilibet* ſpeciei *proprio nomine*.
Sectiunculas habet 2.

Schol. quid *Stannum*, quid *Electrum* Antiquis fuerit, quid hodie Germanorum Metahn, Italorum *Bronzo* explicat.

2 de BISEMUTO paucis, de STIBIO & *Regulo Antimonii* pluribus diſſerit Sectiunc. 5.
cur Hydrargyrus ex *Metallorum claſſe ejiciendus ſit* monſtrat Sectiunc. 2

Digitized by Google

I

1 *Species* METALLORUM vulgo notæ ſunt *ſex*, quarum duæ *perfe-*
ctæ & ignibus indomitæ, ideoque a diacriſi immunes, *Aurum &*
Argentum: reliquæ *diacriſi* & deſtructioni *obnoxia*; *Æs*, *Fer-*
2 *rum*, *Stannum*, *Plumbum*. Ita enim loqui & *cuilibet* ſpeciei *proprium*
nomen tribuere *commodius* ducimus, quàm nimio Latinitatis ſtudio
duo poſteriora *Plumbi candidi & nigri* appellationibus diſcernere,
quod fecit Georg. Agricola de Nat. Foſſil. l. 1 c. 21 & in Bermanno ſi-
ve de re metal. c. 25 & 22.

SCHOLION. *Stannum* Antiquis dicebatur Miſtura Plumbi nigri & Argenti, ſicut *Electrum* Auri & Argenti. Hodie etiam *Miſturam Æris & Plumbi albi* Germani Metahn/ Itali *Bronzo* appellitant.

II

1 *Adjunxit* hiſce *recentior experientia* * incognitum Veteribus
PLUMBUM CINEREUM, quod *Biſemutum* etiam, nomine a Ger-
manis mutuato, Wiſmuht/ Wiſmaht/ dicitur.
2 Quin & STIBIUM in catinis excoctum & *purum factum*, *Metallum*
potius *ſui generis* quam Plumbum fieri recte videtur Georgio A-
gricolæ loco ex l. de Nat. Foſſil. dicto, dum ſcilicet pars metallica Sti-
bii, Chemicis *Regulus Antimonii* dicta, a reliquis ejus hypoſtaticis
3 partibus ad fundum catini ſecernitur. Et hic *Regulus*, præſertim
ſi ductilis eſt, nomen *Stibii* meretur; illud vero, quod hactenus *Sti-*
bium vel Antimonium dicitur, *Stibii* potius *Vena* nuncupandum
fuerit.
4 Ceterum, ſi Reguli hujus portio in Stannum (Plumbum album)
*ſive ut alii * in Biſemutum addatur, *Libraria* fit *Temperatura*, ex qua *
5 Typographorum Characteres formantur. Ferro etiam additur, ubi
ex eo *Globi ex bombardis ejaculandi* fuſione formantur.

* Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. l. 1 c. 21. & Bermanni c. 22.

* Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 1 c. 21.

* ita Cæſalpin. de Metallic. l. 3 c 8. & Georg. Agric. de Nat. Foſſ. l. 8 c. 12.

III

Metallicum Liquorem potius quam Metallum HYDRARGYRUM 1 dicimus; quia, quamvis *in ſuo genere* hactenus *ſolitarius* deprehenſus ſit Hydrargyrus, neq; ullum Simplex foſſile erutum, quod ita cum Hydrargyro *ſub unum genus*, ut *cum Sulfure* verbi gratia *Auripigmentum*, *cum Sale* veſco *Nitrum* &c. coire queat; reperiri tamen adhuc poſſe, non adeo improbabile eſt. Quod ſi vero re ipſa in ſuo genere *ſociam* 2 *ſpeciem nullam* habet, *non* ideo in *alieni generis* claſſem rejiciendus eſt.

CAPUT VI

DE LAPIDIBUS IGNIBUS INVICTIS.

Argumentum.

1 Aſſertio *Amiantum* & *Talcum* deſcribit

Sectiunculas habet 3

2 an *Talcus Veteribus cognitus* fuerit, inquirit, & *uberiori experientia* una cum *Amianto* & *Subviridi* illo *quod ex Pyritis & Lapidibus ſciſſilibus dum uruntur exſudat, dignum* pronuntiat.

Sectiunc. 3

I

LAPIDES IGNIBUS INVICTOS dico *Amiantum* & *Talcum* 1 tam *fulvum* quam *album*, quorum *ille* in *fila* diſcerpi, imo in *lanuginem* vel contundi vel atteri, *hic* in *cruſtas* & *laminas* tenuiſſimas findi poteſt. *Ille* Veteribus quidem notus, ſed rarus & pretioſus, 2 *hodie* ob copiam *vilis*, verum quia *artificium nendi & texendi eum* prope intercidit, parum uſu tritus, niſi quod thryallides ſive *ellychnia ex eo*, uti etiam *ex Talco*, fiunt, quæ flammis nunquam abolentur, ſed perpetua ſunt.

Talcus

3 *Talcus* præterea *laternis* inſervit. *Pulvis* ejus *æri miſtus* argenteum ei *candorem* conciliat; item *vitreandis fictilibus* inſperſus argenteo ea incruſtat nitore.

II

1 *Talcus* utrum Veterum *Magnetis*, an *Argyrodamas*, ut vult Cæſalpinus de Metallic. l.2 c. 59, an prorſus *illis incognitus* cenſendus ſit, *incertum* eſt. *Magnetis Theophraſti Ereſii*, de quo lib. de Lapidibus, lapis *tornatilis* eſt, quod certe noſtro Talco non convenit.

2 " Ceterum ſi *lucifera potius quam lucrifera Philoſophis experimenta* " *conquirenda ſunt*, ut cum Viro magno loquar, *uberiori* certe *experien-* (Franc. Verulam. Nov. Organ. l.1 aphor. 70 prope fin.)
3 " *tia* Adiacriti hi Lapides *digni* ſunt. Quibus *adjicere* etiam licet SUB-
" VIRIDE illud *aridum aſperum tenue, quod ex Pyritis & Lapidibus ſciſ-*
" *ſilibus, dum uruntur, exſudat*, & ipſum ignibus incombuſtile eſt, de quo Georg. Agricola l.5 Nat. Foſſil. c. 9 fin.

CAP. VII

DE SALIS SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio SALIS *notionis latitudinem* indicat.

2 quid SIMPLICEM SALEM vocet, *definitione* & *exemplis* docet. Sectiunculas habet 3.

3 SALEM MERUM COMPOSITUM *definit* & SALEM ARMENIACUM *talem* eſſe oſtendit, quem deinde *amplius deſcribit*. Sectiunc. 6.

4 *Plures Compoſitos meros Sales exſtare* probabile eſſe adſtruit, *qui* ob neglectam diacriſin *nos lateant*, & *Chemicos* Sales & Sulfura multiplicantes *notat*. Sectiunc. 2.

5 SALIFORME CORPUS *definit* & *exemplis* declarat. Sectiunc. 2.
6 PELLUCIDAS METALLORUM VENAS *non* eſſe *Saliformia* corpora, & *diacriſin* earum *inſtituendam* admonet. Sectiunc. 4.
7 SALEM SALSUM qui vel *e montibus caditur* vel *e campis* effoditur, vel *ex aquis ſalſis* excoquitur, *eundem ſpecie* Salem eſſe aſſerit. Sectiunc. 5.
8 *Figuram* Salis *ſpeciem non variare* probat. Sectiunc. 3.

I

SALIS *notio* hactenus a nobis uſurpata & *Simplices Sales* & *Compoſitos meros Sales* & *Saliformia corpora* complectitur.

II

SIMPLICEM SALEM dico, qui re vera Similaris eſt, & in Sales ſpecie diverſos per diacriſin individuus. 1

Quales ſunt *Salſalſus* (Sal communis, Sal ſpecialiter dictus) *Nitrum* & *Halinitrum*. Quibus addere licet *Mel, Saccarum, Salem ſanguinis, Salem urinæ*, utrumq; tum fixum tum volatilem & *alios*, quamvis extra Mineralium regnum ortos, eoſque *forſan non* omnes *Simplices*, tamdiu tamen in Simplicium Salium claſſe collocandos, donec *diacriſis* eorum inventa fuerit. 2 3

III

SALEM MERUM ſed COMPOSITUM dico qui ex pluribus Salibus, ſed non niſi Similaribus compoſitus eſt. 1

Qualis eſt SAL ARMENIACUS, ex Sale communi, Sale urinæ, & Sale fuliginis lignorum compoſitus, quorum ille fixus, hi ve- 2

ro

Digitized by Google

ro duo volatiles, ſed prævalentes unum *Volatilem Salem* conſtituunt.

3 ,, Dici *Armeniacum* quidam * referunt, *quod in Armenia primum* ,, *ex Camelorum urina confectus ſit.* Ideo Armeniacum potius, quam Ammoniacum voco, cum *Ammoniacus Veterum* foſſilis & fixus Sal ,, fuerit, *cujus loco hodie Sal Gemmæ uſurpatur*, teſte Cæſalpino de Metallic. l.1 c. 16.

* Cæſalpin. de Metallic. l.1 c.20.

4 Magnarum autem *virium* hic Armeniacus eſt *in fixis corporibus ad volatilitatem reducendis*, ideoque in experimentis Mineralium frequens.

5 Quamvis autem *factitius* ſit, non tamen ideo *naturale* quid eſ-
6 ſe deſinit. *Fruſtra* enim *applicaret ars* Sales Salibus, *niſi natura apti* eſſent eo modo coire, & novas ex ejuſmodi ſocietate vires aſſumere. Nec *domare fixa* corpora *Sales* iſti *volatiles* poſſent, *niſi Salis fixi conſortio* ſe prius roboraſſent.

IV

1 Veriſimile eſt, *plures Compoſitos meros Sales*, tum foſſiles ſive nativos, ut vocant, tum factitios, eoſque partim fixos, partim volatiles in rerum natura *exſtare*, quoſdam etiam ex illis, *qui Simplices habentur*, verum *ob diacriſeos neglectum* conſtitutionem ipſorum nos *late-*
2 *re*. Quid enim magis *a ratione alienum*, quàm quod vulgo a Chemicis ,, fertur, *tot eſſe Sales ſimplices, tot Sulfura ſimplicia, quot vegetalium,* ,, *aliarumque rerum ſpecies?*

V

1 SALIFORME CORPUS nuncupo Salem, qui ex corpore quodam non-Sale per ſpiritum acrem ſoluto & rurſus coagulato ortus eſt, ideoque rurſus Salis habitum exuere, & interdum ſi ex fuſili aut fluido corpore ortus, priſtinam formam recuperare poteſt.

Digitized by Google

Inter Sales hujuſmodi eminent **Chalcanthum** (Vitriolum) & 2
Alumen.

VI.

Ad Sales non meros ſive *Saliformia corpora* referendæ **non** ſunt 1
PELLUCIDÆ aliquorum METALLORUM VENÆ.

Quales ſunt *Argentum rude rubrum & pellucidum* (Roht durch- 2
ſichtig gülden Ertz) quod Rubino ſimile & plus quam ex ſemiſſe Argentum eſt; item *Argentum rude corneum* (Gediegen hornfarbig Silberertz) quod ad candelæ flammam liquatur & priore adhuc argentoſius eſt; item *Plumbi* (nigri) *vena pellucidis fluoribus ſimilis* a Kentmanno Foſſilium Nomenclat. Titul. 24, 3 annotata.

Quamvis enim hæc Metalla etiam a ſpiritu aliquo in hujuſmodi 3
pellucidam conſiſtentiam redacta ſint, tamen *in aqua liquabilia non ſunt.*

Ceterum *eccriſis* horum foſſilium jam *pervulgata*, *diacriſis* vero **ne** 4
tentata quidem, quæ tamen non adeo ardua & magni ad theoriam phyſicam momenti fore videtur.

VII.

SAL SALSUS (communis) ſive *e montibus* cædatur, ſive *e campis* 1
effodiatur aut *arenis* eruatur, ſive ex *aqua* marina, ſalſis lacubus, fluviis, fontibus, vel Solis vel Ignis fervore excoquatur, vel etiam ex Terra per aquas eluatur, & deinde ex aquis *excoquatur*; *idem* Sal eſſe *ſpecie* videtur; niſi quod ille *rarior*, hic *compactior* & denſior, ideoque 2
durior & validior; item alius alio *purior* & *candidior*.

Foſſilis & qui diu *in acervos congeſtus* jacuit, *durior* eſt. 3

Ita *qui ſub tecto excoquitur*, verbi gratia *Luneburgenſis*, *Halenſis*, 4
purior eſt, quam qui *ſub dio* in ſalinis pulveri expoſitis, Solis calore concreſcit, ut *Hiſpanicus*, *Gallicus*.

Item

5 Item *majoribus granis* concreſcit, qui in majori vaſe ex majore aquæ ſalſæ copia concreſcit, ut qui *in Salinis*, hoc eſt, alveis in terra effoſſis, *quam* qui *in catinis* plumbeis aut æneis coagulatur.

VIII

1 *Figura* Salis *ſpeciem* ejus *non variat*. Poteſt enim *idem numero* Sal *alia atque alia figura* & *magnitudine* concreſcere.

2 Ut *Sal ſalſus* ſi *majori e copia* Muriæ in *majori vaſe* coaguletur, in *majores* ſive *micas* ſive grana concreſcit; idem *Muria* per fictile aliud ve vas poros Muriæ pervios habens *tranſſudante* in exteriore vaſis ſuperficie *pruinæ* aut *lanuginis* ſpecie concreſcit.

3 *Sal petræ*, dum in diluto ſuo per decoctionem incraſſato *cryſtalleſcit, in trabeculas* (ſive *ſtirias* dicere malis) concreſcit; idem in catino fuſorio (Smelʒtiegel) *liquefactus* & in pelvim orichalcinam aut porphyriten *effuſus*, *Marmoris* ſpeciem æmulatur; idem aquis dilutus per fictile non vitreatum, imo etiam vitreatum *tranſſudans* in exteriore fictilis ſuperficie *lanuginis* aut *nivis* conſiſtentiam adipiſcitur.

CAP. VIII

DE NITRO.

Argumentum.

1 Aſſertio NITRUM *deſcribit: Ægyptium, Chalaſtraeum* & *Halmirhages quo ſapore* fuerint, indicat.
Sectiunculas habet 4.

Schol. 1 *Antiquos indiligentiæ* Nitri *obſervationis* arguit.
Sectiunc. 2.

2 in NITRI CHALASTRICI *locum natalem* inquirit. Sectiunc. 5.

3 HALMIRHAGES Plinii *quomodo appellandum, non conſtare* fatetur, ſicut *nec hoc, an quæ* Georg. *Agricola* de eo *præter Plinium* ſcribit, *ex aliis auctoribus habuerit.* Sectiunc. 7.

2 SPUMÆ NITRI & APHRONITRI *diſcrimen* oſtendit. Sectiunc. 2.

3 *Nitro vicinos* eſſe noſtrum *Salem faginum* & *quernum*, item *Boracem Venetum* aſſerit.
Sectiunc. 2.

Schol. 1 *cur* Nitrum *apud nos rarum* ſit, exponit.
Sectiunc. 4.

2 *Bellonii* aliquos *errores circa Nitrum* annotat.
Sectiunc. 4.

3 Quinam primi *Sal nitrum pro Nitro* uſurparint.

4 *Salem faginum* inde etiam *ſimilem* videri *Nitro* probat, *quod* illud *vitro fundendo adhibitum* ſit. Sectiunc. 3.

4 Ex eo quod Veteres *Nitrum toſtum magis abſterſorium* eſſe quam *crudum* ſcripſerint, colligi vel *totum* Nitrum vel *abſterſorias Nitri partes* tantum *fixam* remeſſe. Sectiunc. 3.

Schol. 1 *Italorum negligentiam* notat, *qui* Salem *petræ Nitro*, quod ex Alexandria poſſent petere, in medicamentis *ſubſtituunt*.

2 *de Aphronitris* Galeni *duris & craſſis, nec facile in aqua liqueſcentibus* judicat.
Sectiunc. 2.

3 *Chalaſtraum Nitrum non exacte ſimilare* fuiſſe probabile reddit.

4 *Roſeum* quoque & *in candido purpureum tale* videri: & *unde candor* aliorum ſit, ſignificat.
Sectiunc. 2.

5 *Nitri uſum in lotionibus* Veterum explicat.
Sectiunc. 4.

6 *quomodo* Sapo Nitro *videatur ſucceſſiſſe* exponit, & *Proſperum Alpinum notat*, *quod* libro de Ægyptiorum medicina *vix Nitri meminerit*.
Sectiunc. 4.

5 BORACEM CRUDUM *non eſſe Nitrum* contra Georg. Agricolam evincit.
Sectiunc. 3.

Schol. *Boracis etymon* explicat.

6 Bo-

6 *Boracem non eſſe Nitrum*, monſtrat *alio argumento.* Sectiunc. 3.

7 *Nitrum non deeſſe, ubi* AQUÆ NITROSÆ non deſunt, probat. Sectiunc. 3.

8 Num *Aqua Nitroſa* an *Halinitroſa* ſint, *ſola amaritie dijudicari non poſſe* contra Georg. Agricolam, Thomam Jordanum & Falloppium probat. Sectiunc. 4.

Schol. *Platonis loco* ex Timæo oſtendit Nitrum non adeò perfectè amarum eſſe. Sectiunc. 4.

9 *Neq. ſubamarum Salem* ex Aqua *excoctum* ſtatim *pro Nitro habendum* aſſerit.

Schol. 1 THOMAM JORDANUM reprehendit, *quod* libro de Moraviæ medicis Aquis *Nitrum a Salepetra non diſtinxerit.* Sectiunc. 6.

2 *Lacus Zeizienſis Succum* malignum *inter Foſſiles* Succos referendum colligit. Sectiunc. 2.

3 GABRIELEM FALLOPPIUM notat, *quod Salem petra cum Nitro confuderit.* Sectiunc. 5.

10 Sennertum *falli* docet, quod *Terras Nitroſas* ſtatuat, *quia abſtergunt.*

I

1 NITRUM, ut Antiquis notiſſimum, ita nobis *hodie fere incognitum*, Sal fuit, quantum ex monumentis Veterum colligere licet, ſapore *amarus*, facultate *deterſivus*, *in igne non exſiliens* uti Sal communis, ſed *in bullas extumeſcens* (inſtar Aluminis) & forſan fixus atque fuſilis.

2 *Colligitur* partim *e vallibus* ſiccitate caneſcentibus efflorëſcens, partim *excoquitur* calore Solis e lacubus & *Nitrariis* (hoc eſt lacubus arte factis) quales erant crebræ prope Nilum, cujus aquæ Nitroſæ ſunt.

3 Diſ-

Differunt etiam Nitra *ſapore, conſiſtentia, puritate.* Videntur tamen in eo omnia *conveniſſe*, quod *abſterſoria* fuerint. Nam eum in uſum a Veteribus potiſſimum expetebantur. 3

Ægyptium videtur maxime purum & *ſimilare* fuiſſe, amarum, & Spuma ejus amarior. *Chalaſtræum* amare ſalſum erat. *Halmirhax* ſive Halmirhages in campis Mediæ efflorеſcens vel *ſalſum*, vel *amareſalſum.* Hoc ego *vix Nitrum* puto. 4

SCHOLION I

An Nitrum in igne *fundatur, Antiqui non obſervarunt*, qui id *ne in Sale communi quidem* experti ſunt. Rudes enim fuerunt in Pyrotechnia. 1

Neque alia niſi quædam *accidentaria Nitri attributa annotarunt.* 2

II

„ *Nitrum* CHALASTRICUM *ex lacu Nitroſo in Clytis Macedoniæ* colligi ſcribit Plinius l. 31 c. 10 circa initium. 1

Chalaſtra quidem fuit *in litore ſinus Thermaici.* „ *Axius* enim *fluvius*, ut Strabo teſtis eſt l. 7 partis poſtremæ excerptis, *inter Chalaſtram & Thermen* ſive „ Theſſalonicam *ſe in mare exonerat; ex Chalaſtra* „ item *& aliis vicinis opidulis Caſſander Theſſalonicam* „ *nomine uxoris ita nominatam incolas traduxit.* 2

„ Ipſe etiam Plinius *in ora ſinus Macedonici Chalaſtram* ponit l. 4 c. 10. 3

Sed *de Clytis tacent* omnes. 4

Sufficit nobis, quod non procul a Theſſalonica ille lacus fuerit. 5

III

„ *Nitrum* quod HALMIRHAGA *a Græcis vocari* Plinius tradit l. 31 c. 10 init. 1

an ἁλμιῤῥαξ; 2

„ *an* ἁλμυῤῥαξ ut μικρόῤῥαξ (*parvos acinos habens*) apud Platonem l. 8 de legib. & ὀμφακόῤῥαξ, (*acerbaci-* 3

„ *bacinus*) unde ὀμφακορρῶγας βότρυας epigram. Græc.l.1 c.2 epigram.1 diſticho3;

4 “ an ἀλμορρὼξ, ut φιλορρὼξ dicitur ἄμπελος (*acinorum amans vitis*) in epigram.l. 3 c. 25 in Sophocl., & πυκνορρὼξ (*denſus acinis*);

5 *an* denique ἀλμορραγὴς ut ψυχορραγὴς (*cui anima ab-*

6 *rumpitur*) *appellandum ſit*, mihi non conſtat.

Sicut nec hoc, *an quæ præter* Plinium de eo ſcribit *Georgius Agricola*, ex conjectura & nominis etymo colle-

7 gerit, an *ex aliis auctoribus*. Interim cum ea derivata a ῥήγνυμι quæ terminantur in ῥαγής, paſſive ſignificent, Nitrum illud *Aciniforme* (körnicht) *videtur* fuiſſe.

II

1 SPUMA NITRI ſive *Flos Nitri* ſive Ἀφρὸς Νίτρου tenuiſſimum dicitur Nitrum, quod in Nitrariis in ſumma ſuperficie concreſcit.

2 APHRONITRUM verò uno verbo dicitur, quod ejuſdem fere „ conſiſtentiæ, ſed foſſile eſt, & Spumâ Nitri acrius, ideoque *hoc* Ga- „ lenus *intra corpus exhiberi vetat, illam permittit* lib. 9 de ſimplic. medic. facult. in Nitr.

III

1 Ad *Nitri naturam* ex iis Salibus, qui nobis præſto ſunt proxime accedere videntur *Sales* amari *lubricantes, & abſterſorii*.

2 Quales *Faginus* & *Quernus*, *aliiq*; Rhyptici e Cineribus, itemque *Borax Venetus* quo Aurifices Aurum ferruminant.

Scholion I

1 *Rarum* apud nos eſt *Nitrum*, partim quia vulgo *Salem Petræ*, *Nitrum* eſſe putant, eoque etiam nomine promiſcue appellitant, partim quia alia habemus *Nitri* quaſi *ſuccedanea*, ut *Sapones*, *Cineres faginos*, *clavel-*

2 *latos* ad lavandum & abſtergendum. *Haberi* adhuc forſan *poſſet ex lacu Macedoniæ* circa Chalaſtram ſive Theſſalonicam.

Digitized by Google

,, BELLONIUS Obſervation. l. 2 cap. 71 *in Europa ve-* 3
,, *ri Nitri ne micam quidem exſtare* ſcribit, *in Ægypto*
,, *vero rem vulgatiſſimam eſſe, & crebri uſus & viliſſi-*
" *mam. Deveniſſe* quoque *ſe in planitiem* Nitro *pror-*
" *ſus obſitam* ibid. c. 77 narrat, *in quo camelorum &*
" *equorum veſtigia apparerent.*
,, MATTHIOLI etiam *Nitri legitimi fruſtum*, quod 4
,, Gulielmus Quacelbenus, Flander Medicus, ipſi
,, Conſtantinopoli miſit, ex *Alexandria advectum* Quacelbenus ſcribit epiſtola ad ipſum, quæ inter Matthioli epiſtolas libri 3 eſt prima. Confer commentarios pleniores in Dioſcorid. l. 5 c. 89.

II

BELLONIUS dum eodem c. 77 *Nitrum a Sale Petræ* 1
,, eo indicio *ſecernit*, quod *Nitrum uſtum multos re-*
,, *linquat cineres, Sal Petræ vero nullos, idq; diſcriminis*
,, *a Veteribus traditum* ſcribit, non uno *errore* labi videtur. Nam

primo *Veteribus Sal Petræ* prorſus fuit *incognitus.* 2

Secundo *nuſquam* tradiderunt Veteres *Nitrum combuſtum cineres relinquere.* 3

Tertio *Sal Petræ,* præſertim depuratus & vere ſimilaris *fixa res* eſt, quæ per ſe ſola comburi nequit, *cum* aliis, ut *Sulſure*, *Stibio* ve incenſa *diſſipatur* potius quam revera comburitur aut diſſolvitur. 4

III

Monachi qui in Meſuem commentati ſunt primi *Salnitrum pro Nitro* uſurpaſſe videntur.

IV

" *Vitreis arenis fundendis* & olim in Phœnicia *Sido-* 1
" *ne* & *in Italia* tempore Plinii, item *in Gallia* & *Hi-*
" *ſpania Nitrum* fuiſſe *mixtum* ipſe ſcribit l. 36 c. 26.

Hodie Nitri loco utuntur Cinere fagino, hoc eſt *Sale fagino.* 2

Adeo ut hinc quoque Nitrum videatur Sali fagino ſimilius quam Sali Petræ. 3

IV

IV

1 ,, *Nitrum toſtum* ſive uſtum, ſi Galeno l. 9 ſimpl. medic. facult. in ,, Nitr. & Paulo Æginetæ l. 7 c. 3 in Λίτρον &c. credimus, *acrius*, *pene-* ,, *trantius*, & *magis abſterſorium* eſt *Nitro crudo.*

2 *Colligere* in delicet, vel *fixum* eſſe *totum* Nitrum, & ignis vi in minutiores tantum particulas redactum, penetrantius reddi, vel *abſterſorias Nitri partes* tantum rem *fixam* eſſe, ideoque *ſequeſtratis volatilibus* impuritatibus, Nitri partes (& Nitrum ipſum depuratum)
3 efficaciores reddi. Nam & *noſtri e Cineribus* facti abſterſorii Sales, fuſiles *fixiq.* ſunt.

Scholion I

Magna eſt *negligentia Italicorum* ſive Medicorum ſive Pharmacopolarum, qui cum nullo negotio & exiguo pretio *ex Alexandria Nitrum* petere poſſent, *Salem Petræ* potius, rem longe a Nitro diverſam ei ubique in compoſitionibus *ſubſtituant.*

II

1 Galenus lib. 4 ſimplic. medic. facult. cap. 21 etiam ,, *inter Aphronitra quædam duræ*, ait, *& craſſæ ſub-* ,, *ſtantiæ* (παχυμερῆ) *eſſe, quæ, quod in aqua non facile* ,, *liqueſcant, ideo improbentur.*

2 Nos hujuſmodi *Nitra* aut *impura*, aut *Venis* ſive Mineris ſuis adhuc *incluſa* eſſe exiſtimamus.

III

Chalaſtræum quoque Nitrum, quod amare ſalſum erat, non exacte Similare ſed *Sali ſalſo miſtum* fuiſſe, probabile eſt, *ſicut* hodieque *Sal Petræ* plerunque Sali ſalſo miſtus deprehenditur.

IV

1 Id quoque *Nitrum* quod colore *Roſeum*, nec non quod *in Candido Purpureum* erat, *diacriſi* fuiſſe di-
2 gnum videtur. Forſan *candor* aliorum Nitrorum

eſt *ab admixto Sale ſeſco*. Nam nec Fagi Sal ita candidus eſt uti Sal ſeſcus.

V

Nitro uſos Veteres in balneis & *lotionibus* probari 1
poſſet multis Hebræorum, Græcorum & Romano-
rum teſtimoniis. Attici Λίτρον, alii Νίτρον ex He- 2
bræo נתר vocant. Adſcribam tantum *Athanaſii* 3
locum ex ſermone de Virginitate Tom. 1 circa medium (p. 827 D, E, Comelin. edit.).

„ὅταν νίψῃς (ὦ παρθέ- „νε) τὸ πρόσωπόν σου, „νίψῃ ταῖς δυσὶ χερσὶν οὐ- „δενὶ μὴ ἐντρίψῃς τὰ μῆ- „λα τῆς ὄψεώς σου, οὐδὲ „μὴ βάλῃς πόαν οὐδὲ ΝΙ- „ΤΡΟΝ, οὐδὲ τὰ ὅμοια „τούτοις. 4	*cum laveris (o virgo) faciem tuam, nõ lavabis ambabus manibus, non expoliveris genas vultus tui, neque pharmacis aut* NITRO *utere, aut ſi quid hujuſmodi eſt.*

VI

Ex quo crebræ iſtæ lotiones & unctiones, quibus Veteres utebantur, deſierunt, videtur etiam *Nitri uſus in cute detergenda* deſiiſſe, & *Sapo* ex Nitriformi Sa- 1
le & Oleo compoſitus ſucceſſiſſe. Nam dum Ni- 2
trum cuti ex Oleo ſordidæ affricabatur, Sapo qua-
ſi quidam exoriebatur. *Plato* quoque in Timæo 3
circa medium ubi de Elementorum miſtione (p. 1067 Francof. Ed. 1602, B)

„τὸ μὲν Ἐλαίου καὶ Γῆς „καθαρτικὸν γένος Νί- „τρον,	*Olei Terræq; purgatorium genus Nitrum dicitur,*

pinguitudinem Nitro tribuere videtur.
Proſper Alpinus, qui de Ægyptiorum medicina ſcri- 4
pſit, multa de balneis ipſorum refert, ſed *de Nitro*, quo tamen abundant, fere *tacet*.

V

Digitized by Google

V

1 Lapis ille candidus & fiſſilis, e quo Borax conficitur Venetiis, ideo- adverſum
2 que BORAX CRUDUS dicitur, non eſt Nitrum. *Nec enim ſolvi-* Georg. A-
tur in aqua, neque *ſaporem* ullum præ ſe fert, ſed *uſtione* & præpara- gric. l. 3 de
tione ſaporem *acquirit*, qui admodum affinis eſt *Salis fagini* ſapori, Nat. Foſſil. c.
3 quamvis minus amarus. Præter *lubricandi* enim *effectum* habet etiam 9 init. & med.
illud, Sali fagino peculiare, quod guſtatus ſimul *nares afficit*.

SCHOLION. *Baurac* Mauris Nitrum dicitur. Hinc orta appellatio Boracis, qui *Chryſocollæ Veterum* in Auro glutinando *ſucceſſit*.

VI

1 Si *Nitrum* verum eſt *Sal ſimplex*, vel ſaltem *merus*, *Borax* non eſt Ni-
2 trum. Nam Borax dum *toſtione* aut uſtione in *candidum & calcifor-*
3 *me corpus* amiſſa pelluciditate vertitur, etiam *pondere decreſcit*. Dia-
criſi igitur obnoxius eſt, atque in partem volatilem & calciformem
non-Salem dividuus.

VII

1 *Ubi* AQUÆ NITROSÆ non deſunt, ſi vere Nitroſæ ſunt, neq;
2 Nitrum deeſſe poteſt. Si enim mero Nitro prægnantes ſunt Aquæ,
calore ſive Solis ſive ignis *ex iis ſeparabitur Nitrum*, non minus atque
3 olim in Nitrariis, ad Nilum excoquebatur. Quod ſi *alii Succi* præ-
terea *admixti* ſunt, & hi ſecundum diacriſeon leges a Nitro ſeparari
poterunt.

VIII

1 Num *Aquæ Nitroſæ* an *Halinitroſæ* ſint, ſolo ſapore dijudicari ne- adverſ. Georg. Agric.
quit, præſertim ubi diverſis, *iisq;* non paucis Salibus aliiſve Foſſilibus in- loc. ad aff. 5 dict.;

Digitized by Google

Thom. Jordan. loco aſſ. 9 ſchol. 1 init.; & Gabr. Fallop. loco aſſ. 9 ſchol. 3 adducto.

infectæ fuerint. *Amarities* enim *ſola* Nitrum *non arguit*, cum in con- 2
feſſo ſit, *Aquas* vel *Ære* ſive Ærugine, vel *Auripigmento* aut Sandaraca infectas, & ipſas *amaras* eſſe.

Neque defectus amaroris defectum Nitri arguit. *Aqua* enim *Ni-* 3
li ſuavis eſt, & tamen Nitroſa. Nam Nitrum tum per ſe non adeo 4
perfecte amarum eſt, tum aquis copioſis dilutum & diſperſum, eo minus guſtui perceptibilem habebit amarorem.

SCHOLION. 1

„ Plato *ex intenſione Nitroſi ſaporis amarum* „ *provenire, ſicut ex intenſione auſteri acerbum*, ait in Timæo, ultra medium, ubi Saporis differentias explicat; referente etiam Galeno lib. 1 Simpl. medic. fac. c. 36.

Platonis verba hæc ſunt:

„ Τραχύτερα μὲν ὄντα (τὰ „ περὶ τὰ φλέβια τῆς γλώτ- „ της εἰσιόντα), στρυφνά· „ ἧττον δὲ τραχύνοντα αὐστη- „ ρὰ φαίνεται.	*Si aſperiora ſunt (quæ in lingua venas incidunt), acerba; ſi minus aſpera, auſtera apparent.*
„ Τὰ δὲ τούτων (τῶν φλεβί- „ων) ῥυπτικὰ, καὶ πᾶν τὸ „ περὶ τὴν γλῶτταν ἀπο- „ πλύνοντα, πέρα μὲν τοῦ „ μετρίου τοῦτο δρῶντα „ καὶ προσεπιλαμβανόμενα, „ ὥστε ἀποτήκειν αὐτῆς τι „ τῆς φύσεως, οἷον ἡ τῶν „ ΝΙΤΡΩΝ δύναμις, „ πικρὰ πάνθ' οὕτως ὠνό- „ μασται.	*Quæ vero illas (venas) abſtergunt & quicquid circa linguam eſt, abluunt, ſi ultra modum id faciant, & augeantur* (intendantur) *ita, ut liquefaciant aliquid de eo,* qualis eſt NITRI *potentia; ea omnia amara nominata ſunt.*
„ Τὰ δὲ ὑποδεέστερα τῆς ΝΙ- „ ΤΡΩΔΟΥΣ ΕΞΕΩΣ, ἐπὶ „ τὸ μέτριόν τε τῇ ῥύψει „ χρώμενα, ἁλυκὰ ἄνευ πι- „ κρότητος τραχείας, καὶ φί- „ λα μᾶλλον ἡμῖν φαντάζεται.	*Inferiora vero hac* NITRI *potentia, & moderate abſtergentia, ſalſa ſine amaritudine aſperâ & amica magis nobis apparent.*

IX

IX

Etiamſi *ex Aqua* per halitum conſumta *excoquatur* aliquid *ſubamari Salis*, idipſum ſtatim *pro Nitro non* eſt *habendum*, *niſi* prius *ab Halinitro*, quod item ſubamarum eſt, probe *diſtinguatur*; vel etiam, ſi admixtum ſit, *ſeparetur*, uti etiam *a reliquis* Salibus, ſi admixti ſint.

Scholion I

1 THOMAS JORDANUS, qui de Moraviæ Medicis
Aquis eleganter ſcripſit, circa libri fin. c. de Zeiz.
„ lac. (p. 101 edit. Francof. 1586), *Aquam lacus Zeizi-*
„ *enſis in Hodominenſi territorio*, omni carentis *ingreſſu*
„ *vel effluvio*, refert *eſſe quovis felle amariorem*, *præ-*
„ *terea in viridi flavam*; (& p. 105) *ex libris ejus ſex*
„ *decoctione collectas eſſe circiter duas uncias Nitri puri*.

2 Verum, quo colore aut ſapore illud fuerit, *quibus attributis* ab *Halinitro diſcretum*, item utrum granulatione an cryſtalliſatione ortum ſit, *non indicat*.

3 Quin & toto libro, *num Salem Petræ a Nitro di-*
4 „ *ſtinguat* nuſquam innuit. *Æſtate* quidem refert
„ (p. 103) *paucioribus aquis lacum ſcatere*, *& litora*
„ *albiſſima*, *ceu nive ſive pruina conſperſa cerni*, *idq; in-*
„ *colas* Sali Petrino *acceptum referre*, *quo etiam vicina*
„ *loca adeo conſpergantur ut eminus adventantibus flo-*
„ *rum alborum ſpeciem repræſentent*.

5 Verum utrum *Sal Petræ*, *an Nitrum* ſit hæc *canities* riparum & camporum, ipſe non decidit.

6 Si quid de ejus ſententia ſtatuendum, *Nitrum* a *Sale Petræ non videtur diſcernere*.

II

1 Si amarities Zeizienſis lacus ſoli Nitro accepta re-
„ ferri nequit, & præterea *nullum Metallum* (hoc eſt,
„ Foſſile aliquod ex iis, quæ hactenus cognita ſunt)
„ *tanta amaritudine præditum* reperitur, *ideoq; mali-*
„ *gno quodam Terræ Succo ibi congeſto*, Aqua infecta
dicenda eſt, uti Jordanus (p. 104) judicat; certe
hic

hic ipſe *malignus Succus* inter *Foſſiles Succos* referendus fuerit. Nam vel Similaris erit, vel in Similares dividuus. 2

III

Etiam GABRIEL FALLOPPIUS, qui poſt Georgium Agricolam ſatis diligenter Foſſilium materiam 1
tractavit, *Salem Petræ* cum Nitro *confundit*, atque ita totum tractatum de thermis, quod Nitrum quidem attinet, ſuſpectum reddit. Ut vel maxime ex 2
his verbis conſtat, quæ c. 9 poſt principium
„ exſtant: *Nitrum Aquis ineſſe*, inquit, *guſtu quidem*
„ *cognoſcitur, ſed difficulter. Attamen, ſi qua nota*
„ *eſt, hac una eſt; quod, ſi Aqua Nitroſa teneatur in ore,*
„ *percipitur ſapor acris, qui permeat totam linguæ ſub-*
„ *ſtantiam, ad partes etiam inferiores, & cum acredi-*
„ *ne percipitur quoque neſcio quid, quod videtur erode-*
„ *re. Quod experiri etiam licet, ſi in ore teneatur mi-* 3
„ *ca Nitri. Viſu & olfactu non cognoſcuntur Aquæ Ni-*
„ *troſæ. Tactu autem aliquo modo, quia detergunt nul-*
„ *la relicta aſperitate. Cognoſcuntur etiam ex effectu*
„ *quia validius ſolvunt ventrem, quam Salſæ, ita ut ali-*
„ *quando ſubvertant ſtomachum & faciant nauſeam.* —
„ Decipiuntur *multi, qui cum primum ſentiunt ſapo-* 4
„ *rem ſalſum, putant* Aquam *eſſe ſalſam ob* Salem *ad-*
„ *mixtum, non advertentes quod & Nitroſæ ſunt ſalſi ſa-*
„ *poris, ſed hoc intereſt, quod Nitroſæ cito permeant*
„ *totam linguam.*

Hæc omnia indicant, Falloppium Salem Petræ a vero & amaro Nitro non diſtinguere. 5

☞ X

„ Falluntur, qui *Terras* ideo *Nitroſas ſtatuunt, quia abſtergunt, ut* „ *Chiam, Selinuſiam, Cimoliam, Pnigitin.* * Abſterſoria vis major in „ Sale Fagi & Cinerum clavellatorum quam Nitro.

* Sennert. nat. ſcient. epit. l. 5 c. 1 p. 370.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT IX

DE SALE PETRÆ.

Argumentum.

1 Aſſertio SALEM PETRÆ & ejus SPIRITUM *deſcribit.* Sectiunculas habet 10.
2 *quibus rebus impuretur*, & *quomodo hæ ſeparentur* docet. Sectiuncul. 3.

I

1 SAL PETRÆ, alias *Halinitrum*, Sal ſimplex eſt, *ſapore ſubſalſo* & v.c. 7 aſſert.
ſubamaro; præterea *acri*, linguam *cum frigore* penetrat & cum 2, ſectiunc.
2 *lubricitate* per eam diffluit. In catino Auritabriſi *funditur* & fu- 2,3.
3 ſus, *pondere nihil diminuto*, in igne perſtat; *Sulfur* ſibi injectum *ac-*
cendit, verum Sulfure *deflagrante* ipſe *flammam non concipit*, exceptis
pinguibus quibuſdam ejus *impuritatibus*, quæ cum Sulfure *deflagran-*
4 *tes* eum nitidiorem, *puriorem* & magis Similarem relinquunt: *Prunâ*
tamen ceu ellychnio *ſuffultus* flammam concipit & *ſpumans* ac quaſi
5 reluctans ignibus in auras diſpergitur. E catino *effuſus* in corpus
6 Alabaſtritæ aut *candido Marmori ſimile* concreſcit; *rurſus* aqua liqua-
tus, dein aquâ ex parte decoctâ ſive evaporatâ ſponte in *Cryſtallinas*
trabeculas redit.
7 *Violento igne* ſollicitatus SPIRITUM præbet qui purpureus egre-
8 ditur, ſed aqueus colligitur. *Num* autem *per diacriſin*, *an* vero per
metaſyncriſin, *an* potius per *ſyncriſin* aliquam ſubtiliorum partium Sa-
lis Petræ cum aqua per aerem recipientis vaſis diſperſa oriatur; meri-
9 to adhuc *quæritur*. Ceterum Spiritus hic, quamvis *actu frigidus*,
dum Metalla liquat, adeo *incaleſcit*, ut interdum etiam flammæ exſili-
10 ant. *Corrodit*, *liquat* & *in* corpora *Saliformia redigit* multa, quæ Spi-
ritus Sulfuris ſolvere & domare nequit.

Digitized by Google

II

Sal Petræ ex ſua Terra aquis diluta ſeparatus duabus rebus fere 1
impuratur, *Sale ſalſo* & *Pinguedine*(quæ tamen cujus ſpeciei ſit, non-
dum compertum eſt). Ille *coctione & cryſtalliſatione*, hæc *deflagra-* 2
tione cum Sulfure *ſequeſtratur*. *Sal* enim *ſalſus* quia cryſtallabilis 3
non eſt & *gravior Sale Petræ*, fundum aquæ petit, cum *Sal Petræ* in
media aqua cryſtalleſcat.

CAP. X

DE VITRIOLI SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio VITRIOLUM *deſcribit* & *triplex* enumerat.
Sectiunculas habet 4.

Schol, *quid Chalcanthum* ſit exponit.
Sectiunc. 3.

2 *Figuram* Vitrioli concreſcentis *non variare ejus Speciem* docet contra Dioſcoridem.
Sectiunc. 5.

3 VITRIOLA CRUDA *deſcribit*.
Sectiunc. 2.

4 Georg. *Agricolam reprehendit*, *quod* Vitriola cruda *ad quatuor* Antiquorum *Species referat*.
Sectiunc. 3.

Schol. *Has* Vitriolorum *Species* quatuor *amplius* conſiderat.
Sectiunc. 6.

5 PYRITEN ÆROSUM *non eſſe parentem Vitrioli* contra Georg. Agricolam ſtatuit.

6 *unde tam varia* VITRIOLORUM CRUDORUM *Species* ſint, monſtrat.

7 de VITRIOLIS SOLIS, LUNÆ, & JOVIS agit.
Sectiunc. 5.

Schol, *infinitas Minerarum* eſſe *Species* declarat.

Digitized by Google

I

1 INter *Sales non meros* VITRIOLUM ſive *Vitreolum* præcipuum eſt. v.c. 7 aſſert
2 *Oritur* enim ex *Metallo imperfecto* per Spiritum Sulfuris liquato & 5.
divaporatione aquæ ſuperfluæ rurſus facta, in pellucidos Cryſtallos redacto, ideoque pro Metallo triplici & ipſum *triplex* eſt, ſi nimirum *ſimplex* & immiſtum ſit.

3 Aliud CÆRULEUM, quod vulgo *Romanum* vel *Ungaricum* & proprie *Chalcanthum* jure appellatur, quia ex Ære fit;

ſecundum VIRIDE, quod ex Ferro;

tertium ALBUM quod ex Plumbo, & forſan etiam Stanno, Biſemuto, & Stibio fit.

4 Quod ſi *ex pluribus Metallis* inter ſe miſtis ortum fuerit *colore* quoque *mixto* generationem mixtam prodet.

1 SCHOLION. Communiter *Chalcanthi* nomen tam Viridi quam Cæruleo
2 tribuitur, ſed *rectius ſoli Cæruleo* competit. Id enim ſolum ex Ære,
3 ſive eff:oreſcit, ſive utcunque oritur. Veteribus vel Cæruleum ſolum notum fuit, vel, ſi & Viride noverunt, illud alio nomine appellarunt.

II

1 *Vitriolum*, dum ex Vitriolata Aqua per calorem nonnihil incraſſata *in vaſe*, caverna, lacuna, c..ncreſcit; *in pellucidos cubos*, ſive glebas, *uvarum ſpecie* ex cubis coagmentatas, *concreſcit*.* conf. c. 7 aſſert. 8. *conf. Cæſalpin. de Metallic. l. 1 c. 22 circa init.

2 Si eadem Aqua *per rimarum meatus*, fibras, in ſpecus deſtillet, *in tranſparentes ſtirias* concreſcit:

3 Si *alii ſitus meatuum* & concreſcendi occaſiones fuerint, *in lanuginis*, vel *aliam figuram* coagulatur.

4 *Nec* tamen ideo *ſpecie differt, cum* ſemper *aqua liquatum in cubos* ceu debitam ſibi figuram *redeat*.

Neq; igitur *ſpecie differunt* tres Chalcanthi a Dioſcoride de medic. 5
„ mater. l.5 c. 114 (Matthioli c. 74) relatæ differentiæ: Σταλακτὶς ſeu
„ Σταλακτικὸν *Stillatitium* ſive in ſtirias formatum; Πηκτὸν *Concreti-*
„ *tium*, & Εφθὸν *Coctitium*.

III

Vitriolo *huic* proprie dicto *cognata* ſunt ea quæ VITRIOLA CRUDA & *Impura* appellamus, & vulgo etiam Germanis *Atramenta* dicuntur, *coloribus*, *conſiſtentia*, *aliisq;* attributis inter ſe *diſcrepantia*. 1
Sales autem aut *Saliformia* corpora *dici nequeunt*, quia nec pellucent, nec tota in aqua liquantur. 2

IV

* Georg. Agricol. l.3 Nat. Foſſ. c. 16.

„ Qui Vitriola hæc *Cruda ad* quatuor Antiquis celebratas Species *Me-* 1
„ *lanteriam, Sory, Chalcitidem* & *Miſy* referunt *; nimio Antiquitatis ſtudio *theoriam* Vitrioli *intricant*. *Nec* enim *differentiæ*, quibus Spe- 2
cies iſtæ quatuor differunt *tales* ſunt, *ut plures* conſtitui *nequeant*. *Ve-* 3
rum autem Vitrioli Crudi *Specierum numerum* ſola determinat *diacriſis*.

SCHOLION. *Germani* coloribus potiſſimum diſtinguunt in *Nigrum*, *Ci-* 1
neraceum, *Luteum* & *Rubrum* Atramentum, (Swartz/ Grau/ Gelb
« und Roht Atrement). Interdum etiam *Album* Atramentum *efflore-* 2
« *ſcere ex aliis* dicunt, ita tamen ut ambiguum relinquant, num Vitriolum proprie dictum, an Crudum intelligant.

„ *Ex Sory, Melanteria & Chalcitide Vitriolum excoqui* teſtatur Georg. 3
Agricola loco ad marginem notato.

« *Ex nigra Melanteria* (Swartz Atramentſtein) *apud Iuliacenſes Vi-* 4
« *triolum confici*, Kentmannus ſignificat Foſſil. Nomenclat. Tit. 2, in Melanter. num. 4.

„ *Ex Cineraceo & Rubro Atramentis mixtis Viride Vitriolum Goslariæ* 5
„ *excoqui* refert Lœneiſius vom Bergwerk im 5 teil, fol. 79. pag. b fin.
„ Idem ibidem duo *hæc* Atramenta *in aqua liquari* ſcribit, ita tamen
„ *ut nigra ſpuma ſupernatet*.

Quod

6 Quod *ſi ex Miſy* ſive Luteo Vitriolo Crudo *Vitriolum excoqui nequit*, Miſy hoc *ne communi quidem Vitrioli Crudi* aut Atramenti Metallici *nomine* comprehendi poterit.

V

PYRITES ÆROSUS *materia potius* quam *parens aut effector Vitrioli* eſt, & *Crudi* potius, quam Maturi ſive proprie dicti. Nam hujus materia eſt Metallum purum. adverſ. Georg. Agric. de Nat. Foſſ. l. 4 c. 15 circa init.

VI

Quia *Pyritæ* aliique Lapides hujuſmodi ex Metallo, Lapide, vel Terra, Sulfure, aliiſque Succis interdum *conſtant*, quarum rerum quædam *a Spiritu Sulfuris liquabiles*, quædam *corroſiles* tantum, quædam etiam *ab ejus injuriis* forſan *immunes* ſunt; non mirum eſt *varias Vitriolorum Crudorum* & Impurorum *Species* oriri.

VII

1 Salibus non meris ſive Saliformibus corporibus merito accenſentur etiam *Vitriola* iſta ſive pellucidi Sales, *arte facti ex Metallis ope* Spirituum acrium (quales ſunt *Spiritus Salis communis*, *Halinitri*, *Sulfuris*, *Aceti*) *liquatis* & *coagulatis*. Cujus generis ſunt VITRIOLUM SOLIS & LUNÆ (*Cryſtalli Dianæ*), JOVIS.

2 Quamvis enim hactenus ex his Metallis orta Vitriola *nondum effoſſa* ſint, nil vetat, quin *aliquando effodiantur*.

3 Deinde *ex Stibio, Zincho, Biſemuto, aliisve* imperfectis Metallis itidem *Vitriola* ſive arte ſive a natura *fieri poſſe probabile eſt*.

4 *Neq; ſpeciem* horum Saliformium corporum *variat*, quod vel *arte* vel *induſtria humana* dirigente, vel *caſu* intra terræ tam varios & multiplices receſſus, agentibus & patientibus debito ordine concurrentibus, exiſtant. conf. c. 1. aſſert. 1, ſecti-unc. 5.

5 Nam *neq; Cryſtalli* illi *Lunæ*, *qui* Aurifabris aut Doci-

 ma-

maſtis, dum Argentum ab Auro Aqua Forti ſeparant, *præter intentionem* oriuntur, *ſpecie differunt ab iis qui* a Chemicis *ex propoſito* parantur, modo eidem aquæ liquatrici conſiſtentiam ſuam debeant.

Scholion.

Sicut in Geometria infinitæ Figurarum Species ſunt; ita in Phyſicis nonminus *infinitæ Minerarum* quam Plantarum, & Animalium *Species* infinitum Creatorem arguunt.

CAP. XI

DE ALUMINIS SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio ALUMEN *deſcribit* & *cum Vitriolo comparat.* Sectiunculas habet 4.

2 *pro Saxorum diverſitate diverſas* forſan *Aluminis Species* produci adſtruit. Sectiunc. 3.

3 *Aluminum Varietates*, præcipue GLACIALE perpendit. Sectiunc. 5.

4 NATIVA Alumina conſiderat. Sectiunc. 3.

Schol. 1 *Veteres Glaciale ignoraſſe* & unde conſtet, *Liquidum* ipſorum *fluidum non fuiſſe*, exponit. Sectiunc. 2.

2 *Quinam primi* verum *Liquidum obſervarint*. Sectiunc. 2.

5 *Diſſimilaria* eſſe *hæc* Alumina probat. Sectiunc. 5.

6 *Eundem* PYRITEN & *Vitrioli* & *Aluminis materiam* diverſa ratione *eſſe*, aſſerit. Sectiunc. 2.

7 ALUMEN SACCARINUM *deſcribit*.

I

Sicut Vitriolum *ex Spiritu Sulfuris* & Metallo; ita ALUMEN ex 1
eodem Spiritu & *Petroſo* aliquo *corpore* per Spiritum Sulfuris ſolubi-

Digitized by Google

2 bili, in Salinam & pellucidam conſiſtentiam coaluit. Ideoq; *in igne nihilo quam Vitriolum* conſtantius ſive *fixius* eſt. *In bullas* enim *conflatum*, Spiritu emiſſo, *in Calcem* quaſi quandam vel Cinerem *redigi-*
3 *tur. Spiritus* etiam *acidus*, qui ab eo *excernitur*, deſtillando excipi
4 non minus quam e Vitriolo poteſt. Spiritus nimirum Aluminis, Vitrioli, Sulfuris unus idemque Spiritus eſt.

II

1 Sicut pro variis Metallis varia etiam Vitriola *Spiritus Sulfuris* architectatur; ita forſan *pro diverſitate* Saxorum ſive *Lapidum diverſas* etiam *Aluminis Species*, colore aliiſque attributis differentes pro-
2 ducit. Verum *cum Pulvis Lapidis non* ita *reduci* ſive in integrum re- v. c 4 aſſert. 1
ſtitui *fuſione*, aliave ratione *queat*, ſicut Metalli aut Vitri ramenta in ſectiunc. 4.
Metallum aut Vitrum rurſus conflantur; Species quoque Lapideorum iſtorum corporum, quæ cum Spiritu Sulfuris in Aluminis Speciem coeunt, hactenus *nondum* ſatis *explorata* ſunt.

3 Multum autem *ad recte conſtituendam hanc theoriam* conferret, ſi *inductio* aliqua fieret *Lapidum* quam maxime ſimplicium a Spiritu Sulfuris *liquabilium*, & in Salinam ſpeciem deinde rurſus *coagulabilium*.

III

1 *Plures* ſunt *Aluminum Varietates*, quæ num veræ Species, an impurationes & *mixturæ* dicendæ ſint, incertum eſt, quia nondum ſa-
2 tis obſervatum eſt, quamvis poſterius *veriſimilius* ſit. Ceterum *omnia* in eo maxime conveniunt, quod *guſtu* ſint *vehementer adſtringenti*, cum Vitriola acrem habeant adſtringenti ſapori miſtum.

3 Quod *præ ceteris ſincerum* & homogeneum eſt, GLACIALE, aliis *Factitium* dicitur, quod nimirum e diluto ſuo coctione inſpiſſato & dein refrigerato, inſtar aliorum Cryſtalleſcentium Salium in pelluci-
4 dos cubos concreſcit. Dicitur etiam *Rupeum* (Italice *Roccha*) quia ma-

Digitized by Google

v. Georg. Agric. de re Metallic. l. 12 (p. 458. 459) & Matthiol. in Dioſcorid. l. 5 c. 82.

magnâ copiâ ex *Saxis certis*, donec Sulfureum fumum exhalent, uſtis; dein aqua maceratis, donec in Lutum tabeſcant; denique aqua dilutis excoquitur. Quamvis etiam *ex* Aluminoſis *Terris*, *Pyritis*, *aliisve Venis* excoquatur.

Eſt autem aliud *Candidum* aliud *Roſeum* a colore dictum: 5

Quod *cujus admiſtioni colorem debeat*, diacriſi *explorandum* fue- 6
,, rit. *Acrius* autem eſt Roſeum *Candido* teſte Matthiolo loco ad marginem notato & Cæſalpino de Metallic. l. 1 c. 21 paulo ante finem.

IV

Minus ſive ſincera ſive *ſimplicia* videntur illa quæ NATIVA dicun- 1
tur, quorum

v. Cæſalpin. de Metallic. l. 1 c. 21.

,, alia *Liquida* vocantur Veterum exemplo, *non quod re vera fluida ſint, ſed quod mollia inſtar Luti*;

alia *Concreta*, quorum quoddam Σχιςὸν ſive *Sciſſum* ſive Sciſſile, 2
aliud *Rotundum* ſive Gibboſum dicitur. *Illud in filamenta* concre- 3
ſcit, *hoc* vel *ſolidum* vel *cruſtoſum* vel *hiulcum* eſt. *Hiulcum* dico, quod aut in bullas intumuit, aut foraminum fiſtulis cavum ſpongiæ faciem gerit.

SCHOLION I

Antiqui Glaciale Alumen, quod hodie ceteris frequen- 1
tius, & cum Alumen abſolute dicitur, intelligitur, *ignorarunt*, quia excoquendi arte caruerunt. Plinius enim ,, *omne ex aqua limoq; hoc eſt, terræ exſudantis natura fieri* Natur. Hiſtor. l. 35 c. 15 ultra medium teſtatur.

conf. Cæſalpin. loc. d.

" Id autem quod *Liquidum* vocabant, *fluidum non fuiſ-* 2
" *ſe* ex eo conſtat, *quod* idem *in pilulas conformatum* ab
" ægris *aſſumi*, ibidem poſt verba adducta ſcribat.

II

Bartolomæus Maranta Apulus, Medicus, verum *Liqui-* 1
,, *dum & Sciſſile & Rotundum* Puteolis *primus obſervavit*, ut
,, Matthiolus loco ad aſſertionem 5 indicato fidem facit, & cum Cæſalpino probat.

Lucas

2 " *Lucas Ghinus* item Foro cornelienſis, qui Piſis Botanicæ " Profeſſor fuit, in Ilva inſula *Liquidum* Alumen reperit, " ut eſt apud Matthiolum eodem loco.

V

1 *Diſſimilaritatem* horum Aluminum *arguit*
primo *colorum varietas*. Alia enim Candida, alia Cinerea, alia Fuſca ſunt.

2 Dein *quod ſua ſponte quiddam exſpirent*, quod ita ignem olet, uti Lapides, quando eorum conflictu ignis elicitur. conf. Georg. Agric. de Nat. Foſſ. l. 3 c. 13.

3 Præterea illud quod *Liquidum* dicitur *vetuſtate* in glebas tranſit, quas ſi frangas, partim *in capillamenta*, partim *in grumos concreviſſe*
4 *deprehenditur* *. Inde Liquidum admodum *pingue* eſt, ideoque *Glaciali impurius*. Nam, dum Glaciale e ſuo diluto excoquitur, multa Pinguedo ab eo ſequeſtratur. *conf. Cæſalpin. loc. dict. circa init.

5 Denique *ex impuris hiſce* omnibus Alumen *Glaciale* arte *excoqui poteſt*, æque ac Vitriolum pellucidum ex impuris Vitriolis.

VI

1 *Idem* PYRITES ſæpe & *Vitrioli & Aluminis materia* eſt. *Ratio-* conf. c. 10
2 *ne* quidem *Metallicæ ſubſtantiæ* in Vitriolum; ratione *Lapideæ* in Alumen vertitur, dum ab halitu ardentis in terræ penetralibus Sulfuris corroditur. aſſert. 5.

VII

ALUMEN quod SACCARINUM dicitur, quia nimirum in metæ figuram Saccari inſtar formatur, manifeſte *compoſitum* eſt. Nam ex Alumine Rupeo, Ovorum albumine & Aqua Roſacea ad fucos muliebres paratur. conf. Matthiol. & Cæſalpin. locis dict.

Fff CAP.

CAPUT XII

DE RELIQUIS SALIBUS, PUTA SALE TARTARI, CINERUM CLAVELLATORUM, CALIOS, VITRI.

Argumentum.

1 Aſſertio ALIOS SALES in recenſione Foſſilium *negligi ſolitos non negligendos* eſſe adſtruit.
Sectiunculas habet 4.

2 SALEM TARTARI deſcribit.
Sectiunc. 4.

3 SALEM CINERUM CLAVELLATORUM.
Sectiunc. 4.

4 SALEM CALIOS. Sectiunc. 3.

Schol. Salem Calios & Cinerum clavellatorum *cum aliis confert.*

5 SALEM VITRI deſcribit.
Sectiunc. 2.

Schol. *Etymon* vocis Glasgal exponit.

6 *Cur Sal Vitri ex* omnibus *Vitrariis* officinis *idem ſpecie non proveniat* & cur ejus *Species* adhuc *incertæ* ſint, docet. Sectiunc. 5.

I

Sunt & ALII uſu ſatis nobilitati SALES, ut *Sal Tartari*, *Sal Cinerum clavellatorum*, *Sal Calios*, *Sal Vitri*, qui tamen vulgo in Foſſilium vel Mineralium recenſione *negligi ſolent*, * partim, *quod artis opera* ſint, partim quod *e Vegetalium regno* oriantur. 1

Verum *originis* hanc *diverſitatem*, Similarium *Species non variare* 2

* Georgio Agric. de Nat. Foſſil. l. 3 & Sennerto nat. ſcient. epit. l. 5. c. 2 (ſect. 8 fin.)

re jam c. 1 aſſert. 1 ſectiunc. 5 diximus. *Neq; enim magis arte fiunt* hi Sales, *ac Metalla ipſa.*

3 Sed *nec* illud *verendum* eſt, *ne* hac ratione *infinitas* Salium Simplicium *Species* ſtatuamus, cum alius Sal e Fago, alius e Quercu,
4 alius e Betula &c. proveniat. Depurationes enim & reſolutiones ſive *diacriſes* horum Salium tantiſper *continuandæ* ſunt, *donec ad primigenios, numero certos* Simplices Sales *perventum fuerit.*

II

1 SAL TARTARI dicitur, quod *ex* Tartaro ſive *Face Vini ficca*
2 *combuſta* paratur. *Spiritu* enim & *Oleo* per ignis vim e Tartaro *ſeparatis*, ex reliquiis affuſâ aquâ Lixivium fit, quod rurſus coagulatum in Salem *candidum* abit, *unctuoſum, cauſticum*, & ſumme *deterſivum.*
3 *In aere vapido in Oleaginem* hoc eſt Liquorem, qui conſiſtentiâ Olei ſpeciem mentitur, *convertitur.*
4 Plurimum debent huic Sali genuini Naturæ rimatores, cum *Metalla* & *Hydrargyrus* Spirituum acrium vi *in varios habitus transformata, hujus* potiſſimum Salis *ope in priſtinos* & naturales ſibi habitus *redeant.* Quare etiam *Catholicum reductionis adminiculum* merito perhibetur. v. c. 4 aſſert. 1 ſectiunc. 4.

III

1 Sali Tartari *naturâ* vicinus eſt SAL CINERUM CLAVELLATORUM (Potaſch) ita dictus quod *e clavellis* doliorum ſive cadorum *Cinere infectorio* refertorum fiat.
2 *Infectorium Cinerem* voco qui *ex certis Arboribus combuſtis* oritur, & magnâ copiâ advehitur *in uſum* Artificum, *qui pannos* coloribus & præſertim Iſatide *inficiunt*, item qui *Saponem* viridem *parant.* Germanis Waidaſch dicitur.

Digitized by Google

Clavellæ iſtæ *ex Ligno Querno* confectæ ſunt, & longi temporis 3
tractu tenuioribus & *acrioribus Cineris* iſtius aut Salis in Cineribus latitantis *partibus* impraegnatæ, inſuper *proprio Sale gravidæ*. *Si* in 4
foco *comburantur, Salem Plumbi inſtar effluentem* præbent, quo itidem *Saponarii* & *alii* Artifices *utuntur*. Admodum *deterſivus* eſt.

IV

SAL CALIOS ſive *Anthyllidos* (vulgo *Sal Alcali, Sal Sodæ*) fit e 1
Cinere Herbæ ſive Fruticis, qui Græcis *Anthyllis*, Arabibus *Cali* dicitur. In litoribus maris creſcit & ſapore *ſalſiſſima* eſt.

v. Cæſalpin. de Metallic. l.1 c.20 fin. & Bellon. Obſerv. l.2 c.24.

Sal hic vel ſaltem Cinis magnâ copiâ *ex Hiſpania* aliiſque locis *Ve-* 2
netias comportatur. Abſque eo enim *ad* arenas adjecto *Vitra Murana* ſive Veneta fieri nequeunt. Uſum etiam præbet Docimaſtis & 3
aliis Metallurgis *in fuſione Metallorum*.

SCHOLION.

Alius Sal e Cineribus aqua affuſa extrahitur ſive *eluitur*: *Sal Calios* vero, ſicut & *Sal Cinerum clavellatorum*, proxime fit *ex re combuſta*, & tamen uterque *totus in aqua ſolubilis* eſt.

V

conf. Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l.5 c. ult. & Cæſalpin. de Metallic. l.1 c.20 fin.

SAL VITRI, alias *Fel Vitri*, Germanis Glaſgal, eſt Sal *lapidoſus* & 1
candidus, qui *in Vitri confectione* ab eo *ſeparatur*, *ſapore peracri*.

Adhibetur *ad Sapones* parandos. Docimaſtis etiam & Aurifa- 2
bris inſervit, ad contumaciores Metallorum venas & *Metalla* ex Additamentis contumacia reddita *fundenda*.

SCHOLION.

Quia *amarus* etiam eſt, *hinc* forte Germanis Glaſgal dicitur.

VI

Digitized by Google

VI

1 Quoniam tum *Materia* ipſa *primaria Vitri*, tum Salina *Additamenta*, admodum ſunt *diverſa*, *neque Fel Vitri ſpecie idem ex omnibus Vitrariis* officinis provenire poterit.

2 MATERIAM PRIMARIAM VITRI dico Lapides, ſive *Calculos candidos* & interdum pellucidos, primum uſtos, dein pilis contuſos, vel eorum *Sabulum* aut Arenam in oſtiis fluminum vel alibi inventam, item *Silices fuſiles* & *Glaream* ex ejuſmodi Silicibus. conf. Georg. Agric. de re Metallic. l. 12 (p 470, 471)

3 ADDITAMENTA ſunt *Nitrum*, *Sal foſſilis*, *Sal ex Cinere Anthyllidis*, item *Cinis Quernus* (ſub quo etiam Iligneum, Roboreum, v. c. 8 aſſert. 3 ſchol. 4, ſectiunc. 1,
4 Cerreum & Æſculeum complector) vel *Faginus*, vel *Abiegnus*. Item *Cinis Lignorum, quibus Sal* ex Salſa fontana *excoctus eſt*. Hic enim Cinis, quia Salis iſtius particulas aliquas combibit, reliquis cineribus *præferri* ſolet.

5 Deinde cum *controverſum* ſit, *utrum* Sales & Salſi Cineres, qui ad Vitrum conficiendum adhibentur, ipſam *Vitri ſubſtantiam* aliqua ex parte *ingrediantur*, *an* vero *fluxum* tantum primariæ Materiæ *promoveant*; *incertum* quoque adhuc erit, *quomodo Fella Vitri* vel inter ſe, vel a Salibus in Vitri confectione adjectis *differant*.

CAPUT XIII

DE SULFURIS SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio *cur* SULFUR *inter Pinguedines primatum* obtineat, docet. Sectiunculas habet 2.

2 *inter Simplicia & Mixta ambigere* probat. Sectiunc. 5.

3 SPIRITUM SULFURIS *perperam Oleum Sulfuris* dici adſtruit. Sectiunc. 3.

Digitized by Google

4 SULFURIS VARIETATES quaſdam conſiderat. Sectiunc. 7.

5 NATIVUM RUBRUM *Ferro colorem* ſuum *debere* probabile reddit. Sectiunc. 4.

6 *unde* PELLUCIDUM fit Sulfur, inveſtigandum relinquit.

7 Sulfur *cum Hydrargyro miſtum in Metallum non mutari* probat. Sectiunc. 5.

I

v. c. 3 aſſert. 13 ſectiunc. 6.

SULFUR *inter* Foſſiles *Pinguedines* hactenus *primatum* obtinuit. 1
Majus enim *in* Metalla aliaque *Fixa* corpora, *quam Bitumen*, 2
dominium obtinet, *minus* vero *noxium* & tractatu periculoſum,
quam *Arſenici Species.*

II

Sulfur *inter Simplices* ſive exacte Similares *&* *Mixtas* ſubſtantias 1
ambiguum eſt.

Nam Sal quidem ejus Volatilis ab eo dum comburitur, *ſecernitur*, 2
quamvis non Fuliginis habitu colligatur, ſed aeris vaporibus
mixtus, Liquorem acerrimum, quem *Spiritum Sulfuris* dicimus, præbeat.
Quæ vero *reliqua pars* hypoſtatica ſit quæ cum Sale hoc Vo- 3
latili Sulfuris ſubſtantiam conſtituat, utrum Pinguedo aliqua inflammabilis
aut quibus attributis prædita, hactenus *incompertum* eſt.
Oleum certe aliave Pinguis ſubſtantia per veram diacriſin ex Sulfure 4
ſecerni hactenus *non potuit.*

Neque *diacriſis ejus* ulla alia (per deſtillationem aut ſublima- 5
tionem aliamve operationem) quam *per ſolam inflammationem* aut
combuſtionem *inventa* eſt

III

Digitized by Google

III

1 SPIRITUS SULFURIS *improprie Oleum Sulfuris* dicitur.

2 Tantum enim abeſt, ut ignem concipere aut alere natus ſit, ut vel *Pulvis Pyrius eo imbutus flammæ* concipiendæ *ineptus* reddatur.

3 *Neque* ſolvit ſive *liquat* Reſinoſa & *Pinguia*, uti faciunt Spiritus Terebinthinæ, Larignæ ſeu Juniperi, *ſed Metalla* aut Metallica. Aurum & Argentum autem ſolus liquare nequit.

IV

1 *Varietas Sulfurum* ſtricte dictorum potius *ab admixtione* aliorum corporum, præſertim *Aluminis* & *Vitrioli*, quam veris ſpecificis differentiis videtur provenire.

2 *Differt* autem potiſſimum *colore*, dein etiam *conſiſtentia.* Nam *Foſſile* invenitur, quod *Lapidis* eſt *duritia.* Nam de figuris nihil attinet dicere. v. Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 3 c. ult.

3 SULFUR LUTEUM ſive *Citrinum* reliquis *purius* dicimus. *Utrum* autem *vulgare* Luteum, quod in virorem declinat, *an* vero *Pallidum* illud, quod *Virgineum* dicitur (quia Italicæ mulieres ejus ſuffitu capillos rufant) ſimplicius & *purius* ſit, *non decido.* v. Cæſalpin. de Metallic. l. 1. c. 28.

4 Sulfur quod ex Pyrite aliiſque Venis, primum excoquitur,
5 ideoque VIVUM dicitur, *cinereum* fere eſt. Verum *ignibus* rurſus commiſſum *depuratur* & ſequeſtratis, quæ ex Vena adhærebant, vel Terris vel Salibus vel aliis ſordibus *luteum colorem* adipiſcitur, uti in officinis Sulfurariis (Schwefelhütten) Goslariæ & alibi videre eſt. Vide Lœneiſ. ſom Bergwerck/ 5 Teil der Bergordnung fol. 328, b.

6 Chemica *ſublimatione* idem experiri licet. *Quo ſæpius* enim
7 *ſublimatur, eo purius* evadit. FLORES SULFURIS vocant, qui tamen nihil aliud quam *Sulfur ſunt*, nec alia re *differunt* a Sulfure, quam *quod puriores* ſint, & ſub *Pulveris habitu* compareant. Quod ſi rurſus

ſus *liqueſcant* igne & ipſi *in* magdaleones, aliusve figuræ *maſſas redeunt.*

V

v. Erker. fon den fürnemſt. Erz. im 3 Buch (c. 11 fin.) f. 99 a.

Si *Pyrites Sulfure* prægnans in *Retorta Ferrea* incluſus igne urgeatur, *Sulfur* in vas recipiens *exbalat Aurantii coloris*, (Pomeranzgelb) quo Pictores utuntur. 1

Factitium item Sulfur *Rubrum*, quod CABALLINUM dicitur, quoniam equorum ſcabiem ſanat, *ex Sulfure* & *Squama Ferri* concoctis & in urceos transfuſis compoſitum eſt *. 2

* conf. Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 3 c. ult.

Ferrum facile a Sulfure ſive Spiritu ejus comminuitur, adeo ut *ignitum* Ferrum *magdaleoni* Sulfuris *admotum*, inſtar ceræ *deſtillet*. 3

Probabile itaque NATIVUM quoque RUBRUM Sulfur *colorem* ſuum *Ferro* aut Venæ Ferri potiſſimum *debere*. 4

VI

v. Georg. Agric. loc. d. & Cæſalpin. de Metallic. l. 1 c. 28.

Quæ vero vel *admiſtio* vel *atomorum* Sulfuris *collocatio* tam *Luteum* quam *Rufum* Sulfur interdum PELLUCIDUM & Electro aut Argento Rudi rubro pellucido ſimile *reddat*, ampliori indagine *perveſtigandum* eſt.

VII

Sulfur *neque ex Metallo* ullo hactenus educi ſive *ſecerni*, *neque cum Hydrargyro* aliove corpore ſociatum *in Metallum*, hoc eſt ductile corpus *mutari* potuit. 1

v. c. 3 aſſert. 4 ſectiunc. penult.

Cum Hydrargyro miſtum & *ſublimatum* CINNABARIM FACTITIAM *præbet* floridum Coloramentum & *Minii* Nativi (quod Vena Hydrargyri eſt & vulgo *Cinnabaris Nativa* dicitur) *ſuccedaneum*, ideoque etiam *Minium Factitium* quibuſdam * dicitur. 2 Ceterum *ductilis non eſt*, ſed *in pulverem* contundi ac *conteri* poteſt. 3 *Neque* in 4

* Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 9 c. 21, & in Berman. c. 34.

in igni *funditur*, ſed *exhalat* & *Aurum* halitu ſuo, hoc eſt Hydrargyri,
5 *dealbat*. Sed & integer *Hydrargyrus* ex Cinnabari, nec non ex parte aliqua *Sulfur*, *reduci* ſive recuperari poteſt. v. c. 4 aſſert. 1 ſectiunc. 4.

CAPUT XIV

DE ARSENICI SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio AURIPIGMENTUM *Arſenicorum eſſe originem* probat. Sectiunculas habet 8.

2 *minus pingue* eſſe ARSENICUM *quam Sulfur*.

3 Arſenicum *fixius eſſe Sulfure* duabus rationibus adſtruit. Sectiunc. 2.

Schol. *Cadmias diſtinguit*.

4 *Sale abundare* itidem duabus rationibus probat. Sectiunc. 8.

5 AQUAS AMARAS *non ſtatim debere Sandarachæ amaritiem* contra Georg. Agricolam & Falloppium oſtendit. Sectiunc. 3.

I

1 ARSENICI ſive *Species* ſive Varietates, *plus quam depuratione* inter ſe *diſtant*.

2 *Origo* reliquarum videtur eſſe id, quod peculiariter AURIPIGMENTUM dicitur, quia *Aurum colore* & ſplendore *imitatur*, & interdum ſuperat, *ex* tenuibus *cruſtis* quaſi ſquamis conſtans, & inſtar Lapidis Specularis aut Talci *fiſſile*.

3 *Ex Auripigmento uſto* eam Arſenici Speciem, quæ SANDARACHA dicitur, factam eſſe vel *ars demonſtrat*, quæ Auripigmentum olla obturata concluſum coquit, donec obſcuriorem Sandarachæ, id eſt rufum aut ſubrufum colorem contrahat. v. Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 3 c. 23.

Digitized by Google

GLEBOSUM itaque Foſſile AURIPIGMENTUM, quod colorem Sandarachæ quodammodo exprimit, *imperfecte uſtum* cenſeri poteſt. 4

PorroC*ruſtoſum Auripigmentum* ſi cum pari pondere Salis communis miſceatur, & ſublimetur, ARSENICUM quod LUTEUM vel C*itrinum* dicitur, provenit. Si aliquoties iteretur ſublimatio, in capitello ſive operculo ſublimatorii vaſis CANDIDUM, & tandem CRYSTALLINUM Arſenicum oritur. 5 6

Glebosum itaque *Auripigmentum*, uti & *Sandaracha* eſt Auripigmentum, *parte volatili* aliqua *ſpoliatum*. *Arſenicum* vero *Luteum* & *Candidum* eſt Auripigmentum *fixioribus partibus exutum*. 7 8

II

Minus Pinguedinis in ſe ***quam Sulfur continere Arſenicum*** ſive Nativum ſive Factitium, indicio eſt, ***quod minus promte incenditur***.

III

Arſenicum multo *fixius* eſſe *Sulfure* arguitur ex eo, quod *Æri* Metallo fervidiſſimo *mixtum Argenti colorem* (inſtar Talci viridis) ei *conciliat*, quamvis Orichalco minus malleabile efficiat. 1

conf. c. 6 aſſert. 1 ſecti-unc. ult.

Deinde idem ex eo colligere licet, quod *tardius a Venis Metallorum* quam Sulfur toſtione *ſeparetur*, ſi Metallurgis & Docimaſtis credendum eſt, qui *Lapidis Panes* (Slattenſtein) *Sulfure*, *Cadmiam* vero ***Catinariam*** (Speiſe) ***Arſenico conſtare*** volunt. 2

v. Erkerſon den fürnemſt. Erz. im Buch (c. 16 & 18) f. 18 b ſequ.

SCHOLION.

Cadmiam Catinariam voco, quæ in catino extra fornacem Metallis innatans deprehenditur, ut diſtinguatur a *Cadmia Fornacaria* (Ofenbrüche) & *Cadmia Metallica* (Kobolt), denique *Cadmia Foſſili* (Kalmei).

conf. Georg. Agric. de Nat. Foſſil. l. 5 c. 11.

IV

IV

1 *Sale abundare* Arſenicum, *indicat inſignis* quæ in eo eſt, non ſolum Nativo, ſed etiam aliquoties Sublimato, *corrodendi vis.* Unde & omni Animantium generi Venenum eſt præſentiſſimum.

2 Medici *Arſenica* omnia ſepticis accenſent medicamentis. Septica autem ſive putrefacientia dicta, non putrefaciendo proprie, ſed corrodendo agunt. v. Galen. ſimpl. medicam. facult. l. 5 c. 15.

3 Sandaracha etiam adhibetur *ad pilos evellendos*, quod itidem fit corroſis pilorum radicibus.

4 Quin & hoc corroſivitati & acrimoniæ Auripigmenti adſcribendum forſan, quod *omnia Coloramenta*, quibus admiſcetur, *præter Indicum, corrumpit*, ut non ii quos abſtracta Colorum mixtio requirit Colores, ſed longe diverſi iique obſoleti & ingrati proveniant, licet Coloramenta, quibus admiſcetur, nitidos & floridos alioquin per ſe Colores præbeant.

5 Verbi gratia *Lacca cærulea* (Lakmoßblau) ſi ſola uſurpetur, grato cæruleo & in purpuram inclinante Colore tingit, ideoque *Auripigmento mixta viridem promittit* (*Lumen* enim *per cæruleum Vitrum* tranſiens, lumini *citrinum* Vitrum *tranſmittenti mixtum*, *viride*
6 lumen conſtituit). *At* miſtum Laccæ huic Auripigmentum fœdo & inamæno Colore *in cineraceum vergente tingit.* Cum Indico autem (Indichblau) viridem ſatis gratum componit.

7 Deinde *Salis* in Arſenico *argumentum* hoc *etiam* videtur, quod *Sal Petræ* cum eo *in* fuſorio *catino mixtus* & *Prunis circumdatus promte flagret*, qui tamen cum Sulfure non incenditur, ſed Sulfure v. c. 9 aſſert. 1
8 deflagrante potius depuratur. At Carbone incenditur, cum ſect iunc. 3 & Carbone deflagrat; item *ſemel incenſus ſi Lignum ſubſtratum* habeat, 4. *totus deflagrat*, *Salis* ſcilicet *conſortio*, qui in Carbone & Ligno ineſt, flammam ſuſtentans.

V

V

* Georg. Agric. de Nat. Effluent. ex Ter. l. 1 c. 9 & c. 12 init. & Gabr. Fallop. de Therm. c. 8 ante fin.

" AQUAS AMARAS aut *Æri* aut *Sali Petræ* aut *Auripigmento* vel 1
" *Sandarachæ ſaporem hunc debere*, paſſim *ſcribunt* Auctores*; *non quod guſtu explorarint* vel Arſenici haſce Species, vel etiam Aquas ſolo Ar-
" ſenico infectas; *ſed* quod *Vitruvio credant*. Qui lib. 8 c. 3 refert, *rivu-* 2
" *lum, qui per Sandarachæ fodinas in Ponto* (regione Aſiæ) *labitur*, "(*Exampeum* Mela l. 2 c. 1 verſ. 47 Iſac. Voſſ. edit. vocat, Herodotus l. 4, " c. 52 Jungerm., ubi ad Scythas deſcribendos redit, Αμαξάμπσοι) *adeo* " *amarum eſſe, ut ingens flumen Hypanim ab ortu ſuo dulciſſimum amarore* " *inficiat*.

At poteſt *amarities* ea rivuli provenire *ab* aliquo *Foſsili*, quod *in ea-* 3
dem Vena Sandarachæ conjunctum ſit.

CAPUT XV

DE BITUMINIS SPECIEBUS IN GENERE.

Argumentum.

1 Aſſertio *quam incommode* Georgius Agricola & Libavius BITUMINIS *notionem extendant*, oſtendit.
Sectiunculas habet 2.

2 *Libavium* notat, quod *in* Bituminum *originem potius* quam *partes hypoſtaticas* inquirat.
Sectiunc. 2.

3 LACCAM etiam *Bituminibus accenſendam* aſſerit, *ſi omne Pingue incertæ originis Bitumen eſt*.

4 *non omne Bitumen in Aquis ardere, ut Aquis exſtingui nequeat*, probat adverſus Falloppium.
Sectiunc. 3.

I

1 " Qui *Petroleum, Naphtham, Axungiam Bitumineam*, *Maltham*,
" *Xeraſphaltum* ſive Siccum Bitumen, *Haloſanthos* (Sperma Ceti

Digitized by Google

,, Ceti) *Ambram, Succinum, Gagaten, Ebenum Foſſile, Lapidem Thraci-* ,, *um, Terram Ampelitida, Pharmacitida, Torfenas, Carbones Foſſiles, La-* ,, *pidem Fiſſilem, Belemniten* (Alpſchoſ), *Lyncurium* &c. communi & *generica* BITUMINIS *notione comprehendere*, dein porro exquiſitis di-
2 chotomiis *ſubalternationes Specierum perſequi* ſatagunt*; *ſimile* quid faciunt, *ac* ſi quis VINUM *Genus ſupremum Spiritûs Vini, Aqua Vitæ, Vini proprie dicti, Aceti, Spiritûs Aceti, Muſti, Sapæ, Tartari, aliorum*que tam Liquidorum, quam Conſiſtentium *corporum* per ſyndiacriſin ex *Vino* ortorum, ſtatueret.

* Georg. Agric. de Nat. Foſſ. l. 4, c. 1 & Libav. Singular. Part. 3. l. 2, c. 1 & in Tabula iſtius Partis libris præfixa.

II

1 *Non* omnino *aſpernamur* eorum * diligentiam, *qui* circa *Bitumina* aut Bituminibus affinia quædam, ut *Haloſanthos* ſive Sperma Ceti, *Succinum, Caſuram* occupati ſolicite *inquirunt*, *num* ex *Mineralium* ſive Foſſilium *regno* prodierint, *an* vero *Arborum Reſinæ*, an *Animalium*
2 *Pinguedines* habendæ ſint. *Præcipua* tamen *theoria* in eo verſari debet, ut *attributa* eorum *omnia* & *partes hypoſtaticas* habeamus perſpectas, cum originis diverſitas Species non variet.

* Libav. Singular. Part. 3 l. 3 c. 8 ſeq.: l. 5 c. 2 & ſeq.: & c. 21.

v. c. 1 aſſert. 1 ſectiunc. 5, & aſſert. 2.

III

Si omne quod *Pingue* & inflammabile, *nec certæ* ex Animalibus aut Vegetalibus *originis* eſt, continuo *Bituminibus* accenſendum; etiam ,, LACCA (quam alii *Arboris Reſinam*, alii *Formicarum* aut *excre-* ,, *mentum* aut *opificium* eſſe, alii *alio modo* oriri ſcribunt, *in Bituminum claſſem referri debuiſſet*.

v. Garſ. ab Hort. Aromat. Hiſtor. epit. l. 1 c. 8.

IV

1 *Non* omne Bitumen *in Aquis ardet*, ut, ſi peſſum eat, uti *Bitumen Concretum*.

adverſ. Gabr. Fallopp. de Therm. c. 5 ante mediū.

Digitized by Google

Nec omne Bitumen ita ardet, ut Aquis exſtingui nequeat. Sæpe 2
enim vel *flatu* vel *ſponte exſtinguitur*. *Succinum* in Aqua Salſa natans 3
flagrat, ſed neſcio an ita pertinaciter, ut ab Aqua non exſtinguatur.

CAPUT XVI

DE BITUMINE LIQUIDO ET CONCRETO.

Argumentum.

1 Aſſertio BITUMEN LIQUIDUM *inter Bitumina medium* eſſe aſſerit.

2 *Liquidum* cum PICE LIQUIDA *confert*. Sectiunculas habet 4.

3 *Si quid* e Bitumine Liquido aut Concreto *ſeparatur, non ſtatim Bitumen* appellandum, *exemplo* SERI PICIS illuſtrat. Sectiunc. 2.

4 *Olea ex Liquido & Concreto* Bitumine *Naphthis æmula non ſtatim Bitumina* appellanda probat. Sectiunc. 8.

Schol. Baptiſtæ Portæ loco *de Oleo Olivarum & Lini deſtillatis* aſſertionem illuſtrat. Sectiunc. 3.

5 *Olea ex Concretis Bituminibus* COAGULATIONEM *non ſoli frigori, nec ſoli exſiccationi debere, ſed* PERMIXTIONI SPONTANEÆ, probat. Sectiunc. 14.

Schol. *Bitumen ex lacu Aſphaltite quo modo coaguletur*, ex Strabone & Joſepho exponit. Sectiunc. 2.

6 PISSASPHALTUM *lavari poſſe exemplo* PICIS CONCRETÆ probabile reddit. Sectiunc. 2.

7 PICEM LIQUIDAM *ad inſtar Olei Olivarum lavari poſſe* aſſerit, *ut de ſimplicitate & compoſitione recte judicetur*. Sectiunc. 3.

I.

Inter ea, quæ recenſuimus, ad Bitumen relata Foſſilia *medium* quaſi *locum* Foſſilium obtinet id, quod BITUMEN LIQUIDUM ſive *Axungia Foſſilis* dicitur. Hinc enim reliqua ſyndiacritice deduci commode poterunt.

II

Digitized by Google

II

1 *Bitumen* hoc *Liquidum* conſiſtentiâ *ad* PICEM LIQUIDAM, aut
Reſinam Larignam vel Abiegnam, quæ *Terebinthina* vulgo dicitur, ac-
cedit, colore *nigrum*, odore *fœtidum* aut graveolens, quo tamen, ſi
2 ſincerum ſit *a Pice Liquida differt. Bitumen* enim *acutum* quid & pe-
netrans *ſpirat*; *Pix* vero *fumoſum* quid & quaſi obſtructorium aut ſuf-
focatorium.
3 *Germani* tam Liquidum Bitumen, quam Picem Liquidam *commu-
ni nomine* Tår vocant, *illud* ab hac *diſcreturi* Bergtår cognominant.
4 *Adulterari* fere Sebo, Reſinâ, Pice, aliiſque admiſtis, ideoque &
odorem & alia *attributa variare* ſolet.

III

1 Sicut id, *quod a Pice Liquida*, dum vel coctione inſpiſſatur, vel ar-
det, *ſeparatur* & ſupra expanſis velleribus, lanis, linteis, vel etiam
inverſis vaſis *excipitur*, non Pix amplius eſt, ſed SERUM PICIS a
2 Dioſcoride l.1 c.96 (Matthioli c.79) & aliis recte dicitur: ita *ſi quid
e Bitumine Liquido* aut *Concreto* vel naturâ vel arte *ſeparatur*, id *non
ſtatim Bituminis* appellationem meretur, niſi forſan eâdem etiam de-
finitione ſecundum primaria attributa inſtitutâ comprehendi queat.

IV

1 Ex *Liquido Bitumine*, uti *& Concreto*, deſtillationis artificio *Olea* ſe-
2 parari poſſunt, *Nativo* Petroleo *& Nativæ Naphthæ æmula*. Unde
cognoſcere licet, etiam *in terræ penetralibus ejuſmodi ſeparationes* a
Natura fieri.
3 Verum *non* ideo *ſtatim Bituminis nomen* hujuſmodi Liquoribus
Oleoſis *commune* faciendum, imo *ne ſpecie* quidem ſemper *convenire*
eos *neceſſe* eſt, cum & *ex* Vegetalibus aliiſque rebus *ſpecie diverſis Li-* v.c.1.aſſert.
quores hujuſmodi educantur, qui *attributa* ea, quæ *in Naphthis* admi- 1,ſectiunc,4.
ramur *participent*.
4 *Tres* enim *gradus* hujuſmodi *Oleoſi* conſtitui poſſunt, præter
Oleoſam conſiſtentiam, qua a Bitumine Liquido diſcrepat.

Pri-

Digitized by Google

Primus eſt *in Aquis ardere, & ab Aquis non exſtingui vel difficulter exſtingui.* 5

Secundus *flagrare abſq; ellychnio.* 6

Tertius *Ignem eminus rapere.* 7

8 Liquor, qui *tertium* gradum participat abſque controverſia *Naphtha* dicitur; qui *primum*, Petrolei nomine indigitatur; qui *medio* gradu ſubſiſtit, ab *aliis* ad *Naphthas*, ab *aliis* ad *Petrolea* refertur.

SCHOLION.

„ Baptiſta Porta Mag. nat. l. 12 c. 10 narrat, *ſe Oleum Olivarum de-* 1
„ *ſtillaſſe, idq; adeo tenue effeciſſe, ut flagrarit fere citra exſtinctionem,*
„ *nec non flammam eminus allicuerit.*

Ejuſdem ibidem quam proxime priora, de Lini Oleo verba ſunt: 2
“ *Si ſæpius deſtillaveris Oleum Lini, adeo mirabilem vim incendendi re-*
“ *tinet, ut vix vaſe claudi poſſit, quin ignem ad ſe alliciat, & reſerato*
“ *vaſe adeo tenue eſt, ut aerem Spiritus repleat. Quod ſi lumen can-* 3
“ *dela aut ignis adfuerit, accenditur aer, & ex eo Oleum incenſum flam-*
“ *mam jaculatur, eamq; adeo vehementem, ut impoſſibile fere ſit ex-*
“ *ſtingui.*

V

1 Cum *Naphthas*, Petrolea, *Spiritus Pingues*, *Olea ex* Concretis Bituminibus, *Succino, Ambra, Ceti Spermate, aliisque* Concretis Pinguedinibus in Miſtorum regno ortis *ſeparari* experiamur, COAGULATIONIS aliquam *cauſam ſubeſſe* neceſſe eſt.

conf. Libav. Singularium Part.3 l.1 c.9 & ſcholas.

2 Ea autem *ſoli frigori tribui non poteſt*, tum quod *congelatio* quæ a *ſolo frigore* fit, *inſtabile* quid & accidentarium ſit; tum quod *Olea hæc* pleraque *frigore*, inſtar Olei Olivarum in grumos *non concreſcant*, ſed *inſtar Oleorum Stillatitiorum* e Seminibus extractorum, vel inſtar *Pinguedinis Balænarum* (Trahn) vel in ſummo frigore fluiditatem ſuam ſervent.

3 *Neque ſoli exſiccationi* alicui conſiſtentiam ſuam debent Concretæ hæ Pinguedines, ſive ea per admixtionem rei ſiccæ, aut diſſlationem, ſive divaporationem liquidi ab incluſo ſicco fieri ponatur.

Nec

4 *Nec* enim *quidvis cum quovis* in ſtabile conſortium *conſpirat.*

5 Verbi gratia, ſi *Arenam macram, Vitri pulverem*, aut *elotum Cinerem cum Oleo* aut *Petroleo miſcere* & unire ſtudeas, *operam* omnem *luſeris.*

6 *Ad* PERMIXTIONEM SPONTANEAM potius *confugiendum*, & ad *Sales* partim *Fixos Unctuoſos*, partim *Volatiles*, & *Spiritus acres* certos, qui peculiari Naturæ privilegio cum Pinguibus & Oleoſis coire, iiſque intime permiſceri poſſunt, ita tamen ut refrigeratio, congelatio, exſiccatio ſive divaporatio, & reliquæ *frigoris* aut *caloris*
7 *actiones Miſtioni ſpontaneæ*, ut *miniſtræ* adjungantur. *Salium* autem *diverſitas* & diverſa proportio *diverſam* etiam *conſiſtentiam*, verbi gratia *fiſſilem, cruſtoſam, bracteoſam, Adipoſam, Vitream* &c. Concretis Pinguedinibus conciliat.

8 Spontanea Mixtione *ex Unctuoſis Fixis Salibus*
Sulfur in Lixivio Salis Tartari liquatur (ſolvitur).
Pix in Lixivio Fagino aut *Querno*;

9 *Oleum* Lini *cum Lixivio Salis Infectorii* coquitur, donec Aquâ evaporatâ *Saponis viridis conſiſtentia* proveniat.

10 Ita *Oleum Olivarum cum* convenienti *Lixivio* coquitur, donec durior aut *ſiccior Saponis Veneti* aut *Hiſpanici conſiſtentia*, ex conſortio Salis in Lixivio illo latitantis & Oleo exoriatur.

11 *Ex Volatilibus* præcipue occurrit

„ *Sal Urinæ Volatilis* (quem quidam *magis tecto vocabulo *Ori-*
„ *onium* vocant) aut *Spiritus Urinæ* ſive Orionius, qui *Olea* etiam *Stillatitia*, alias frigore inconcretilia, quaſi in momento *in Adipis* aut *Unguenti formam* redigit, unde etiam *Meduſæus* item *Gorgoneus*, quaſi Saxificus aut Lapidificus Sal dicitur.

* Libavius Singul. Part. 3 l.1.c.9 ſchol.

12 *Spiritus* etiam *Salis communis* quædam Olea ita colligare dicitur.

13 *Spiritus* etiam *Sulfuris* ſive Vitrioli *Oleagini Tartari* (hoc eſt Sali Tartari reſoluto) *affuſus coagulum* exhibet *candidum*.

conf. Beguin. Tyrocin. Chem. l.2 c.19.

Digitized by Google

v. Anſelm. Boet. de Boht de Gemmis l.2 c. 301. fin.

Ita *paucæ guttulæ Spiritûs Salis, magiſteria* Coralliorum, *Margaritarum, Oculorum Cancri,* Vini Spiritu ſoluta, rurſus *coagulant* & in corpus redigunt. 14

SCHOLION.

„ *Bitumen* quod *ex Lacu Aſphaltite* hauritur, qui Σιρβωνὶς λίμνη 1
„ Straboni l.16 circa med. dicitur, *Sanguine menſtruo & Urina coagulari* referunt Strabo loco dicto & Joſephus de bello Judaic.
l.5 c.5. *Abſq; hoc* foret, *non poſſent Bitumen*, quo naves implerunt, 2
abſcindere ab eo, quod in lacu remanet.

VI

1 Sicut PIX CONCRETA Aquâ adhibitâ a Sutoribus *lavatur*, hoc eſt, tam diu ſubigitur, trahitur ac diducitur, donec albeſcat, & Fuliginem, qua tincta eſt, in *Aqua* deponat (quæ *rufo inde colore* tingitur): ita *Bitumen* quoque & præſertim PISSASPHALTUM ſive Picibitumen *lavari poſſe*, probabile eſt.

2 Quod ſi fiat, *genuinus* Bituminis *color ab adſcititio*, quem forſan incendiis ſubterraneis & Sali alicui Volatili debet, *diſcernetur*.

VII

1 PICEM LIQUIDAM an quiſquam hodie lavet, equidem ignoro. At *lavari poſſe*, & quidem facilius, quam Concretam, nullum eſt dubium, eo circiter *modo, quo* Græci *Oleum* (Olivarum) Aqua *lavabant*,
2 & candidius efficiebant. Nam Aquæ copioſæ admixtum concutiebant & conchis hauſtum alte effundebant, donec *Serum Olei*, quod
„ *Rufum* eſſe teſtatur Galenus ſimpl. medicament. facult. l.2. c.15 (hoc Salem nos putamus) ab Oleo extricatum *Aquæ cohæreret*.

3 Eodem modo, *ſi Petroleum Rufum & Bitumen Liquidum*, (ſive Nigrum ſive Rufum ſive Cereum ſit) *lavetur, certius de ſimplicitate aut compoſitione* eorum *judicium* fieri poſſit.

CAP. XVII

Digitized by Google

CAP. XVII

DE BITUMINI COGNATIS, PUTA: CAFURA, BENZOINO, SUCCINO, SPERMATE CETI.

Argumentum.

1 Aſſertio *impugnat Libavium, quod* CAFURAM *Bituminum claſſe excludat.*

2 Caſuram BORNEANAM & SINENSEM conſiderat. Sectiunculas habet 5.

3 *Caſuram* & BENZOINUM *ad Sulfuris naturam* magis accedere probat. Sectiunc. 3.

4 SUCCINI *diſſimilaritatem* oſtendit. Sectiunc. 3.

5 SPERMA CETI *quid ſit, & quid non ſit*, docet. Sectiunc. 3.

I

Qui in *Bituminum numero* ampliando alias ſatis liberales CAFURAM tamen inde *excludunt*, eam ſolam ob cauſam, quod eam *Arboris Reſinam* eſſe certum putent *; *plus* quam par eſt *origini tribuunt*.

*Libav. Singular. Part. 3 l. 2 c. 2 fin. & l. 5 c. 21.

v. c. 1 aſſert. 2 ſectiunc. 5.

II

1 *Duplex* eſſe *genus Caſuræ* teſtantur Indicarum rerum Scriptores *, pretioſius, quod Caſuram de BORNEO; vilius, quod Caſuram DE SINA vocant.

* Garſias ab Hort. Aromat. Hiſt. epit. l. 1 c. 9. Confer & Cæſalpin. de de Metallic. lib. 1 c. 33.

Digitized by Google

Borneana minutis *granulis* aut bolis drachmam non exceden- 2 tibus.

Sinenſis in panes aut orbes quatuor unciarum pondere *coacta*, ac 3 ſi ſublimationis artificio extracta foret.

Borneana ex Arboribus reſudare, adeoque *Reſina* eſſe certo com- 4 perta eſt.

Sinenſis, undeunde ſit, *ex Borneana* aliave, quæ ſpecie cum Bor- 5 neana eadem ſit *extracta eſſe nequit*, cum *vilior* ſit. *Specie* tamen a Borneana *differt*, quæ *ſponte* non ita *exhalat*, ſicut Sinenſis, quæ ad nos defertur.

III

v. Matthiol. in Dioſcor. l. 1 c. 75 fin.

Si *Caſura* quæ ad nos defertur, *vera ſublimatione* Venetiis *depuratur*, 1 ut perhibent, *magis ad* Sulfuris quam Bituminis *naturam* accedit.

v. c. 13. aſſert. 2 ſectiunc. 4 & Beguin. Tyroc. Chem. l. 2 c. 18.

Sicut & BENZOINUM (ſive *Aſa dulcis*), e qua hactenus *nulla* 2 *arte Oleum elici potuit*, quippe cum ignibus commiſſa ſiccos *tantum Flores* Sulfuris more præbeat.

Bitumina vero *Concreta*, & quæ iis *analoga* ſunt, ut *Succinum*, 3 *Gagates*, ſi igni committantur, ejuſmodi *Halitus* emittunt, qui in *Liquores* (ſive *Spiritus* ſive *Naphtha* ſive *Olea* dicendi illi ſint) rurſus *concreſcunt*.

IV

conf. Libav. Singul. Part. 3 l. 5 c. 22 & Scholas.

SUCCINUM *præterea* etiam *Salem Volatilem* dum deſtillatur ex- 1 hibet. Quin & ſponte temporis diuturnitate *in rimis* & *cavernulis* 2 *ſuis*, ſi quas forte habet, *Salinas efflore ſcentias* ſapore Chalcantho æmulas profert, unde *diſſimilaritas* ejus ſub apparenti ſimilaritate latitans *detegitur*.

Verum *Pingue nihil*, quod *conſiſtens* ſit, *ex eo* ſecernitur. 3

V

Digitized by Google

V

1 Adeps ille, qui SPERMA CETI hodie (Walraht) dicitur, *Haloſanthos elotum & Sale ſuo exutum*, non injuria quibuſdam * videtur. * Libavio Singul. Part. 3 l.3.c.11 circa init. & alibi eod. libr.
2 Idem in Miſtorum quidem regno ortus *neque Semen neque Pinguedo Animalis* ullius eſſe potioribus rationibus evincitur *.
3 Duobus tamen attributis *a Bituminum indole diſcrepat*, quod *in Aqua non flagrat*, imo *ne abſque ellychnio quidem incendi* poteſt. * eod. ejuſd. l.c.12.

CAPUT XIIX

DE LAPIDE FISSILI.

Argumentum.

Aſſertio hæc LAPIDIS FISSILIS *Partes perpendit*.
Sectiunculas habet 5.
Schol. *quomodo ad Bitumen* ſe habeat, exponit.

1 LAPIDEM FISSILEM (Schiefer) etiam eum, qui ater eſt & inflammari poteſt, *præter Bitumen* quo prægnans eſt, præterea *re quadam admodum fixa* conſtare

2 tum illud *arguit*, quod, *poſtquam* in acervis *per menſtruum ſpatium arſit*, præterea *ſepties* vel *novies cremandus*, rurſus *Aqua* reſtinguendus atque ita *emolliendus* ſit, antequam Æs & Argentum, quod continet, ex eo conflari queat; conf. Georg. Agric. de re Metall. l.8 paulo poſt princ. (p. 218) & in fin. (p. 283). & hic c. 6 aſſert. 2 ſectiunc. 3.

3 tum illud evincit, quod interea dum ita crematur, *Subviride* quid ex eo *exſudat*, quod *ignibus* contumaciter *reſiſtens* Amianti æmulatur naturam.

4 Quia vero, dum *crematur*, ſemper *Bituminis odorem halat*, admodum *exquiſite Pinguedinem* Volatilem *Amiantinæ parti mixtam* & poris ejus exiliſſimis incluſam eſſe, neceſſe eſt.

Digitized by Google

v. c. 3. aſſert. 6, ſectiunc. 5.

Rectius itaque *Bituminеum* aut *Bituminoſum* quam Bitumen, *Lapidem Fiſſilem* dicemus, cum manifeſte ex pluribus Similaribus, nimirum *ex corpore Amiantino, Bitumine* (ſive parco ſive copioſo) & interdum *Metallo compoſitus* eſſe deprehendatur. 5

☞ SCHOLION.

Ita *Lapis Fiſſilis* ad *Bitumen* ſe habet, ut *Pyrites* ad *Sulfur* & *Cadmia* ad *Arſenicum*.

CAPUT XIX

DE TERRIS PINGUIBUS ET LÆTAMINIBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio Georgium Agricolam & Cæſalpinum *catachreſios & tautologiæ* & *ambiguitatis* arguit, *quod* PINGUES & GLUTINOSAS TERRAS *diſcernant*, & dein MARGAS & ARGILLAS *Pingues* vocent. Sectiunculas habet 9.

2 Ex eo, quod *Marga eſt Lætamen*, *Pinguitudinis argumentum nullum* deſumi poſſe, probat. Sectiunc. 4.

3 *Unde* LÆTAMINUM *Varietas* ſit, docet. Sectiunc. 7.

I

* Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. l. 2 c. 3 & 6: item c. 9&11. & Cæſalpin. de Metallic. l. 1. c. 9.

» Qui PINGUITUDINEM & GLUTINOSITATEM, ut diverſas 1
» TERRARUM *differentias* ponunt, & deinde MARGAS &
» ARGILLAS *Pingues* appellant *; ii & *Pinguitudinis* vocabulo *abutuntur*, & ſeipſos quidem *tautologiis*, lectores vero *ambiguitatibus* implicant.

2. Si

Digitized by Google

2 Si enim *Terram Pinguem* definias, quæ trita digitis cohæret, aut "*quæ Aquis mollita & humo illiſa non facile diſſipatur* *: & dein *omnem* " *Terram Pinguem, Glutinoſam eſſe* pronunties ⁎; *idem de eodem* enunciaveris.

* ut Georg. Agric. lib. d. c. 3 circa fin.
⁎ ut idem lib. ejuſd. c. 6 & 16.

3 Sin *Pingue* dicatur, quod *flammam alere*, aut in flammam ſive ex
4 toto, ſive ex parte converti poteſt; *ex parte* autem *in flammam converti* dicatur, cujus pars aliqua hypoſtatica (ſive dum in toto ſive dum
5 extra ſuum totum ſubſiſtit) in flammam mutari poteſt: certe *neque Margæ neque Argillæ neque Arenæ*, quæ ex *Marga* aut *Teſta*, hoc eſt certa Argilla fiunt, recte *Pingues* dicentur, ſed *Marga* dicetur *Terra Glutinoſa, ſpiſſa* & *dura: Argilla* vero *Terra Glutinoſa, ſpiſſa, mollis.*
6 *Terræ* vero *Pingues* erunt quæ Bituminis aut Sulfuris, aut Arſenici alteriuſve *Pinguedinis quippiam continent.*
7 Quod *ſi genus* illud *Arenæ*, quod Varroni de re ruſtical. 1 c. 9, Columellæ l. 3 c. 11, & Plinio Natur. Hiſtor. l. 17 c. 4; & l. 31 c. 3 CARBUNCULUS dicitur, *ex Bitumine fit Terreno*, hoc eſt, Lapide vel Gleba Bituminoſa, uti Georgius Agricola, neſcio quo auctore, ſcribit de Nat. Foſſil. l. 7. c. 16 circa init.; jure optimo Carbunculus ille *Pinguis* dice-
8 tur. *An* vero hodie *noſtris* Georgicis genus id Arenæ *notum* ſit, ideoque Georgius Agricola ex propria obſervatione id ſcripſerit, *ambigo*, cum in Indice interpretatorio Carbunculus hic omiſſus ſit.
9 " Inquirendum etiam, an SAXA CALCARIA, quæ *Pinguia* eſſe affirmat Agricola de Nat. Foſſil. c. 16 init. & 18 fin. re verâ *Pinguia* ſint.

II

1 Ex eo quod *Margâ agri fœcundi redduntur*, *Pinguitudinis* proprie dictæ *argumentum nullum* deſumi poteſt.
2 Quamvis enim *Oleum* arte Chemica *e Stercoribus* elici poſſit, tamen *non ob ſolam* iſtam *Pinguedinem* ad agros lætificandos *expetuntur*.
3 Multa enim ſunt, quæ *agros fertiles reddunt*, etiam ſi *nihil Pingue* contineant, uti ſunt *Cinis Stipularum, Creta*. Et ſolo *Cinere Stipularum*

Digitized by Google

larum tum Plinii (vide l.17 c.9 ſtatim ab initio) tum noſtro tempore *Circumpadani* Itali & alii ad agros lætificandos *contenti* ſunt.

v. aſſert. 1 ſectiunc.7. Quædam vero *Pinguia* & *noxia* ſunt agris, ut Arenæ genus, quod *Carbunculum* vocant. 4

III

Cum *Plantæ* ipſæ ex ſolo, quod colitur, excitandæ, *variis Salibus*, *Oleis*, *aliisque* Similaribus conſtent, Fimorum & LÆTAMINUM *varias Differentias* eſſe mirum non eſt. 1

Quædam enim conferre veriſimile eſt, quia vel *Pinguedinem*, vel *Salem Volatilem*, vel etiam *Fixum Unctuoſum continent*. 2

Quædam vero quia *Halitus Pingues* alioſve idoneos ex Aere *attrahere apta* ſunt. 3 Sicut enim *matrix Salis Petræ*, ut & *Aluminis* Halitibus 4 ſibi cognatis ex Aere attractis *rurſus ſe impregnat*; ita quoque *alia* 5 Terreſtria & ſicca corpora ſuis cognatis Succis per vim quaſi exuta, eoſdem rurſus lenta quadam & inſenſili attractione ſibi recuperare impoſſibile non eſt; cum obſervemus, corpora quædam hujuſmodi, 6 uti *Margam* ſive Medullam Saxorum, *Cornu Cervi uſtum*, *Terram* " *Samiam* teſte Dioſcoride l.5 c.172 (129 Matthiolo) *Terram Melitenſem* ſive obſignatam S. Pauli, teſte Matthiolo ad Dioſcorid. loc. dict., " *labiis* vel linguæ ſatis *pertinaciter adhærere*.

" Hujuſmodi etiam *attractoria vi* præditos credere par eſt *Lapides* 7 " *iſtos ardentes ex Ætnæ crateribus* ejectos, *qui, ubi aliquandiu in agris jacuerint, tempeſtatibus tandem reſoluti eos admodum fertiles reddunt*, teſte Fazello apud Baccium de Thermis l.4 c.4 (pag.202) & aliis recentioribus.

CAP.XX

Digitized by Google

CAP. XX

DE LAPIDIS SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio *cur* LAPIDUM legitima *in Species digeſtio lateat*, docet; & *duas* DISTRIBUTIONES ex Anſelmo Boetio *de Boot proponit.* Sectiunculas habet 57.

2 de his Diſtributionibus *judicat.* Sectiunc. 6.

3 Lapidis Diviſionem in LAPIDEM ſtricte dictum, GEMMAM, MARMOR & SAXUM ex Georgio Agricola, examinat. Sectiunc. 23.

4 ARENAM *non differre ſpecie a Lapide* aſſerit.

5 PUMEX *quid* ſit.

6 Si *ſuperiores Differentiæ ex rarioribus attributis* ſumendæ ſint, VERTICITATIS merito *rationem habendam* eſſe oſtendit. Sectiunc. 12.

7 MAGNES *quam differat a toto Lapidum genere*, indicat.

8 MAGNETICORUM *corporum* LEGES ſex ſubjicit. Sectiunc. 7.

9 *Unde Lapides veri ab apparentibus diſtinguendi* ſint.

I

1 LAPIDUM in Genera & Species per legitimas ſubalternationes *digeſtio*; item Lapidum *merorum* ſive proprie dictorum *a* Lapidibus Succo aut alia re peregrina *commiſtis* perfectior *diſcretio* tantiſper *latebit*, *donec* debita ultimarum Specierum *diacriſis* inſtituta, & *Succi*
2 præſertim *Lapideſcentis natura* recte *explorata* fuerit. Interim e *Differentiis vulgaribus* ſenſui obviis DISRIBUTIONES fieri poterunt, quarum *unam atq; alteram* cum Georgii Agricolæ diſtributione conferendam ſubjicio.

Digitized by Google

PRIMA DISTRI

* Anſelmi Boet. de Boht. l. 1 de Lap. & Gem. c. 1.

" LAPIS alius *naturâ* eſt *Magnus*, alius *Parvus*. 3
" Magnus rurſus vel eſt *naturâ Frequens* vel *Rarus*. 4
" Frequens vel *Mollis* vel *Durus*. 5
" Mollis, ut Gypſum vel *Gypſites* potius, *Talcus*, *Lapis* 6
" *Fiſſilis*, *Lithanthrax*, *Pumex*.
" Durus vel *Turpis* eſt vel *Pulcer*. 7
" Turpis, ut *Saxum*, *Pyrites*, *Silex*, Cos. 8
" Pulcer, ut *Marmor*. 9
" Rarus vel *Mollis* eſt vel *Durus*. 10
" Mollis vel *Turpis* eſt vel *Pulcer*. 11
" Turpis, ut *Aſſius*, *Samius*, *Ageratus*, *Melitites*, 12
" *Gagates*, *Schiſtus*, *Thyites*, *Amiantus*, *Gala-*
" *ctites*, *Hamatites*, *Phrygius*, *Calamita alba*,
" *Fungifer*.
" Pulcer vel *Colore* eſt *Pulcer* vel *Figurâ*. 13
" Colore, ut *Specularis*, Alabaſtrum vel 14
" *Alabaſtrites*, *Succinum*, *Lapis Ar-*
" *menus*.
" Figurâ Pulcer, ut *Ammites*, ſive Pſam- 15
" mites, *Stellaris*.
" Durus vel eſt *Turpis* vel *Pulcer*. 16
" Pulcer eſt *Opacus* vel *Diaphanus*. 17
" Opacus, ut *Porphyrites*, *Heliotropius*, 18
" *Smaragdites*, *Jaſpis*, *Lazulius* ſive
" Cyaneus *Lapis*, *Achates*, *Coralli-*
" *um*, *Ophites*, *Cornu Ammonis*.
" Diaphanus vel eſt *Coloratus* vel *Colo-* 19
" *re carens*.
" Coloratus, ut *Amethyſtus*, 20
" *Topazius*, *Smaragdo-* 1
" *praſius*.

" Non Coloratus, ut *Cry-* 21
" *ſtallus*, *Pſeudoadamas*
" *Bohemicus*.
" Turpis, ut *Steatites*, *Eneoſtis* (Enoſteos) *Sta-* 22
" *lagmites*, *Stalactites*, *Onyx*, *Baſaltes*, *Smy-*
" *ris*, *Dactylus Idaus*, *Oſſifragus*, *Sanguina-*
" *lis*, *Geodes*, *Magnes*, *Hephaſtites*.

Lapis

Digitized by Google

BUTIO LAPIDUM *.

23 " Lapis naturâ Parvus vel *Frequens* eſt vel *Rarus*.
24 " Frequens vel *Durus* vel *Mollis*.
25 " Mollis, ut *Lapis Fellis*, *Oculi Cancri*, *Lapis Limacis*, *Lapis Car-*
" *pionum*, *Lapis Perca*, *Lapis Spongia*.
26 " Durus, *Pſeudoadamas Ungaricus*.

27 " Rarus vel *Durus* vel *Mollis*.
28 " Mollis vel Pulcer vel *Turpis*.
29 " Turpis, ut *Morochthus*, *Lapis Caimanum* ſive Lacer-
" torum Americanorum, *Enorchis*, *Lapis Renalis*, *Porci-*
" *nus*, *Anguinum*, *Enhydros*, *Lapis Tiberonum* (Tiburo-
" num).
30 " Pulcer vel *Figurâ* vel *Colore*.
31 " Colore, ut *Margarita*, *Bezaar*, *Molochites* ſi-
" ve Malachites.

32 " Figura, ut *Oculus Cati*, *Gloſſopetra*, *Umbilicus*
" *marinus*, *Lapis Judaicus*, *Trochites*.
33 " Durus vel *Pulcer* eſt vel *Turpis*.
34 " Pulcer vel *Opacus* vel *Diaphanus*.
35 " Opacus vel *Imperfecte Opacus* vel *Perfecte*.
36 " Perfecte, ut *Turcois*, *Cameus*.
37 " Imperfecte, ut *Sardonyx*, *Aſtroites*, *Leu-*
" *coſapphirus*, *Opalus*.
38 Diaphanus vel *Coloratus* vel *abſque* Colore.

39 " Coloratus, *Hyacinthus*, *Beryllus*, *Ru-*
" *binus*, *Praſius*, *Rubicellus*, *Chryſopra-*
" *ſius*, *Spinellus*, *Granatus*, *Chryſoli-*
" *thus*, *Balaſſius*, *Carbunculus*, *Sapphiro*,
" *Smaragdus*, *Gemma Solis*, *Almandino*,
40 " Abſque Colore; ut *Adamas*.

41 " Turpis ut *Brontia*, *Ombria*, *Dracontia*, *Aetites*, *Lapis*
" *Palumbellarum*, *Chelidonius*, *Ovum Anguinum*.

Iii 2 ALTE-

ALTERA DISTRIBUTIO*.

» LAPIS vel *ex Animatis* deſumitur, vel *in* ſuo *regno*, hoc eſt, *Mineralium* oritur. 42
» Qui ex Animatis vel *à Plantis* vel *ab Animalibus*. 43
» A Plantis, ut *Corallium, Lapis Spongiæ*. 44
» Ab Animalibus 45
» vel *Aquatilibus*, ut *Lapis Carpionis, Tibu-*
» *ronis, Percæ*, item *Oculi Cancri, Mar-*
» *garitæ, Umbilicus Veneris:*
» vel *Volatilibus*, ut *Chelidonius, Alectorius,* 46
» *Palumbellarius:*
» vel *Terreſtribus*, ut *Bezaar, Bufonius, La-* 47
» *pis Porcinus, Dracontia, Lapis Limacis.*
» In Mineralium regno qui oritur, habet *Figuram* vel *Certam* vel *Incertam*. 48
» Certam Figuram vel *Mathematicam* vel *Phyſicam*. 49
» Mathematicam 50
» vel *Angularem*, ut *Cryſtallus, Ba-*
» *ſaltes, Iris:*
» vel *Rotundam*, ut *Enorchis, Ovum* 51
» *Anguinum, Geodes, Aetites.*
» Phyſicam vel *Animatæ rei Figuram* exprimit, 52
» vel *Inanimatæ*.
» Animatæ vel *Integræ* vel *Partis*. 53
» Integræ
» vel *Vegetabilis*, ut *Coral-* 54
» *lina:*
» vel *Sentientis*, ut *Oſtra-* 55
» *cites.*
» Partis
» vel *Plantæ*, ut *Piſolithus,* 56
» *Amygdaloides, Cen-*
» *chrites, Meconites,*
» *Lapis Judaicus* (qui
» Olivæ figuram ex-
» primit):
» vel *Animalis*, ut *Oculus* 57
» *Cati, Vulvarius,*
» *Dactylus Idæus, Eno-*
» *ſteos, Ammites, Æ-*
» *gophthalmus, Trio-*
» *phthalmus, Beli ocu-*
» *lus, Bucardia.*

* ejuſdem Boht. libro eod. c. 7 paucis mutatis.

II

1 Si Lapidum varietatem *hac ratione* per Differentias communes diſtinguas, *nulla* ſummarum, mediarum, & infimarum *Specierum* erit *certitudo*.

2 Sicut enim verbi gratia in priore Diviſionum tabulâ *Magnum* & *Parvum*, in poſteriore *Natum in ſuo Regno* & *ortum ex Animatis* pro *ſupremis Differentiis* poſuimus; *ita liceret* etiam vel *Rarum* & *Frequens*, vel *Durum* & *Molle* &c. pro ſupremis Differentiis *ponere*, & deinde ſecundas Differentias totidem modis, & porro tertias & reliquas variare.

3 Poſſunt etiam *plures* addi ejuſmodi *communes Differentiæ*. Verbi gratia:

4 *Durũ* vel *uti natus eſt permanet,* vel *aquâ ignive molleſcit.*

5 Item *Mollis* vel *talis qualis e minera ſua exciditur permanet,* vel *in aere dureſcit.*

6 Plures ex ſpecialibus Lapidum deſcriptionibus accerſi poſſunt.

III

1 „ Qui Lapidem in *quatuor ſummas Species* dividunt *, *Lapidem ſtricte* „ *dictum, Gemmam, Marmor* & *Saxum*; *conſulunt* quidem *memoriæ* non-
2 nihil, & communi loquendi *conſuetudini* ſe accommodant: verum *proximarum ſpecificarum Differentiarum acribiam nec* ipſi forſan *aſſe-*
3 *quuntur*. Quod patet maxime, ſi *ex illorum ſententia Definitiones* inſtituas.

* Georg. Agric. l. 1 de Natur. Foſſ. c. 20, & l. 5 c. 1 item l. 1. c. 10.

4 SAXUM enim erit Lapis, qui *vaſtâ* & illimitatâ quaſi *mole* in terræ ſuperficie in altum aſſurgit, in longitudinem latitudinemque diffunditur & *meatibus* quibuſdam, hoc eſt venis, fibris, cavernis, commiſſuris *diſtinguitur* (ſive diffinditur;) cujus *fruſta Ferro poliri* ſive nitorem accipere *nequeunt*.

5 MARMOR erit Lapis, qui *mole Saxo non* multum *cedit*, *Ferro* tamen *poliri* poteſt.

Digitized by Google

LAPIS *ſtricte dictus* erit, qui *in meatibus* ſive *Saxi*, ſive 6
Marmoris incluſus *oritur*, (ſive in caverna aliqua *undiq; concluſus*, ſive *in terminos* Saxi aut *Marmoris erumpens*; item ſive *merus*, ſive *Metallo* aut *Pinguedine* aliqua Foſſili *permixtus*).

GEMMA erit Lapis *in meatibus Saxi* aut *Marmoris* vel etiam *Lapidis* ſtricte dicti *incluſus*, *nitore* vel nativo vel artificiali (præſertim ſi venuſtus color accedat) *commendabilis*. 7

Patere diximus ex hujuſmodi Definitionibus, quam longe abſint Differentiæ ab acribia quæ requiritur. 8

Primo enim *vaſta moles non ex æquo* omnibus Saxis & *Marmoribus* competit. Nam *parvum* etiam *Marmor* memorat Georgius Agricola de Nat. Foſſ. l. 7 c. 10. 9
Quin & interdum *Marmori* & *Lapidi* ſtricte dicto *æqualiter* convenit. 10
Quippe MAGNITUDO *Lapidis nativa* 11

vel *unica dimenſione reliquas*,
vel *duabus inſigniter exſuperat reliquam*, 12
vel *tantum maximâ ſecundam circiter, quantum ſecundâ tertiam*, 13
vel denique *tribus dimenſionibus circiter æqualiter ſe habet*. 14

" Prima forma *Venæ*, quam *Profundam* Georgius Agricola vocat de ortu & cauſ. ſubter. l. 3 c. 3 & de re Metal. l. 3. ab init.; 15
" ſecunda Venæ, quam ille *Dilatatam*, reſpondet; 16
" cum tertiâ & quartâ Vena, quam ille *Cumulatam* vocat, congruit. 17

Jam *Marmor raro inſtar Venæ Cumulatæ* ſecundum omnes dimenſiones in rupes aut montes aſſurgit. *Neque* adeo *multis* & *amplis meatibus* ut Saxum eſt *pervium*. 18

Contra *Lapis ſtricte dictus*, imo & *Gemmæ* quædam *Venæ Profundæ more*, non minus quam Marmora per Saxa excurrunt. De Gemmarum magnitudine vide Georgium Agricolam de Nat. Foſſ. l. 7 c. 8. 19

Deinde *Lapides* quidam ita oriri deprehenduntur, ut *ambiguum relinquant*, utrum *plures minores* conjuncti, an *unus grandis* haberi debeat. 20

Ex-

Digitized by Google

21 Exempli gratia BASALTES eâ figurâ & ſitu excreſcit, ut ob exactiſſimos angulos & hedras *qualibet trabs*, *pro uno Lapide* vel ob ſtrictiſſimas commiſſuras *totum trabium aggregatum unius inſtar Lapidis* cenſeri poſſit.

22 In *Gemmæ* Definitione, *ut una Differentia* ſumitur *naturâ politum gigni & naturâ ad polituram aptum eſſe*, hoc eſt, a Ferro vel alio Lapide, aut Terra ſive Lapidis pulvere per artem directo expoliri poſſe, quæ certe *æquivoce* conveniunt: non minus, quam *natura certam figuram* certoſve angulos, certas cavitates *obtinere*, & *ab arte pro libitu* ſecari, excavari, tornari, ſcalpi aliove modo *figurari poſſe*. vid. Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. l.6 c.3.

23 Deinde *neque Gemmæ nitent niſi politæ*; *Marmora* verò in parvas particulas poſſunt redigi, ut politæ *Gemmarum inſtar niteant*. Vide Georgium Agricolam de Nat. Foſſ. l.7 c.1 & c.8 fin.

IV

Sicut *Vitri pulvis* ſpecie *non differt a Vitro ſolido*, ita *neque* ARENA *a Lapide* aut Saxo e quo orta eſt, quamdiu nulla fit diacriſis.

V

PUMEX non eſt naturalis Lapis ſed *deſtructus Lapis*.

VI

1 Si *ſuperiores* ſive priores *Differentiæ* ex *rarioribus* ſive admirabilioribus *attributis* deſumendæ ſint: merito *Foſſile* omne prima diviſione in Foſſile *Verticitatis capax*, & ejuſdem *incapax* dividendum foret.

2 *Verticitatis* vero *capax*

in id quod *ſuâ naturâ* (ut primum e Vena effoſſum aut erutum eſt) *Verticitatem jam habet*,

3 & in id quod *Verticitatem adipiſci poteſt*.

4 Quorum illud *actu per naturam*, hoc *potentiâ per naturam Magneticum* vocare licet.

Actu

Digitized by Google

Actu per naturam Magneticum rurſus duplex eſt. Nam 5
vel *inſigniter verticitat*, ut *Magnes*, 6
vel *obſcure* ut *Vena Ferri*. 7

Potentiâ vero *per naturam Magneticum* eſt, quod ſuâ naturâ 8
Verticitatis expers, certo tamen ſitu intra ſphæram actuoſam corpo-
ris actu per naturam Magnetici collocatum Verticitatem acquirere
poteſt, ut *Ferrum* & *Later Ferroſus*.

v.c. 3 aſſert. 4 ſectiunc. 16.

VERTICITAS autem dicitur facultas, ſe in certo ſitu ad Verticem 9
& Axem mundi collocandi.

Quæ autem *Verticitatem actu* obtinent, ea ſimul hac facultate pol- 10
lent, ut *corpora cognata*, tum *attrahere* & *retinere*, tum *Verticitate do-
nare*, ſive ad eam excire, tum eadem *certo* ad ſuas dimenſiones *ſitu col-
locare* poſſint. Quæ certe *attributa*, ſi *gradum Animæ infimum*, quem 11
in Fungis & Muſcis obſervamus, non *ſuperant*, certe ei *æquiparanda*
ſunt.

At ex tam varia *Foſſilium turba* ante reliquas *eximendæ* videntur 12
eæ *Species*, quæ inſignioribus & *admirabilioribus facultatibus* præ reli-
quis eminent.

VII

MAGNES magis *differt à toto Lapidum genere*, quam ullum e quatu-
or Generibus diſcrepat a reliquis, aut Homo a Brutis Animantibus. 1

VIII

Leges MAGNETICORUM *corporum* nonnullæ ſubjiciendæ ſunt, 1
ut quam *rara* ſit hæc *Differentia*, quæ *a Verticitate* deſumitur, eo re-
ctius æſtimari poſſit.

LEX PRIMA. *Portio* magni *Magnetis* a toto 2
ſuo abſciſſa & dein vel in aere vel in navicula ſupra
aquam

aquâm libere *ſuſpenſa* ita ſe convertit, ut *Borealem Polum* ſive faciem *obvertat Auſtrino totius*, vel *Auſtrinum Boreali*; & *Axem* Magneticum *Axi totius* directim ſitum & *Fibras* Magneticas ſuas *Fibris totius* Magneticis *directim ſitas habeat*, ſi nimirum *ante* vel *poſt totum*, hoc eſt, in Axe totius quaſi continuato, *poſita* ſit.

3 SECUNDA. Quod ſi *juxta totum* ſive a latere libere ſuſpendatur, *Axem Axi* & *Fibras Fibris* habebit *parallelas*, & *Polos eoſdem eodem ſpectantes*.

4 TERTIA. Quod ſi *ſupra* vel *infra totum* libere ſuſpenſa fuerit, *Axem Axi* quidem & *Fibras Fibris* habebit *parallelas*, ſed *Polos eoſdem in diverſa ſpectantes*.

5 QUARTA. Corpus *per naturam Potentiâ Magneticum oblongum* ſi *igniatur*, & dein in *ſitu ad Terram perpendiculari* vel *ad Axem Terræ parallelo*, vel *in linea plani Horizontalis in Septentrionem vergente*, quieſcens *refrigeſcat*; *actu* redditur *Magneticum*.

6 QUINTA. *Ferrum oblongum perpendiculariter erectum actu* redditur *Magneticum*, quamdiu erectum manet.

7 SEXTA. *Terræ Globus* eſt *Magnes magnus*, ſed invalidus, aliis partibus tamen *validior*, aliis *debilior*,

 con-

Digitized by Google

conſtans corporibus ſive partibus partim *actu*, partim *potentiâ per naturam Magneticis*.

IX

Si *Lapides* re vera *creſcunt* in Lapicidinis, *hinc Lapides veri* ab *apparentibus diſtinguendi*.

CAP. XXI

DE GYPSITE ET GYPSO.

Argumentum.

1 Aſſertio Georgium Agricolam *reprehendit*, quod GYPSUM & GYPSITEN *uno* Gypſi *nomine* comprehendat. Sectiunculas habet 3.

2 GYPSUM CRUDUM & USTUM *Galeni* conſiderat. Sectiunc. 8.

3 GYPSUM EBURNEUM Georgii Agricolæ *non* videri *ſpecie diverſum à Marmore* aſſerit. Sectiunc. 2.

4 Svenckfeldium *improbat*, quod LAPIDEM SPECULAREM *Gypſi extremitatem* dicat.

I

1 Qui communi GYPSI *nomine* complexi & *Lapidem* & *Calcem* ejus, ſub unum genus redigunt*; *idem* faciunt, ac ſi quis *Lapidem Calcarium* & *Calcem* ejus communi *Calcis* nomine *inepte* complecteretur.

* Georg. Agricol. de Nat. Foſſil. l. 5 c. 7.

2 GYPSITEN igitur analogiam ſecuti dicere poſſumus *Lapidem* qui *in Gypſum coquitur*, ut Plinius loquitur l. 36 c. 24; *Gypſum* vero cum

La-

Digitized by Google

Latini dicunt, *Calcem* Lapidis potius quam Lapidem intelligunt, ut ex Plinii loco dicto & Vitruv. l. 7 c. 3, Columellæ l. 12 c. 43, & aliis conſtat.

3 Quod ſi *Gypſites* recte *Gypſum* dicitur, *eodem jure* id nominis mereantur tum *Alabaſtrites*, tum *Specularis Lapis.*

II

1 " GYPSUM CRUDUM, ſive non uſtum (γύψος μὴ κεκαυμένη) *Galeni*, (de quo ſimplic. medicament. facult. l. 9. in Gypſ.) non eſt Lapis quem Gypſiten appello, ſed *Calx Lapidis igne ſubterraneo facta.*

2 Quod conſtat *ex verbis*

" *πήγνυται καὶ λιθοῦται βρεχεῖα.* | *cogitur & lapideſcit macerata.*

ut eſt in Aldino exemplari. Legendum βρεχθεῖσα.

3 Quæ ſententia repetitur ab Aetio Tetrabibli 1 l. 2. c. 51.

4 Item:

" *λιθώδης γίνεται καὶ σκληρὰ* | *lapidoſa fit & dura coacta;*

" *πηγνυμένη.*

5 Item:

" *ἐπενόησα δεύειν αὐτὴν* | *cogitavi illam diluere.*

6 Quæ non Lapidi ſed Calci Lapidis conveniunt.

7 Gypſum Crudum igitur Galeni eſt Gypſites, ſive Lapis Gypſarius ſemel uſtus.

8 " GYPSUM USTUM *Galeni* eſt *Gypſites bis uſtus*; aut Calx Gypſitæ foſſitia iterum per artem uſta, ſicut Calx ex ruinis ædificiorum.

III

1 " Hoc maxime *inquirendum* eſt, *utrum* Gypſites, ſive GYPSUM " EBURNEUM Georgii Agricolæ (vide locum ad marginem aſſert. 1 notatum) e quo Crudo ſigilla & ſimulacra fiunt, ſit *ſpecie diverſum*

 quid

quid *ab Alabaſtrite* aut molliore Marmore,& quo jure. *Color* certe & 2
maculæ non prohibent, quo minus *reliqua Marmora cum Candidis eodem genere* fruantur.

IV

„ Qui LAPIDEM SPECULAREM *Gypſi extremitatem* ſibi videri perhibent *, *nihil* certi aut *diſtincti* loquuntur.

* Svenck. in Foſſil, Catalog. in Gypſ.

CAPUT XXII

DE CALCE VIVA LEODICENSI.

Argumentum.

Aſſertio hæc CALCEM VIVAM LEODICENSEM ad *Terram* aliquo modo referri poſſe aſſerit.

Sectiunculas habet 2

CALX VIVA quæ CIRCA LEODICUM effoditur, idemque 1
patitur quod Calx viva arte facta, nec Lapis, nec Terra eſt, ſed *Lapis deſtructus* dici poſſet, *Ad Terram* tamen aliquo modo *referri* po- 2
teſt.

EPILOGUS.

Si DIVISIONES *tam* ſunt *difficiles* ob experientiæ defectum, *quid* ſperandum *de* DEMONSTRATIONIBUS?

AD-

Digitized by Google

ADDENDA
PARTIS II SECTIONIS II
CAPITI I.

Argumento 2 Aſſertionis ſubjiciantur hæc:

3 *Species* Similarium *non diſtinguendas ex appellatione vulgi.* Sectiunc. 3.

4 *Uſus identitatem non facere* Generis aut Speciei *convenientiam.* Sectiunc. 3.

Aſſertioni 2 hæc ſubjungantur:

III

1 *Species* Similarium *non* debent *diſtingui ex appellatione vulgi.*

2 Verbi gratia. *Pyrites alius igne liqueſcit, alius non: alius, cujus percuſſu ignis elicitur, alius non.* Hos ego non exiſtimo Pyritæ nomine comprehendendos. v. Georg. Agric de Nat. Foſſil. l. 10 c. 12.

3 Ita neque *Silicum eos, qui liqueſcunt igne & qui non liqueſcunt.* Silex enim igne liquefactilis & non liquefactilis *differunt* Specie.

IV

1 *Uſus identitas non facit* Generis aut Speciei *convenientiam.*

2 Exempli gratia. *Pictores utuntur* Chryſocollâ *qua* videtur *Æruginis Species,* & eâ quæ ex *Ærugine & Nitro & Urina*, vel etiam ex *Ærugine & Urina* conficitur; item quæ ex *Nativa* fit & *Luteâ herbâ tingitur.* Neque tamen omnes hæ Chryſocollæ *ejuſdem* ſunt *ſpeciei.*

ADDENDA
CAPITI VII.

Poſt Argumentum 5 Aſſertionis hæc lege:

6 SUCCOS CONCRETOS, *quorum limpida eſt ſolutio in Aquas,* ad *Sales* referendos eſſe oſtendit. Sectiunc. 3.

Kkk 3 Cor-

Corrige deinde numeros Aſſertionum.

Poſt Argumentum ultimæ Aſſertionis:

10 *Modum ſeparandi Sales Fixos ſpecie diverſos inquirendum* eſſe judicat Sectiunc. 4.

Poſt Aſſertionem V:

VI

Ad *Sales* referendi quoque omnes SUCCI CONCRETI, qui *in Aqua* ſolvuntur, ita ut *ſolutio* non ſit turbulenta ſed *limpida*. 1

Verbi gratia. *Decoctum Gallæ* eſt limpidum, *coquatur ad conſiſtentiam ſiccam*, merito dicetur Sal & quidem *Alumineus*. 2

Ita quoque *Decoctum fructus Alni*. 3

Corrige & hic Aſſertionum ſequentium numeros.

Poſt Aſſertionem ultimam:

X

Inquiſitione omnino dignum videtur, *num modus* aliquis ſit *ſeparandi* Sales *Fixos ſpecie diverſos*. 1

Verbi gratia. *Si confundatur Dilutum Salis communis* & *Lixivium Faginum, & evaporetur*; Sal *Faginus qui abſterſorius & unctuoſus eſt, mixtus* reperietur *Sali communi*. 2

Ita *Sal Tartari miſceri poteſt Sali Fixo non unctuoſo*. 3

Quamdiu hoc artificium *non* fuerit *inventum*, *de multis Salibus fixis incerti* erimus, *num Simplices* ſint, *an Compoſiti*, ex Sale ſcilicet aſperante & lubricante. 4

ADDENDA
CAPITI XIII.

Argumento Aſſertionis 1 adde:

Schol. *Primatum* hunc Sulfuris *illuſtrat*.

Aſſer-

Aſſertioni 1 adde:

SCHOL.

Ut *Salbeſcus* ad *reliquos* Sales, & *Oleum Oleaginum* ad *reliqua Olea*; ita *Sulfur* ad *reliquas Pinguedines Aquagraviores*.

ADDENDA

CAPITI XX.

Poſt Argumentum Aſſertionis 2 hæc lege:

3 PULCRITUDINEM *in Gemmis non facere Differentiam* aſſerit.

Corrige deinde numeros reliquos Aſſertionum.

Poſt Aſſertionem 2 hæc lege:

III

PULCRITUDO *nec in Piſcibus* (verbi gratia *Anthiis*, *Thymallo*), *nec* in *Avibus Differentiam* facit, quia opinionis eſt, ergo *nec* in *Gemmis*.

Et numeros Aſſertionum ſequentium ſimiliter corrige.

FINIS PARTIS II SECTIONIS II.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIS II
SECTIONIS III
DE
PLANTIS,
FRAGMENTI I
DE PLANTÆ SPECIEBUS CONSTITUENDIS
PROOEMIUM.

Argumentum.

Aſſertio hæc *neceſſitatem* oſtendit PLANTAS *ad* certa GENERA & SPECIES *reducendi.*

Sectiunculas habet 5.

ASSERTIO

Sectiunc. 1 PLANTÆ *niſi in* certa GENERA & SPE-
CIES conſtanti ratione, non pro lubitu
hujus vel illius, *redigantur*, *infinitum*
quaſi reddetur Phytoſcopiæ *ſtudium*.
2 *Intellectus* autem humanus infinitum
fugit, quia infinita pertranſiri nequeunt.
3 *Ordo* autem claſſium *Generum*, *Specierum*
terminum infinitis imponit.

Præterea difficile admodum reddit Botanicum ſtudium varia ac 4
diſcors Plantarum appellatio. Ejus autem diſcrepantiæ *cauſa* inter ali- 5
as etiam hæc eſt, *quod* plerique ex Botanicis id *potius* dant operam, ut *novas Stirpes proferant*, *quam* ut eas accurate *ad vera Genera* per Differentias Specificas ſecundum Logicas leges *reducant*.

CAP. I.

DE SUMMIS PLANTÆ SPECIEBUS.

Argumentum.

1 Aſſertio SUFFRUTICIS & CREMII *nomen abjicit*. Sectiunculas habet 3.

2 ALTHÆAM & AGRIMONIAM juxta Julii Cæſaris Scaligeri definitionem *non eſſe* CREMIA adverſus ipſum oſtendit. Sectiunc. 5.

3 *An* FRUTEX *ab* ARBORE *differat Specie*, ulteriori obſervationi committit. Sectiunc. 2.

4 *Arboream Plantam in Fruticem, Fruticoſam in Arborem tranſire poſſe* commonſtrat. Sectiunc. 14

5 ARBOR & HERBA *an Specie differant*, cur *dubitari* poſſit. Sectiunc. 19.

6 *Alia quæ Prædicamentis Botanicis obſtent* enumerat. Sectiunc. 3.

7 HERBÆ *Definitionem ex* Julio Cæſare *Scaligero impugnat*. Sectiunc. 3.

8 Si Herba, ut vult Scaliger, definienda eſt, *magis Herbam* eſſe aſſerit, *quæ Caulem primo anno non fert*.

9 EXCAULIS *Planta quantum differat a Folioſa ante Caulem*.

10 *Guilandini ſententiæ circa Diviſionem* PLANTÆ *quid obſtet*, indicat. Sectiunc. 2.

11 OLUS *nullius Plantæ* eſſe *Genus*. Sectiunc. 3.

I

1 Nec SUFFRUTICIS *vox apta* eſt ad eam notionem exprimendam, quam Scaliger *φρυγάνῳ* tribuit, *neq;* CREMII vocabulum. contra Julii Cæſ.Scaliger. Exercit.139.

2 *Præſtat* nomen Suffruticis & Cremii abjicere, & *dicere Plantam Multicaulem, Plantam ab imo Ramoſam, Plantam Unicaulem*; & per differentiam *Perennis* in ſingulis Diviſionem continuare.

3 Ita *Frutex* erit *Planta Multicaulis Perennis*; & *Arbor* erit *Planta Unicaulis Perennis.*

II

1 „ Qui CREMIUM *cum Arbore* in eo *convenire* affirmant, quod „ *Trunco ſit ſingulari*, ſive Unicaule*; ALTHÆAM & AGRIMONIAM inter *Cremia perperam* numerant. Utraque enim eſt Multicaulis.

* Jul.Cæſ. Scalig.dict. loc.

2 Jacobus Theodorus *Tabernamontanus* in ſeines Kreuterbuchs 1 teils 4 ſect. 17 kap. (p.337 K, edit. Francof. 1613) expreſſe *Agrimoniam* deſcribit, quod *plerumq; binos Caules proferat*, & ita pingit
3 (p.338). *Dodonæus* Stirpium Hiſtor. Pemptad. 1 l. 2 c. 7 pingit vel *quatuor Caulibus*, quorum tamen tres ſint reciſi.

4 *Althææ tres Caules* pingit Dodonæus Pemptad. 5 l. 1 c. 29, (niſi Pictor erraret, ut non Caules, ſed Rami ſint ab imo Caule).

5 „ *Sine Ramis* tamen *Caulem Agrimoniæ* recte Cæſalpinus, hoc eſt, Simplici Caule eſſe ſcribit, de Plantis l. 8 c. 4 initio. Ita omnes pingunt.

III

1 *Utrum plures Caules ex eodem oculo Radicis* prodeant, *an ex vicinis* tantum, ulterius *obſervandum* eſt.

2 Si ex *vicinis*, FRUTEX *ab* ARBORE non *differt*, niſi *ſecundum magis* & *minus*. Nam & *Arbores* e Radicibus *Stolones* emittunt.

IV

1 Fieri poteſt, ut *Arborea Planta reciſis Cymis* (hoc eſt cacuminibus Caudicum majorum & adultiorum) *in Fruticem, Fruticoſa reciſis Stoloni-*

lonibus in Arborem tranſeat. *Quædam* ad utrumque poteſt eſſe *indiffe-* 2
rens. Interim etiam *abſq; cultura in Arborem Planta* adoleſcit, dum 3
unus Stipes reliquis Stipitibus quaſi Stolonibus prævalet.

De LENTISCO *Pena* & *Lobelius* in Stirpium Adverſariis p. 412 4
„ Antverp. edit. 1576: *Fallitur & fallit Senenſis, quod pumilas recenſens*
„ *Lentiſcos, alias a procerioribus ſpecie facit. Fit enim tantum reſectis Cy-* 5
„ *mis ad uſum, ne in Arboris æmulationem aſſurgant.* *Cluſius* item Ra- 6
„ riorum Plantar. Hiſtor. l. 1 c. 10 init. *Magna ſolùm ex parte fruticat*
„ *Lentiſcus, multis ab una Radice Stolonibus & Virgultis aſſurgens, lentis*
„ *& Viminis inſtar obſequioſis. Interdum vero, quando non cæditur, ſed* 7
„ *negligitur, (ut pleriſq; locis ad Anan fluvium obſervavi) in Arborem ju-*
„ *ſtæ magnitudinis excreſcit.*

De MYRTO *Theophraſtus* Hiſtor. Plantar. l. 1 c. 5: 8

„ ὁ δὲ Μύῤῥινος μὴ ἀνακαθαιρό-	*Myrtus niſi ſæpius purgetur, in*
„ μενος, ἐκθαμνοῦται.	*Fruticem tranſit.*

Ergo vult naturâ eſſe Arborem & *culturâ conſervari in Arborum* 9
genere, abſque cultura tandem ex Arbore degenerare in Fruticem.

ILEX quoque COCCIFERA culturâ coercetur in Fruticum or- 10
dine.

De RUTA verò *Tabernæmontanus* in ſeines Kreutterbuchs 1 teils 11
„ 4 ſect. 32 kap. (p. 398, E, Francof. edit. 1613), quod *culturâ elevetur ad*
„ *Arborum dignitatem, ſi ſcilicet Rami & Stolones deputentur argenteo*
„ *cultro, & Florum conceptus defringantur.* *Joſephus* item de bello Jud. 12
„ l. 7 c. 25 teſtatur, *Macherunte vixiſſe Arborem Rutam ab Herodis tempo-*
„ *re uſque ad bellum* Judaicum *ſub Veſpaſiano, Ficu non minorem.*

An vero *Ioſepho credendum* ſit, *dubitari* poſſet, quia ibidem tradit 13
„ Fabulam *de Baaras Radice, quæ in valle Macheruntis cum vitæ pericu-*
„ *lo eruatur* & *abigere valeat Dæmonia vivis immerſa.*

Denique & SALVIA culturâ *in Arbuſculam grandeſcit*, Ramis in- 14
ferioribus ſemper reciſis.

V

Plantæ Diviſio in ARBOREM & HERBAM * *an Specifica ſit*, vi- 15
detur *quæri* poſſe.

* Cæſalpini de Plantis l. 1 c. 13.

ME-

2 " MELONES enim *in Peru-via plantati Radice ac Caudice lignoſo ar-*
" *boreſcunt*, *Arbore ad multos annos ſuperſtite*, quemadmodum ſcribit
Petrus Laurembergius Horticulturæ l.1 c.13, auctore forte Joſepho
Acoſta Ind. Hiſtor. l.4. c.19.

3 ,, RICINUS *annua nec redivivaPlanta* Penæ &Lobelio Adverſar.
p.306 dicitur, (hoc eſt, ne Radicem quidem perennem habet, quæ
4 " novos producat Caules). At *in Creta multos perdurat annos, & in*
" *tantam excreſcit altitudinem, ut non niſi ſcalis admotis conſcendi poſſit*,
5 ,, quod Bellonius tradit Obſervat. l.1 c.18. Cluſius item *in mariti-*
,, *mis Bætica Ricinos craſſitudine humana, altitudine trium hominum, mul-*
,, *tis prægrandibus ramis brachiatas & multos annos durantes* (hoc eſt, ve-
,, ras Arbores) obſervavit, *easq; exactiſſime congruentes deſcriptioni Dio-*
6 ,, *ſcoridis*. Vide ejus Scholia in Nicol. Monard. Hiſtoriam Simpl. Me-
dicam. ex Novo Orbe c.4.

7 Præterea *Inſtantiæ* contra Species dari poſſunt *hæ*:

" ANCHUSA *Arborea* apud Proſperum Alpinum de Plantis Exo-
ticis l.1 c.32, qui Anchuſam eſſe negat, non ob magnitudinem ſed ob
alias cauſas;

8 ,, CANNABIS Mas, de qua in *Tabernæmontani* Kreuterbuchs 2teils 5
,, ſect. 11 kap. (p. 263 init.) Caſpar Bauhinus: wechſt bißweilen ſo hoch/
,, wie ein ziemlichs Beumlein / ſo kan man auch Kolen draus brennen
,, zum Büſſenpulfer;

9 " CARYOPHYLLUS *Arboreſcens* apud eundem Alpinum dicti l.1
c.19;

10 CHAMÆNERION, ſive Onagra, ſive Antoniana, ſive Epilobi-
,, um, & NERION alibi *Frutex*, in Creta *trabes ædificiis ſuppeditans*, ut
eſt apud Bellonium l. de neglecta Cultura Stirp. Problem. 12;

11 " CYANUS *Arboreus* tàm *Longifolius* quàm *Latifolius* apud Proſpe-
rum Alpinum de Plantis Exoticis l.1 c.15 & c.16;

12 EBULUS, Græce χαμαιάκτη & SAMBUCUS, Ἄκτη, ex quibus
,, *Sambucus Virgas multas* fert *a Radice*, *Ebulo* verò *Caulem Simplicem*
tribuit Cæſalpinus de Plantis l.5 c.13 init.; *Bijugæ* tamen *in utroq; Fron-*
des & *in* utriuſque *Fructu Floſculi* inſident;

" GOSSIPIUM *in Syria Planta annua; in Ægypto Arbor perennis*, de 13
qua Proſper Alpinus l. de Plantis Ægypti c. 18;

" LINUM *Arboreſcens* ejuſdem Alpini, de quo vide librum de Plantis 14
Exoticis c.10;

MALVA *Arboreſcens*, de qua jam olim Theophraſtus Hiſtor. Plan- 15
tar. l.1 c.5 ſcripſit,

" μῆκος καὶ πάχος δορατιαῖον
" γίνεσθαι, διὸ καὶ βακτηρίαις αὐταῖς
" χρῆσθαι.

longitudine & craſſitie inſtar haſtæ grandeſcere, quare & ad baculi uſum venire;

" PHASEOLUS, qui apud nos Herba Sarmentoſa, *in Ægypto Ar-* 16
" *bor* fit *Sarmentoſa, Vitis magnitudine, vel centum annos durans* & *per-*
" *petuo virens*; ut teſtatur ſæpius dictus Alpinus l. de Plantis Ægypti
c.20;

" PORTULACA Hortenſis, & Marina ſive HALIMUS *Ramis li-* 17
" *gnoſis. Radix* hujus, imo *tota Stirps per Hiemem vivax, paucis foliis de-*
" *fluentibus*, apud Dodonæum Stirpium Hiſtor. Pemptad.6 l.2 c.10;

" SCABIOSA *Arborea* apud Proſperum Alpinum de Plantis Exo- 18
tic. l.1 c.17;

" Et TITHYMALUS *Arboreus* ſive Dendroides, qui *in Creta* naſci- 19
" tur *ad duorum hominum altitudinem, craſſitie coxæ humanæ* (forte fe-
moris). Vide Bellonium Obſervat. l. 1 c.17, & Proſp. Alpinum de
Plantis Exoticis l.1 c.29.

VI

PRÆDICAMENTIS BOTANICIS *obſtant* etiam 1
MUZA, *Arbor annua*, hoc eſt, Caudice annuo & ſemel tantum
fructifero, apud Oviedum Hiſtor. Ind. l. 8 c. 1, cujus deſcriptionem
Cluſius etiam, ſed Latinam a ſe factam Notis ſuis in Garſiæ ab Horto
Aromatum &c. Hiſtoriæ Epitom. c.10 adjunxit;

FICUS INDICA, quæ *magis differt ab Arbore, Frutice, Herba*, 2
quam hæc inter ſe;

& PALMA tam DACTYLIFERA quam NUCIFERA. *Non ita* 3
Ramos fert, *ut aliæ Arbores*.

VII

VII

1 Si omnis HERBA *plura præter bina Folia* profert e *Fundo* (e Radice) *antequam Caulem* producat, *Alſine non* eſt *Herba*, & forſan multæ *aliæ*.

2 De *Lilio Purpureo* Dodonæus Stirp. Hiſtor. Pemptad. 2 l. 2 c. 2 initio: *Folia circa Caulem multa, ſed ante ejus exortum e Radicibus nulla.* (hoc eſt, nulla e Radice Folia, ut in Lilio Candido).

3 Deinde *Caules* qui *anticipant Folia*, oppugnant hanc Herbæ Definitionem, ut *in Tuſſilagine*. Obſervatione digna eſt Pullulatio hujus Plantæ e Semine.

contra Julium Cæſ. Scalig Exercit. 139 & Commentar. in Ariſtotel. l. 1 de Plantis (p. 62 Genev. edit. 1566.)

VIII

Si Herba eſt, quæ Folia circa Caput Radicis profert ante Caulem, illa *magis Herba* eſt, vel etiam aliud nomen meretur ultra Herbam, *quæ Folia* iſta Herbacea *producit abſque Caule*, *Caulem* autem *altero* vel *tertio* demum *anno*, ut *Cynogloſſum*.

IX

Planta *quæ Caule* omnino *caret*, *magis* differt *ab* ea quæ *ante Caulem Folioſa* eſt, quam *hæc ab* ea quæ *non niſi Caule Folioſa* eſt.

X

1 Si *Simplicitas* & *Multiplicitas Caudicis Differentiam* facit, *Herba*

2 *ſub* alterutro, *Arbore* vel *Frutice* comprehendetur. Atque ita maximum Diviſionis vitium commiſſum fuerit, *niſi* eam ſolam *Herbam* dicant, *quæ nullum* unquam *Caulem* emittit, ut *Filix*.

adverſus Guilandin. de Papyr. membr. 1 ſect. 19.

XI

1 "Epicrates Comicus *auditorium Platonis* traducebat, quod inquireret *Genus Cucurbitæ*, utrum *Arbor*, an OLUS, an *Herba* foret, Athenæus l. 2 Δειπνοσοφ. (p. 59, D & ſequ. liter. edit. Commelin.) verſus

2 illos ſervavit. *Ariſtoteles* quoq;, vel quiſquis auctor ſit, de Plantis l. 1 c. 4 hiſce 4 Summis Generibus; *Arbore, Frutice, Herba, Olere, Plantarum naturam* comprehendit.

3 Nos *Olus ullius Plantæ Genus* eſſe *negamus*.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT II

DE INFERIORIBUS PLANTÆ SPECIEBUS.

Argumentum,

1 Aſſertio in PlantæSpeciebus conſtituendis FOLIA *potiſſimum conſideranda* eſſe docet. Sectiunculas habet 5.

2 *quale* SOPHISMA ſit, *cum modo Figura, modo Odor & Sapor* conſideratur. Sectiunc. 4.

3 DIFFERENTIAS quaſdam ACCIDENTALES proponit. Sectiunc. 56.

I

QUamvis *Botanici* in Generibus diſcrepent, tamen *in Speciebus* 1
magis conveniunt, & ſive in illis diſcrepent, ſive conveniant, *ſemper* tamen *ad* FIGURAM *reſpiciunt*. Alius *Florem* & Fructum ſive *Semen*; alius *Radicem*; alius *Folia* reſpicit.

Ego autem *potius* FOLIA reſpicio, quia ea *quavis* fere *Plantæ* 2
ætate reperiuntur, & *maxime perſpicuæ partes* ſunt,

Radices enim, quamvis ſemper adſint, *non* tamen *oculis proſtant*; 3
Flores vero plurimi quidem pulcritudine ſua oculi aciem in ſe convertunt, at *non diu videntur*; *Semina* denique *quomodo ſita* ſint, propter ſummam eorum ſubtilitatem *ſæpius ignoratur*.

Interim non diffiteor, quod *Floris* & *Seminis ſitus* quandoque *ma-* 4
gis cognationem arguat Speciei, quam *Foliorum*,

Ejus exempla habes evidentia *in Ranunculis*, *Geraniis*, *Pota-* 5
„ *mogetonibus*, ſc. *Incubante*, *Plantaginifolia* (eſt *Potamogeton altera* Do-
„ donæi Stirp.Hiſtor.Pemptad.4 l. 5 c. 2) *Criſpifolia* (ſub *Tribuli Aqua-*
„ *tici* nomine a Cluſio Rarior. Plantar.Hiſtor. l. 6 c. ult. deſcripta) &
Anguſtifolia.

5. Cæſalpin. de Plantis l. 1 c. 12 & 13: & Spigel. Iſagog. in rem Herbar. l. 1 c. 55.

II

Dum Botanici in Plantis nominandis & ſub Genera redigendis 1
modo Figuram conſiderant, *modo* præferunt *Odorem* & *Saporem*; eſt

SO-

SOPHISMA *Homonymiæ longinquum.* Ideo non tam facile deprehenditur.

2 ,, Ita *Figuram in Moly Virginiano* Caſpar Bauhinus Pinac. Theatri Botanici Appendic.ad pag.75;

3 ,, *Odorem* & *Saporem* conſiderat *in Botry Mexicana*, quam *Figurâ* ,, *aliàs Atriplici propiorem* fatetur, dictâ Append.ad pag.138 lin.21.

4 ,, Rurſus *Odorem negligit*, quando *inter Valerianas* refert aliquot ,, *Species Inodoras* Pinac. dict.l.4 ſect.6.

III

1 DIFFERENTIÆ *a Spinis, Colore, Odore, Sapore, Facultatibus Medicis, Loco, Tempore Germinationis, Numero* deniq; *Florum* vel *Fructuum* deſumtæ ACCIDENTALES ſunt, & Speciem non variant.

2 A SPINIS ordiar.

3 ACANTHUS *Sativus* Foliorum inciſurâ, Κιϐαρίοις ſive ,, Nucamentis, Thyrſo, Floribus, *convenit cum Silveſtri. At hic Spi-* ,, *noſus, ille in Italia* prorſus *non Spinoſus, in Græcia* Κιϐώρια habet *Spi-* ,, *noſa*, ſi Dioſcoridi credendum l.3 c.19.

4 ASPARAGUS *Silveſtris* & *Hortenſis* itidem ſunt ſub eodem Genere.

5 Uti nec CHAMÆDRYS *Spinoſa* variat Speciem, Caſpari Bauhino in Phytopinac.l.7 Sect.1 in Chamædr. 4 deſcripta.

6 CINARÆ *nulla*, inquit Dodonæus (Stirp. Hiſtor. Pemptad.5 ,, l.5 c.6 init.), *vere Genera ſunt. Nam Aculeata & Spinoſa Cinara, quam Car-* ,, *duum vocant (Itali Cardo) nonniſi degenerans Cinara eſt; ex ejuſdem ſiqui-* 7 ,, *dem* S*tirpis Semine utraq; tam* Spino*ſa quam Non-ſpinoſa naſcitur.* Et pau- ,, lo poſt: *Cinaræ Folia & Coni* Spinis *carent, aut omnino paucis obſita.* Poſt: ,, *Spinoſa Cinara Foliorum angulos, & Coni Squamas pungentibus ſpinis ar-* 8 ,, *matas habet.* Scilicet paſſim docetur, *Seminis ſummitate fracta, Cina-* ,, *ras naſci Non-ſpinoſas.*

In MESPILIS *per inſitionem Spinæ deſinunt.* Vide Bauhin. 9
Pinac.l.12 ſect.1 in Meſpil. 2.

PRUNUS *Silveſtris* & PYRUS *Silveſtris Spinoſæ* ſunt, non 10
differunt tamen Specie a Sativis.

ROSA *ſine Spinis* eſt *quinta* inter eas, quas *Tabernæmontanus* 11
Kreuterbuchs 3 teils 3 ſect. 100 kap.(pag.809) deſcribit.

RUBI IDÆI (Hindbären) *Turiones tenelli Spinis quandoque* 12
carent, ut Dodonæus habet Stirp.Hiſtor. Pemptad.6 l. 1c. 2 initio.

SOLANUM *Pomi duri & ſtriatiferax* Caſp.Bauhini, ſeu *Ma-* 13
la Æthiopica Dodonæi, habet *in Caule aliquando, ut & in Foliis, modo*
inferne, modo ſuperne parvos Aculeos, uti Bauhinus deſcribit in Pinac.
l.5 ſect.1 in Solan.14,2.

SONCHUS denique *Spinoſus* & *Lævis* Specie non differunt. 14

A COLORE quidem apud Plinium l. 15 c. 30 poſt init. 15
in TINO *Differentiæ a Lauro ratio* ſumitur, quod, cum Lauri
Bacca ſit Nigricans, Tinus *Cærulea* inveniatur. Sed hæc ratio *nullius*
eſt *momenti*. Vera ratio *Generis diſcrimen* oſtendens in Tino eſt primo
Paritas Foliorum & Ramorum, ſecundo *Umbella*.

Neque varii Colores in TULIPÆ *Floribus*, aut *Fructu* MAIZI 16
Indici Species diſcernunt.

Ex ODORE *non* eſſe *diſtinguendas Species, argumento* eſt 17
SALVIÆ *Species*, quæ nonniſi *rubro Flore* & *Abſinthii Odore* dif-
fert a reliquis Salviæ Speciebus, cujus meminit primus Caſpar Bauhi-
nus in Phytopinac.l.6 ſect.6 in Salv.3, & in Pinac. Theatri in Salv.4.

Ita EQUISETUM *Olidum* (*Sulfureo Cœnoſo* nimirum *Odore*) Ca- 18
ſparis Bauhini in Phytopin.l.1 ſect.2 in Equiſ. ult. reliquis *Odore caſſis*
accenſetur. Vide & Pinac.

Alius

19 *Alius Odor* ROSÆ *Moſcatæ, alius Eglenteriæ.* Roſa *Lutea abſque Odore* eſt, & abſque Viribus Medicis. Ajunt eam provenire *Roſæ Surculo Geniſtæ inſito.*

20 LOCIS etiam *Odores variantur, & Sapores.*

21 “ CARPOCHENOPODE Fabii Columnæ Minus cognitar. &
“ Rarior. Stirp. Ecphraſ. Part.1 c.60 & 124 (*Alyſſo Germanico Lobelii*) *eli-*
“ *xâ Pulmenti inſtar veſcuntur Montani, & Pharmacopœi quidam Boraginis*
“ *uſualis loco utuntur,* teſte Columna dicto c.60 fin. & init. *Apud nos*
Fœtorem Cynogloſſi quamvis remiſſiorem refert.

22 ” IRIS *Odoratior in Illyride, quam in Macedonia; in Thracia vero,*
” *Locisque frigidioribus Odore penitus caret,* ut Theophraſtus tradit de
Cauſis Plant l.6 c.28.

23 “ OENANTHE, teſte Athenæo Δειπνοσοφ. l.15 (p.689 lit.D.
“ E.Commelin.edit.) *copioſa in Cypri montoſis gignitur* (ex qua *Oenanthi-*
“ *num unguentum* quod *plurimi fit*). *Græcia hoc unguentum non præparat,*
“ *quoniam inodora eſt Oenanthe, quæ in ea provenit.*

24 ” SERPYLLUM *vulgare minus,* ſive *Sextum* Caſparis *Bauhini*
” *pro cœli & Loci diverſitate Odorem mutat & Inodorum reperitur:* & *Septi-*
” *mum* ejuſdem *aliquando Inodorum* eſt, in Pinac. l. 6 ſect.4.

25 “ STACHYS *Aquatica* Tabernæmontani wechſt an Waſſern
“ fiel. Da reucht die Wurzel nicht. Wechſt auch unterweilen auf den
“ Ackern/ die es oft ganz einnimt/ da die Wurzeln lieblich riechen / wie
“ der Benedikten (Cariophyllatæ). Ita Caſpar Bauhinus in Tabernæ-
mont. Kreuterbuchs 2 teils 2 ſect.25 kap.(p.100, lit.E & F).

26 ” TRIFOLII *Bituminoſi Semen Italicum in Germania profert*
” *Plantam Odore Bituminoſo. At Semen Plantæ in Germania educatæ*
” *rurſus ſatum, Plantam Sapore & Odore deficientem producit,* uti obſer-
vat Caſpar Bauhin. Pinac. l.8 ſect.6 in Trifol.1.

27 *Nec* SAPOR igitur *Speciem variat.*

28 AMYGDALÆ præterea *Dulces* & *Amaræ. Ex Amaris quo-*
“ *modo Dulces* fiant, docet Theophraſtus Hiſtor. Plant. l.2 c.8 fin. & de

Cauſis Plant. l. 1 c. 21 fin., & ex eo Plinius l. 17 c. 27 paulo poſt init.
» Rurſus κολᾶσει ſive *amputatione Amaras effici* Theophraſtus annotat de Cauſ. Plant l. 5 c. 24 fin.

Ita FOENICULUM *Marinum Sapore* multum *differt a Communi* Fœniculo. 29

« *Ad* HELENIUM *Helianthema* ſive Flores Solis *reducuntur* a Caſp. Bauhino Pinac. l. 7 ſect. 4 fin. in Helen. 2 & ſequ. At *Helenium* eſt *Amarum*, *Helianthema Edules* habent alia *Radices*, alia *Folia*, aut *Caules*. 30

Ita PASTINACA *Marina Sapore* multum *differt a Communi* Paſtinaca. 31

conf. Fragm. 1 3 c. 1 aſſ. 1. Ita PSYLLII forſan *Species* eſt *Kali Roſeum* ſive *tertium* Proſperi *Alpini* l. de Plantis Ægypti c. 42, etiamſi Sapor longe diſcrepet. 32

« *Ex* PUNICIS *Acidis Stercoratione Dulcia facere* docet Plinius l. 17 c. 27 paulo ante finem. Confer Theophraſt. de Cauſis Plant. l. 3 c. 23 paulo poſt init. 33

» VIPERARIA ſive Scorzonera alia *Radices* habet *Subdulces*, » *nihil diſcrepantes a Radicibus* Tragopogonis; alia *Amaras Gentianæ inſtar*. Caſp. Bauhin. Pinac. l. 7 ſect. 4 in Scorzon. Latifol. 1. 34

A FACULTATIBUS MEDICIS Botanici Auctores ſæpius *Differentias* Plantarum ſumunt, *Dioſcoridem ſecuti*. *Hic* ſi *a Figura* potius quam Facultatibus Plantas *deſcripſiſſet*, tantum inter Botani« cos noſtros *litigium non* eſſet. *Ejuſdem Speciei* eſſe ſtatuunt Pena & Lobelius 35 36

« *Cucumerem Silveſtrem*	*& Sativum*,
« *Colocynthidem*	*& Cucurbitas*,
« *Thapſiam*	*& Ferulam*,
« *Crocum*	*& Colchicum*,
« *Scammonium* / « *Soldanellam*	*& Convolvulum*,
« *Siſymbrium*	*& Mentham*,
« *Hieracia*	*& Chondrillam*.

Digitized by Google

37 *Hæc a Dioſcoride divulſa a ſe invicem* conqueruntur in Præfat. in Adverſaria.

38 Ita *ſub* CONSOLIDARUM, *Solidaginum, Symphytorum titulis diverſiſſimi Generis Plantæ* proponunt, cum tamen *Conſolidæ nomen non* magis *Speciem deſignet aut Genus*, atque Oleris nomen. conf. c. 1 aſſ. ult.

39 ,, Ita *ſub* SANICULIS etiam *Auriculam Urſi* comprehendunt, &
,, *Saniculam Alpinam luteam* vocant *, quia *ad Enterocelas* valet. Caule eſt *nudo, in Umbellam pendulam terminato.* *Caſp. Bauh. Pinac. l. 6 ſect. 6 Sanic. 1.

40 Ita in SAXIFRAGARUM claſſem referuntur *Umbelliferæ variæ, Caryophylli, Alſinæ*, & *aliæ.* conf. Pen. & Lobel. Adverſar. in Bipinel. Saxifr. (p. 321).

41 « *Colutea* SENÆ *Genus non eſt*, ait Bellonius apud Caſparem
« Bauhinum Pinac. l. 11 ſ. 1 circa fin. in Colut. 1, *cum nullas Facultates*
« *cum Sena communes habeat.*

42 Dodonæus CARDUOS qui nutriunt, hoc eſt *Edules*, ut eſt *Scolymus*; *Medicos*, quales ſunt *Carduus Benedictus*, *Carduus Mariæ*, *Eryngia*, *Carlina*; & *Venenatos*, quibus accenſet *Chamæleontem nigrum*, *uno libro* (Pemptadis 5 quinto) complexus eſt *contra* librorum *reliquorum diſpoſitionem.*

43 Verum enim vero eæ Differentiæ magis ſunt Eſſentiales, quæ minus *Locis* & *Tempore* variantur. Atqui *Efficaciæ* illæ (hoc eſt vel nocendi vel commodandi Animalibus Potentiæ) *variantur*, quemadmodum Odores & Sapores, & præterea *reſpectivum quid* ſunt.

44 PANIS *Homini* eſt *Salutaris*; *Accipitri Venenum*:

45 CICUTA *Homini Venenum*; *Coturnici Cibus*, ut *Aranea Gallinis.*

46 ,, Ita PERSEA *apud alios Venenatum Fructum*, *in Ægypto Suavem* & *Salubrem* fert. Vide Dioſcorid. l. 1 c. 188.

47 Ita PAPAVER *in noſtro Climate non* præbet *Opium.*

48 *Nec* ALOË *Succum* quem in India, quamvis in Italia Flores proferat.

49 A LOCO *non variari Species* ex ſectiune. 20 & ſequ. patuit. Nunc adde *Hortenſis*, *Campeſtris*, *Silveſtris*, *Marini* Differentias.

A TEMPORE GERMINATIONIS *non ſumendam Specierum diverſitatem* vel hinc patet, quod CYCLAMINI *Species* quædam *Vere*, quædam *Æſtate*, quædam *Auctumno* & *Vere floreant.* 50

A NUMERO denique *Florum* vel *Fructuum non diſcerni Species* hinc oſtenditur, quia *Plurimos eodem Petiolo Flores* fert 51
PERICLYMENON; *Binos* XYLOSTEON *utrumque Dodonæi* Pemptad. 3 l. 3 c. 24: *Periclymenon* utrumque fert *Baccas* eodem Petiolo *Plures in Uvam compactas*; *Xyloſteon majus Binas*; *minus Singulas* Singulis Petiolis: Et tamen *hæ omnes* Plantæ propter alias ſimilitudines *eadem* comprehendi debere *Specie* videntur.

« *Ad* Accidentales haſce Differentias *refer* CANITIEM. 52
« CYTISUS *Lobelii* PRIOR Stirp. Adverſar. (p. 387) ſive *Cytiſus Incanus* Siliquâ longiore *in Hortos tranſlatus Canitiem amittit.* Caſp. Bauhin. in Pinac. l. 11 ſect. 1 init. in 4. 53

Item DIFFERENTIAS, interdum & LUSUS NATURÆ, *in* FOLIIS, quæ non videntur Speciem ſemper mutare. 54
Experimentum fieri poſſet *ſerendo* SERRATULAM *aliquot* 55
« *annis in variis locis. Quatuor* enim ejus *Differentias in Foliis* ita notat Caſpar Bauhinus in Pinac. l. 6 ſect. 5 circa ſin., ut tamen Speciem ideo non variari tacite quaſi innuat.
» MOLLEA (Arbor Peruana) dum *juvenis* eſt, *Marginem* Fo- 56
» liorum *Crenatum*, *adulta Integrum* habet, teſte Cluſio in Scholiis ad Nicol. Monard. Hiſtor. Simpl. Medicam. ex Novo Orbe c. 24. Confer ejus Curas Poſter. (p. 94 edit Lugdun. Batav. 1611).

Digitized by Google

FRAGMENTUM II
DE NOMINIBUS
PLANTARUM.

Argumentum.

1 Aſſertio nimium *ſtudium Plantas ad* VETERUM NOMENCLATURAM *referendi improbat.*
Sectiunculas habet 2.

2 NOMINA, *unde alterius* Speciei *opinionem concipimus*, præſertim *a* LOCIS ſumta, *rejicit.*
Sectiunc. 10.

3 Sæpe *ex falſa* PERSUASIONE *Plantas nominari* oſtendit. Sectiunc. 3.

I

1 „ DOdonæus Stirpium Hiſtor. Pemptad. 6 l. 2 c. 13 fin. de Vacciniis:
„ *In tanta Veterum brevitate quid poterit certi adferri, aut ſtatui?*

2 Oportet ergo, ut iſtud *ſtudium* omnes *Plantas ad* VETERUM NOMENCLATURAM *referendi ne* ſit *nimium.*

II

1 NOMINA hæc Frauenmünz/Maurrauten/Wundrauten/Geiſrauten *nullius* ſunt *pretii*, quia *alterius Speciei opinionem* nobis afferunt.

2 Tale etiam eſt Nomen Römiſch Salbei &c.

3 *Non* enim *Didacticum* & Philoſophicum eſt, *a* LOCIS FOR-
4 TUITIS *denominare* Plantas. *Loca Fortuita* appello, ut *Indiam, Pannoniam, Salmanticam, Zacynthum, Montiſpeſſulum* &c.

5 Pena & Lobelius Stirpium Adverſar. p. 83 (Antverp. edit. „ 1576) de *Condrilla Marina Bulboſa*: *Si Athenis nobis dono miſſa fuiſſet, haud*

" *haud tamen continuo magis Athenienſium, quam Monſpelienſium Narbo-*
" *nenſium ve Cichorium nuncupanda fuiſſet.*

Præſtat ergo denominare Plantas *a Figura* & aliis *Accidentibus* 6
per ſe competentibus.

Onomatopœiæ enim *a* Regionibus & ceteris *Locis* ſunt *intutæ*. 7

" *Alcea Veſicaria malo* dicere cum Dodonæo (Stirp. Hiſtor. 8
Pempt.5 l.1 c.32) quam cum aliis ALCEA VENETA.

" *Clematis Daphnoides* Plinio teſte l.24 c.15 aliis CLEMATIS 9
" ÆGYPTIA *dicebatur*. Sed quid attinet Ægyptiam cognominare,
cum *in Germania* multis Locis, etiam *Roſtochii* creſcat?

" *Totam-Sanam*, ſeu *Androſæmum Dodonæi*, Itali SICILIA- 10
NAM vocant, quia in Sicilia ſola creſcere exiſtimant, cum tamen
" plurima reperiatur *in Angliæ ſilvis & nemoribus*, teſtibus Pena & Lo-
belio, Stirp. Adverſar. (p.280 init.). *Ipſe* eam ſponte naſcentem *in Eu-
ganeis reperi.*

III

Nomenclatura ſæpe eſt *ex falſa* PERSUASIONE. 1

v. Matthiol. in Dioſcor. l.1 c.2.

Ut: ACORUS dicitur **Kalmus**/ quia *putabatur* eſſe *Cala-* 2
mus Aromaticus, a Tabernæmontano **Kreuterbuchs** 2 teils 7 ſect.
" 1 kap. (p.354 Francof. ed. 1613) dicitur **Akerwurz** (vitioſe impreſ-
" ſum **Akkerwurz**).

Ita CENTAURIUM creditum eſt Nomen habere *a centum au-* 3
" *reis*, unde **Tauſendgüldenkraut** dictum; quod *a Chirone Centau-*
" *ro cognominatum* ſcribit Plinius l.25 c.4.

FRA-

FRAGMENTUM III
DE
HOMOIDIA IN QUIBUS-
DAM PLANTIS NEGLECTA.

PORTIONIS I

DE PLANTIS QUIBUSDAM HOMONYMIS JUXTA ALPHABETI ORDINEM,

CAP. I
ſive
LITERA A.

Argumentum.

1 Aſſertio indicat, *quanam Planta male conveniant* ABROTONI *nomine.*

Sectiunculas habet 3.

2 *qua* ACANTHI
ACERIS
ACETOSÆ
ACONITI nomine. Sectiunc. 7.
3 *qua* ADIANTI.
4 *qua* ALSINES. Sectiunc. 7.
5 *qua* ANONIDIS
& ANTHYLLIDIS. Sectiunc. 7.
6 *qua* APII.
Sectiunc. 4.
7 *qua* ASPERULÆ,

Digitized by Google

I ſive AB.

ABROTONUM FEMINA, ſive Sanctolina, ſive Chamæcypariſſus, non eſt ejuſdem Speciei cum Abrotono MARE, etiamſi Dioſcorides l. 3 c. 29 ſub eodem nomine conjungat. 1

„ Abrotonum LATIFOLIUM Tabernæmontani Kreuterb. 1 teils 2
„ 1 ſect. 11 kap. (p 51), ſive Inodorum & Inſipidum, *vultu, Folio, Flore*
„ *& Semine Artemiſiæ Tenuifoliæ* eſſe, ſcribit Lobelius in Stirp. Obſervation. p. 444 (Antverp. edit. 1576). Cur ergo non potius *Arte-* 3
miſia Fatua dicitur?

II ſive AC.

ACANTHUS GERMANICUS & ITALICUS (Teutſch und 1
Welſch Bärenklau) diverſiſſimæ ſunt Species.

ACEREM *Majorem* Galli *Plasne* (Plane) vocant, & *Minorem*, *Erable.* 2
Quod ſi PLATANUM quoque *Plasne* vocant, *labuntur in* idem *vitium*, in quod *Germani*, dum Platanum Welſch Ahorn appellant, &
Acerem Minorem quidam Mäheholder. (Item *Saxones* diſtinguunt 3
Lönen & Ahorn).

ACETOSÆ (Saurampfer) Species Falſæ: Buchampfer/ 4
„ Saurkleh Tabernæmontani Kreuterb. 2 teils 4 ſect. 29 kap (p. 237).
„ ACONITUM BACCIFERUM, ſive Chriſtophoriana non eſt 5
Aconitum, quia *Triangulatâ* eſt *Foliaturâ* & *Baccifera*; *Flores* ſunt *Uniformes* parvi ex *Foliis* compoſiti. *Aconitum Foliaturâ Singulari*, *Sim-* 6
plici, aut inter Laciniatam & Digitatam *ambigente*: *Flos Cucullatus* aut Galeatus; *Semen in Siliquis ternis coaptatis*.

Aconitum HIEMALE eſt *Flore Ranunculorum*, *Siliquis ternis* 7
aut *quaternis Lycoctonon* æmulatur, *ſitu Folii ſingulare ad Anemonas* accedit, quemadmodum *& Radice Tuberoſa*. Ergo non pertinet ad Aconita & Napellos ceteros. Confer Dodonæum Stirp. Hiſt. Pemptad. 3 l. 4 c. 10.

III ſive AD.

ADIANTUM AUREUM (Gülden Wiedertoht) *nec* ADIANTUM eſt, *nec Trichomanes*, (Wiedertoht) quia *Caulem habet*, cum illorum neutrum Caule præditum ſit.

Digitized by Google

IV ſive AL.

1 ALSINES Species non ſunt ALSINE HEDERACEA & Alſine
TRISSAGINEA, ut vel *ex Floribus* conſtat, quorum *Foliola* in Alſi-
2 nes veris Speciebus ſunt profundiſſime ſecta, in his *non* ſunt *ſecta*. De-
inde Hederacea & Triſſaginea *in inferiore parte Cauliculorum Pariliter*
3 *Folia* & *Germina* gerunt; *in ſuperiore Sigillatim*. Etiamſi *utraq;* li-
benter *Gallinæ veſcantur*, non tamen Alſine & Alſine Hederacea uni-
us ſunt Speciei.

4 " ANDROSACES *alterum* Matthioli *non* eſt *Alſines Species*, ut
" Pena & Lobelius putant in Stirp. Adverſ. p.166 med., neque *Al-*
5 " *ſinæ affine*, ut Caſpar Bauhinus Pinac.l.7 ſect.1 in Alſin. 16. *Folia ad*
Plantaginem accedunt, niſi quod *Denticulata*. *Flores non* ſunt *Fiſſâ*
6 *Fronte*, ut Alſinarum Folia. *Caulis determinate Foliatus*, quod non eſt
in Alſine: *Fundo Folioſo*, quod itidem non eſt in Alſine, ſed in Plan-
tagine. Vide Cluſium Rarior. Plantar. Hiſtor. l.5 c.32.

7 SPERGULA quoq; non eſt Alſinæ Species, ut Fabius Colum-
na minus cognitar. Stirp. Ecphraſ. part.2 c.34 fin., & Caſpar Bau-
hin. Pinac. l.7 ſect.1 poſt Alſin. 18 exiſtimant.

V ſive AN.

1 ANONIS NON-SPINOSA, ſi recte pingitur a Cluſio Rarior.
Plantarum Hiſtor. l.1 c.67 & Tabernæmontano Kreuterb. 2 teils
4 ſect. 31 cap. (p.240), *Foliis* nimium quantum *diſcrepat ab Anonide*.
2 *Folium* enim a lata baſi *in anguſtum deductum*, rurſus *in bina Folia*
3 *finditur*, æqualia vel inæqualia, interdum *in unum*. *Obſervandum an*
4 " tanta ſit *convenientia in Floribus* & *Seminibus*. *Miror* Cluſio *miſſam*
" eſſe *nomine Trifolii Fœtidi*, item *Cluſium* ſcribere, quod *totâ facie Ano-*
" *nidem vulgarem referat*.

5 " ANTHYLLIDIS Species non eſt Anthyllis LEGUMINOSA
" UTRAQUE Dodonæi Pemptad. 4 l.3 c.22, & Lobelii Stirp. Obſerv.
" (p.530), quarum poſterior *Glaux Dioſcoridis* dicitur Lobelio Obſer-
6 vat. dictis p.526 & Cluſio Rarior. Plantar. Hiſtor. l.6 c.50. Plinius
" l.21 c.29, & l.26 c.8 paulo ante finem *Anthyllion* vocat ab ἄνθος
deductum eâ formâ, qua ab εἶδος fit εἰδύλλιον.

" LENTIFOLIA quoq; vel *Peplidos facie* Penæ & Lobelii Stirp. 7
Adverſar. (p.195) rejicienda videtur, quia *non eſt Diblaſtos.*

VI ſive AP.

" APIIS eximo ELEOSELINUM Lobelii Stirp. Obſerv. p. 405 1
& Dodonæi Pemptad.5 l.4 c.2, ſeu *Paluſtre Apium*, quod Officinis abſolute *Apium* dicitur, ſi recte pictum eſt a Lobelio & Dodonæo. *Si* enim verum eſt, *idem* eſſe Caſparis *Bauhini* & *Lobelii*, *Dodonæiq*, 2
hi *non recte* pingi curarunt, quia pingunt *Pennatis Ramaſtris*, cum *Bauhinus* in Matthiol. ad Dioſcoridis l.3 c.64 pingat Cuneatis ſive *Triangulatis Ramaſtris*, quamvis *Petiolis curtioribus* quam in *Hortenſi* vel *Macedonico*.

" DAUCUS PALUSTRIS *Geſneri* l. de Hort. German. videtur 3
Folia Tenuiora habere, quam ut Apiis accenſeri poſſit.

SIUM (Waſſerkreſſ) perperam quoque *Apium Aquaticum* & 4
Apium Paluſtre dicitur, quia *Folia* Sii prorſus *Pennata* ſunt.

VII ſive AS.

" ASPERULA AUREA ſive *Cruciata Minor* Lobelii Stirp. Obſervat. p. 467 (Goldeſt Walmeiſter) *quaterna in Geniculis* habet *Folia*. Non itaque ad Aſperulam ODORATAM ſeu Hepaticam Stellarem referenda eſt, ſed potius *ad Rubiam Taurinenſem* ejuſd. ibid. p.465, quæ itidem, quia *Quadrifoliis* eſt *Geniculis*, Rubiis accenſeri non debet.

CAP. II
ſive
LITERA B.

Argumentum.

1 Aſſertio *qua* BALSAMINÆ *nomine male congruant*, deſignat. Sectiunculas habet 3.

2	*qua* BELLIDIS nomine.		
3	*qua* BRASSICÆ.	Sectiunc.	4.

I

Digitized by Google

I ſive BA.

1 “ BALSAMINA Repens, ſive MAS, ſive *Cucumerina* Lobelii Stirpium
“ Obſervat. p.369, ſive Momordica, non recte ſub eandem Spe-
“ ciem refertur cum duabus CATANANCIS a Caſp. Bauhino in Pi-
2 ” nac.l.8 ſect.3 in Balſamin. 1, 2 & 3. Eadem *Charantia* Dodonæo
Pemptad.5 l.2 c.8 inepte dicitur.

3 Balſamina Mas & FEMINA itidem Falſæ Species. *Illa* eſt *Amplexicaulis*, *Floribus Roſaceis*; *hæc Recticaulis*, *Floribus Hiantibus* & *Caudatis*.

II ſive BE.

1 BELLIS MAJOR *Folioſo* & *Ramoſo* eſt *Caule*, & Genere diverſa, quæ potius *cum Chryſanthemo* convenit, niſi quod *Florem* habet *Bicolorem*, Diſco ſcilicet Luteo, Ambitu Albo, cum quo etiam *Foliis* convenit *potius*, quam cum *Aſtere Attico* ſive Amello.

III ſive BR.

1 “ BRASSICAS inter (Rapa, Erucas, Sinapi, Lampſanam &c.) ma-
“ le a Cæſalpino de Plantis l.8 c.60 refertur ISATIS, ſi *ſingula* habet Se-
2 “ *mina in Vaſculis* ſive Folliculis. *Illorum* enim *Vaſcula Seminum Mem-*
“ *branaceo Septo* dividuntur *in duas Cavitates*, ut idem l.8 c.53 habet.
3 ” Caſpar Bauhinus quoque pingit unum Semen in laxo Folliculo in Ta-
4 bernæmontani Kreuterb. 2 teils 11 Sect. 21 kap. (p.436). Præterea *Flo-*
ſculi Iſatidis non quaternis ſed *quinis* potius *Foliolis* pinguntur ab eo-
dem Bauhino dict. loc.

CAP. III

ſive

LITERA C.

Argumentum.

1 Aſſertio *qua* CALIOS
CAPPAREOS
& CARDUI *nomine male congruant*, recenſet.
Sectiunculas habet II.

2 *quæ* CENTAURII nomine.
3 *quæ* CHAMÆDRYOS
CHELIDONII
& CHRYSANTHEMI.

Sectiunc. 6.

4 *quæ* CISTI.
5 *quæ* CLEMATIDIS.
6 *quæ* CORONOPODIS
& COTYLEDONIS.

Sectiunc. 8.

7 *quæ* CRITHMI.

I ſive CA.

" CALI TERTIUM Proſperi *Alpini* l.de Plantis Ægypti c.42,quod 1
" *Ægyptiis proprium* dicit, nihil commune habet cum aliis Calibus
præter Saporem & Uſum. *Folia* & *Germina Geminatim* ſita, ſi ico- 2
ni credendum, & exterior *Floris forma* ſatis *cum Pſyllio* convenit.
Quod ſi ſcrupuloſior anatomia Floris & Seminis concederetur, ju- 3
dicari poſſet, utrum Pſylliis accenſendum. Nam *Sapor nil obſtat*, uti
jam pro Poſtulato poſuimus Fragment.1 c. 2 aſſert. 3 ſectiunc. 1 & 27
ſequ.

„ CAPPARIS LEGUMINOSA Lobelii Stirp. Obſerv. p.511 ſive 4
" *Capparis Fabago* Dodonæi Pemptad.6 l.1 c.7 male dicitur CAPPARIS,
a qua longe diverſa. Nam *Capparis* vera tam Acutifolia quam Obtuſi- 5
folia *Pariliter nec Flores fert nec Folia*, *nec Ramos*. *Hæc* vero *Petiolo* 6
craſſo Bina ſeu Parilia *Folia* in *extremo Petiolo craſſiuſcula* inſtar *Portu-*
lacæ. (Non eſt autem Portulaca,quia *hæc Sigillatim* profert *Folia*). 7
Petioli tam *Foliorum* quam *Florum Pariles* (Gepahrt). *Flores* etiam *di-* 8
verſi videntur. Nam Leguminoſæ Flores *ſimiles* dicuntur *Cappa-* 9
reos Floribus tantum *conditis*.

CARDUIS EUPHORBIUM ,quod *Ficui Indicæ* ſive Tunæ ſive 10
Opuntiæ *cognatum* eſt,accenſetur a Caſpare Bauhino Pinac.l.10 ſect.6
circa finem. Sed *Spinoſum* eſſe eſt *accidentarium*, uti jam id aſſe- 11
ruimus Fragment.1 c, 2 aſſert.3 ſectiunc, 1, 2 ſequ.

II ſive CE.

CENTAURIUM MAJUS & MINUS nomine perperam conveniunt.

III ſive CH.

1 „ CHAMÆDRYS MONTANA Cluſii Rarior. Plantar. Hiſtor. „ l. 3 c.46, ſive *Alpina* Joſiæ Simleri commentar. de Alpib. ſub fin. cap. de AlpinisFrutic,&Herb.(fol.130, b) prorſus CHAMÆDRYS non eſt, ut ex *Flore* & *Semine* conſtat, utut *Foliis ſimilis* ſit aliquo modo. Rectius itaque *Herba Cervi* dicitur, vel Cervaria (Hirſchwurz).

2 „ Chamædrys SILVESTRIS Dodonæi Pemptad.1 l.2 c.26, ſive *Teucrium Pratenſe*, *Flore* eſt *Foliis quatuor* conſtante, cum Teucrii & *Chamædryos* Flores ſint *Labiati*.

3 CHELIDONIUM MAJUS & MINUS *Æquivoca caſu* ſunt.

4 „ *Illud* enim dicitur, quod Hominibus *ab Hirundine*, (quæ „ χελιδὼν Græcis dicitur) *oſtenſum* ſit, quippe *quæ Oculis Pullorum eâ* „ *medeatur*, vel *quod ſub adventum Hirundinum exoriatur, earumq; de-* „ *ceſſu emarceſcat*, teſte Dioſcoride l. 2 c.211 fin.

5 „ *Hoc*, quod *ſub adventum Hirundinis floreat*, Theophraſt.Hiſtor. Plantar.l.7 c.ult. *Species* forte eſt *Monadica*.

6 „ Ad CHRYSANTHEMUM male refert Dodonæus Wolferlei, „ quod *Chryſanthemum* LATIFOLIUM vocat Pemptad. 2 l.3 c.21, cum *reliqua* Chryſanthema *Sigillatim* proferant **Folia & Ramos**. conf. c. 4 aſſert.3.

IV ſive CI.

CISTUS MAS QUINTUS *Cluſii* Rarior. Hiſtor. l.1 c. 45, ſive *Sinuatis* & *Fimbriatis Foliis* longe differt a RELIQUIS.

V ſive CL.

CLEMATIDIBUS accenſeri non poſſunt quæ *non* ſunt *Amplexicaules*, hoc eſt, quæ adminiculis nullis egent, uti eſt Clematis CÆRULEA PANNONICA, & FLAMMULA Surrecta.

VI

Digitized by Google

VI ſive CO.

" CORONOPUS non eſt Herba STELLA, quam rectius *Cornu* 1
" *Cervinum* vocare Dodonæus Pemptad. 1 l. 4 c. 24 videtur. Ego *Cer-*
vicornem Hirſchzaffen. *Similior* enim eſt *Cornu Cervi*. Contra 2
Coronopus, quem Bernardus *Paludanus* in Aſia vidit, (ut Dodonæus
loc. dict. refert) & qui *in Codice* Dioſcoridis *Cæſareo* depictus eſt, *Cor-*
nicis pedi valde ſimilis.

" COTYLEDON MAJOR Caſp. Bauhini Pinac. l. 7 ſect. 5 in 3
" Cotyled. 1, ſive *prima Dioſcoridis* juxta Dodonæum Pemptad. 1 l. 5 c. 12
& alios, ſive Umbilicus Veneris, diverſa eſt a reliquis omnibus, tam
MEDIA quam MINORE, unde communi nomine non debebant
comprehendi.

Primo enim *Folia* habent *Cava* & *centro ſui Petiolo hærentia*. 4
" Illud λεληθότως κοῖλον (*latenter cavum* ſc. Folium) apud Dioſcorid. 5
" l. 3 c. 92 *non* pertinet *ad Cavitatem* illam *Acetabuli inſtar*, ſed ad Ca-
vitatem quæ videtur in Petiolum quaſi intrare.

Secundo *Flores* ſunt *unâ Laminâ*, *Cavi* & *Penduli* inſtar Tintin- 6
nabulorum.

" SEDUM MAJUS VULGARE Cluſius Rarior. Plantar. Hi- 7
" ſtor. l. 4 c. 43 *alteram Dioſcoridis Cotyledonem eſſe* contendit. Sit ita.
Non tamen ideo Cotyledon eſt. *Convenit* enim magis *cum Sedo* 8
Magno & reliquis, ob *Flores ſex Foliis Stellatim conſtantes*, quam cum
Cotyledone prima.

VII ſive CR.

CRITHMUM UMBELLIFERUM & CRITHMUM CHRY-SANTHEMUM Genere non conveniunt; utut *Sapore*, *aliuve Viribus conveniant*.

CAP.

CAP. IV
ſive
LITERA D.

Argumentum.

1	Aſſertio *qua* DENTIS LEONIS & DENTARIÆ *nomine perperam conveniant*, indicat.	Sectiunculas habet	3.
2	*qua* DISPACI.	Sectiunc.	2.
3	*qua* DORONICI.	Sectiunc.	2.
4	*qua* DRACONIS.	Sectiunc.	2.

I ſive DE.

1 " DENS LEONIS TERTIUS *Dodonæi* Pemptad. 5 l. 1 c. 16 & *Tabernæmontani* Kreuterb. part. 1 ſect. 5 c. 24 (p. 497) *ad Hieracia* vel *Cichoria* vel *Sonchos* eſt referendus.

2 A DENTARIIS ſejungendas cenſeo Dentarias APHYLLAS,
" ſive Orobanchas Coralloide Radice ; & ANEMONEN TRIFO-
" LIAM Dodonæi Pemptad. 3 l. 4 c. 7, quæ eſt *Dentaria Alba Bran-*
" *cionis* apud Lobelium Stirp. Obſervat. p. 149.

3 *Reliquæ* in eo *conveniunt*, quod *Florem* gerunt & *Siliquas* inſtar *Leucoii*, *Caulem abſque Ramis*, *Radicem* Nodoſam, Squamoſam ſive *Denticulatam*, *Foliaturam* habent *Fiſſam non Pennatam*, hoc eſt, Terna, Quina, Septena Folia ex eodem termino, vel ſaltem ex exortibus, ſive principiis, ſive aptationibus, non multum diſtantibus.

II ſive DI.

1 " DIPSACUM SATIVUM & SILVESTREM *cultura tantum*
" *mangonio differre* ſcribit Dodonæus Pemptad. 5 l. 5 c. 16 init.

2 At *ille oppoſitis Foliis* eſt Coeuntibus ſive *Continuis*, inſtar Perfoliatæ; Hic non ita.

Digitized by Google

III ſive DO.

conf.c 3 aſſ. 3 ſectiunc. 6.

DORONICUM GERMANICUM (Wolfferlei) & PANNONICUM Cluſii Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4 c. 8, ſive Aliſma Folio Plantaginis, ſive Doronicum Radice Geniculata vel Scorpioide (Κυνόκ]ονον) non recte DORONICIS accenſetur, cum Doronica *reliqua Sigillatim*, *iſta* vero *Pariliter Folia* & *Germina* proferant. *Seductus* hac in re Caſpar *Bauhinus* eſt *a Cluſio*, Pinac. l. 5 ſect. 4 in Doron. 5. 1 2

IV ſive DR.

DRACO (Dragun) non eſt ſub uno genere cum PTARMICA ſive Pyrethro, ut videtur ſentire Dodonæus, quamvis languide, Pemptad. 5 l. 4 c. 18 init. Eſt *Monadicum Genus*. *Floſculi Draconis inſpiciendi* ſunt. 1 2

CAP. V ſive LITERA E.

Argumentum.

1	Aſſertio, *quæ* ELATINES *nomine male congruant*, oſtendit.		
2	*quæ* ERYNGII.	Sectiunculas habet	3.
3	*quæ* ESULÆ.	Sectiunc.	2.
4	*quæ* EUPATORII.	Sectiunc.	16.

I ſive EL.

ELATINE TERTIA *Tabernæmontani* Kreuterb. part. 2 ſect. 11 c. 3 (p. 413 & 414), diſcrepat a duabus PRIORIBUS, quia *Geminata* ſive Pariliter ſita habet *Folia*. 1

II ſive ER.

ERYNGIUM QUARTUM *Dodonæi* Pemptad. 5 l. 5 c. 13 *Crithmi* *Ge-* 1

2 ,, *Generibus* adſcripſit Matthiolus in Dioſcorid, l. 2 c. 122. Alii ERYN-
,, GIIS adnumerant, quod probat Dodonæus, cum *Odore & Sapore*
3 ,, *non Crithmum ſed Eryngium referat.* At, inquam ego, Figura potius attendenda. *Figura* vero *ratione nunquam* erit *Eryngium.*

III ſive ES.

1 " ESULA RARA VENETA ſive *Turbith Venetum, Magna, Lata* habet *Folia, Geminatim ſita, Lacte Glutinoſo* referta, ab Lobelio in Stirpium Obſervationib. p. 201 perfectius depicta, quam in Adver-
2 ſariis p. 160. Non eſt accenſenda ESULIS aut Tithymalis, quia *Ramos* ac Folia *Geminatim* profert, & *Flores non per Umbellam.*

IV ſive EU.

1 ,, EUPATORII VULGARIS ſive *Cunigundinæ primæ Tabernæmontani* Kreuterb. part. 1 ſect. 4 c. 18 (p. 343 & 344) Flos conſtat quidem paucis Floſculis, ſed *Umbella denſa Surculis ſubdiviſis* numeroſis conſtat Floribus. Vel *quadraginta* aut *plura* gerit *Capitula.*
2 *Capitulum* quodvis *Perianthio* ex aliquot *Squamulis* e Viridi Pur-
3 pureis compoſito veſtitum. Meditullium eſt compoſitum ex *quinis* vel *ſenis* dilute *Purpureis* Floſculis *Cavis*; quilibet Floſculus *Semini*
4 *ſuo inſidet.* *Apici Seminis* cujuſque longi *Villi* inhærent *Candidi*,
æquantes fere Floſculi (abſque Stylo) altitudinem, & undique eum
5 ambientes. *Floſculus* Marginem *quinque Laciniis* Brevibus Fiſſum
6 habet. Ex ſingulis Floſculis prominet *Stylus* Candidus *Bifidus.*
7 ,, Cunigundina igitur hæc a RELIQUIS DUABUS Tabernæmontani & Caſparis Bauhini Genere differt.
8 *Secunda* enim & *Tertia* Species hoc habent commune, quod *Flori ſubjiciantur quinque* Oblonga Viridia *Foliola.*
9 *Secundæ* Flos ex *Diſco* & *Margine* conſtat. *Margo Foliis octo*
10 *Luteis: Diſcus Cavis Floſculis* Luteis, in quibus *ſinguli Styli.* *Folia Frondea Oblonga, Serrata* (Non fiſſa) ex adverſo poſita ſive *Bijuga.*
11 *Tertiæ Folia* Frondea Trifida aut *Multifida*, quemadmodum *Pri-*
12 *mæ.* *Semina* Subnigra poſt Floris interitum, adhuc arcte compreſſa *Capitulum* conſtituunt ex Luteo *Nigricans*, & *Cuſpidem deorſum*,

Digitized by Google

Baſin ſurſum converſam habent. *E Baſis medio* erigitur Curtus 13
Stylus, qui ſummitate ſua Floris quaſi marcidi Luteas reliquias oſtendit. Baſis *extremis* ſingulæ *Cuſpides* aut Denticuli inſiſtunt, *dupliciqueſerie Spinarum* deorſum tendentium inſtructi. 14
Hinc fit, ut & 15
Capitulum totum ex Seminibus conſtans & Semina ſingula *Veſti Laneæ hæreant* (als Tuhch/ ja auch auf Brüggiſch oder Ruſſeliſch Böhmſeide oder Saien). *Floſculi* ipſi *Lutei*, ſinguli ſingulis Seminibus inhærentes ſunt *Parvuli*, ita ut altitudo Floſculi altitudinem Hamati Spiculi non ſuperet. 16

CAP. VI
ſive
LITERA F.

Argumentum.

1	Aſſertio *quæ* FICUS INDICÆ *nomen perperam commune* habeant, oſtendit.	Sectiunculas habet	2.
2	*quæ* FRAXINI.	Sectiunc.	4.
3	*quæ* FUMARIÆ.	Sectiunc.	2.

I ſive FI.

conf. c. 3 aſſert. 1 ſect. 10.

1 A FICU INDICA ſive Tuna differt EUPHORBIUM, quod illa *Ramoſa* eſt.

2 Deinde *Euphorbii Folia* forſan *Fructus* potius ſunt.

II ſive FR.

1 FRAXINI *Species* genuina non eſt ORNUS, ſed potius *Sorbi*, contra quam cum Porta l. 2 Aeris transmut. c. 18 Dodonæus Pemptad. 6 L. 4 c. 13 init. exiſtimat. Nam neque Flore convenit cum Fraxino, neque Fructu. 2

3 *Ornus* fert *Umbellam Florum* & *Baccas*; *Fraxinus Racemos* & *Ligulas* ſive Siliquas.

Non

Digitized by Google

4 " Non tamen nego quin *Ornus ſit Fraxinus Montana Theophraſti* Hiſtor.Plantar.l.5 c.11 circa fin..

III ſive FU.

1 FUMARIA BULBOSA ſive Radix Cava (Hohlwurtz) & Fumaria VULGARIS *Radicibus differunt*, in ceteris ſatis conveniunt.

2 " Fumariam BULBOSAM MINIMAM Tabernæmontani Kreuterb.part.1 ſect.1 fin., (p.95) ſive Fumariam Moſchatam rectius
" *ad Ranunculos* refert Caſpar Bauhinus Pinac. l.5 ſect.3 in Ranunc. Nemoroſ. 4.

CAP. VII
ſive
LITERA G.

Argumentum.

1 Aſſertio *qua* GENISTÆ *nomine perperam commune* habeant, indicat. Sectiunculas habet 2.
2 *qua* GRAMINIS & GRATIOLÆ nomen. Sectiunc. 6.

I ſive GE.

1 " GENISTELLA PINNATA Lobelii Stirpium Obſervation. p.
" 534, ſive *Chamægeniſta Peregrina* Cluſii Rarior. Plantar. Hiſtor. 1 c.71, ſolo *Flore convenit* cum GENISTIS & *Caulis lentore*.

2 " Multum etiam a reliquis diſcrepat SPARTUM APHYLLON Lobelii dicti libri p.535.

II ſive GR.

1 GRAMEN LEUCANTHEMUM forte rectius diceretur *Alſine Graminea*, vel Alſine *Prolixifolia*.

Digitized by Google

De PARNASIO Gramine jam monuerunt Pena & Lobelius in 2
" Adverſariis p. 4. *Parnaſium*, inquiunt, *Dioſcoridis Gramen dicti-* 3
" *ſtum magis propter Paſtionem ſalubrem & opimam, quam propter ſimili-*
" *tudinis comparationem, quia facie longe alia* (*Folio nempe Hederaceo &*
" *Flore Albo eſt*) *proxime Chelidoniam Minorem & Cochleariam relega-*
" *mus. Alioqui poſſet quis ex Vulgi uſu Burgundicum* Fœnum *dictum,* 4
" *Cytiſum, aliaque Loti & Trifolii Genera Pabulo laudatiſſima, Gramina*
" *vocare & huc advocare; eadem prorſus ratione & conſuetudine plebeja,* 5
" *quæ anſam dediſſe etiam Plinio* (l. 24 circa finem) *videtur enumerandi*
" *quædam Aizoi Urentis effigie Gramina, quorum alterum* DACTYLON
" *vocetur* &c.

" GRATIOLA MINOR Geſneri in libel. de Collectione Stirpi- 6
" um, ſive *Hyſſopifolia* Caſparis Bauhini Pinac. l. 6 ſect. 4 Hyſſop. ult., in ejuſdem Bauhini Matthiolo in Dioſcorid. l. 3 c. 26 fin. depicta & deſcripta, non eſt GRATIOLA, quia non eſt *Bijugis Foliis*, nec Floris forma ad *Flores Gratiolæ* accedit.

CAP. VIII
ſive
LITERA H.

Argumentum.

1 Aſſertio *quæ* HELLEBORI *nomen perperam commune habe-*
antur, recenſet.
2 *quæ* HIERACII.
3 *quæ* HORMINI.
4 *quæ* HYACINTHI POETICI
& HYSSOPI. Sectiunculas habet 6.

I ſive HE.

" HELLEBORUS ALBUS, Helleborus NIGER qui THEOPHRA- 1
" STO, & Helleborus Niger, qui DIOSCORIDI tribuitur a Dodonæo Pemptad. 3 l. 2 c. 29 & 30, æquivoce nomine eodem fruuntur.

II

Digitized by Google

II ſive HI.

Ab HIERACIIS ſecernantur omnes Herbæ quæ SIMPLICI CAULE. Hæc enim *ad Dentem Leonis* ſive Taraxacon referendæ.

III ſive HO.

" HORMINUM LUTEUM ſive *Orvala Tertia Dodonæi* Pemptad. 2 l. 4 c. 24, ſive Officinarum *Gallitricum Luteum* (Gelbe Scharlach);
" & ORVALA SILVESTRIS ſive *quarta Orvalæ Species Dodonæi* dicto loco, videntur eſſe ſub eodem Genere proximo, non autem HORMINI nomine appellanda.

IV ſive HY.

1 " HYACINTHI POETICI nomine non poterunt, contra ac Lobelius Stirp. Obſervat. p. 48 ſeq. fecit, communiter comprehendi " IRIS BULBOSA PRIMA, SECUNDA, TERTIA *Cluſii* Rarior. " Plantar. Hiſtor. l. 2. c. 44; & SISYRINCHIUM ejuſdem utrumque
2. dicti libri c. 45; tum aliis de cauſis, tum hac, quod *Iris* ſecunda & tertia & manifeſtius prima *deorſum reflexorum Foliorum Floris Frontem Bifidam* ſeu Fiſſam habent; *Siſyrinchium* vero utrumque Folia iſta *Integra*.

3 HYSSOPUS GRÆCORUM, ſi Dioſcoridis l. 3 c. 32 de Origano Heracleotico & c. 33 de Onetide, item l. 4 c. 55 de Chryſocome
4 " conſulamus, longe diverſus eſt ab Hyſſopo OFFICINARUM. Ita quoque cum Pena & Lobelio in Stirpium Adverſar. p. 212 Caſpar Bauhinus in Matthiol. ad Dioſcorid. l. 3 c. 26 ſentit contra ipſum.

5 GRATIOLA MINOR, de qua cap. 7 aſſert. ult. fin. dicebamus, nec Hyſſopi Species eſt. Ideo etiam a Caſpare Bauhino non Hyſſo-
6 " pus ſed *Hyſſopifolia* vocatur. *Non enim Foliis* eſt *Bijugis nec* Floris forma ad *Flores Hyſſopi* accedit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX
ſive
LITERA I & J.

Argumentum.

1 Aſſertio *quæ* IRIDIS *nomine perperam conveniant*, refert.
Sectiunculas habet 2.
2 *quæ* JACEÆ. Sectiunc. 3.
3 *quæ* JUNCI.

I ſive IR.

IRIS BULBOSA cum RELIQUIS quæ *Radicem* habent vel *Geniculatam* vel T*uberoſam*, quod ad Flores, Specie convenit, quod ad Radices & Folia Specie diſcrepat. *Folia* enim habet C*ava* (non Concava ſive Fiſtularia). 1 2

II ſive JA.

„ JACEA LUTEA SPINOSA Cluſii Rarior. Plant. Hiſt. l. 4 c. 3 potius *Carduus* dicendus. 1

„ Jacea MONTANA *Daleſcampii non eſt* J*acea*, *ſed alterius vel ſui Generis Planta* Spigelio Iſagog. in rem Herbar. l. 1 c.37, qui *cuncta ea Herbarum Genera, quibus* Capitulum *Spinis deſtitutum exiguis Laminulis ſive* Squamulis *eſt compactum, & unicus Flos ex multis* Foliis *Laciniosis conſtans; Semen præterea Oblongum molli Lanugine obſitum*, Jaceas vocat. Verbi gratiâ *Centaurium Majus*, C*yanum*, *Serratulam &* Stœben *Salmanticenſem Cluſii* (Rarior. Plant. Hiſtor. l.4 c.4) *& Scabioſam Montanam Daleſcampii.* 2 3

III ſive JU.

conf. Dodon. Pempt.4, l.5 c.25.

JUNCUS FLORIDUS non eſt JUNCUS. Nam & *Foliaturâ differt*, & mirum quantum *Flore*, cum Juncus vix Florem habere dici queat.

CAP.

Digitized by Google

CAP. X
ſive
LITERA L.

Argumentum.

1 Aſſertio *quæ* LASERPITII
LATHYRI LATIFOLII
& LAURI *nomine perperam conveniant*, docet.
Sectiunculas habet 10.
2 *quæ* LENTISCI
& LEUCOII Sectiunc. 3.
3 *quæ* LINARIÆ
& LINOSTRIDIS. Sectiunc. 3.
4 *quæ* LYSIMACHIÆ.

I ſive LA.

1 „ LASERPITIUM *Penæ & Lobelii*, etiam Rondeletii, Stirpium
" Adverſar. p. 312 & 313, ſive *Maſſilioticum* Tabernæmontani
„ Kreuterb. part.1 ſect. 3 c 5 (p.214), ſive *Gallicum* Caſpar. Bauhini Pinac. l. 4 ſ. 5 in Laſerpit. 2; & GERMANICUM ſive *Leviſticum*, quæcunque ſit Succorum cognatio, Congeneres Plantæ non ſunt.

2 *Gallicum* enim *Folia Pennatim* in Ramaſtris gerit, *Septena* ad ſummum, ſi picturæ credendum, valde inordinate Laciniata, partim *Obtuſis*, partim *Acutis Laciniis* ſive Sinubus, nec utrinque ſimi-
3 liter; quæ *aliarum* Plantarum *Foliis aptius* forſan *conferri* poſſent quam *Paludapii* ſive Eleoſelini, quibus a Pena & Lobelio, quia Dioſcorides l. 3 c. 94 init. & Theophraſtus Hiſtor. Plant. l. 6 c. 3 init.
" *Apii Folia Silphio* tribuunt, conferuntur.

4 *Leviſticum* vero eſt Cuneatâ ſive *Triangulatâ* Foliaturâ.

5 „ LATHYRI LATIFOLII nomine complectitur Caſpar Bauhi-
„ nus Pinac. l. 9 ſect. 3 in Lathyr. 6, CICERCULAM SILVESTREM
„ Tabernæmontani Kreuterb, part. 2 ſect. 4 c. 5 (p. 215) & CLYME-

Digitized by Google

„ NUM Matthioli in Dioſcorid. l. 4. c. 11. Sed Cicercula illa non eſt 6
Clymenum hoc. Nam *Clymenum* Matthioli *Bina* tantum *Folia* habet, eaque *minus Oblonga*: at *Cicercula* Tabernæmontani *Plura* Foliorum *Paria* & *Longiora* Folia.

„ Idem Bauhinus ad Matthioli dict. loc. & Cluſius Rarior. Plan- 7
„ tar. Hiſtor. l. 6 c. 43 LATHYRUM SILVESTREM Dodonæi
„ Pemptad: 4 l. 2 c. 12 eandem facit cum Clymeno Matthioli. Sed 8
Lathyrus Silveſtris Dodonæi *Longiora* & *Anguſtiora* habet *Folia* quam *Clymenon*.

“ LAURI *Silvaticæ* nomine non recte appellatur TINUS a Catone 9
de Re Ruſtic. c. 8, & Italorum vulgo, quia Foliorum, Ramorum & Florum ſitu differt. Nam *Laurus Sigillatim* ordinatos habet *Ra-* 10
mos & *Folia*, *neque Flores* in *Umbellam* diſpoſitos.

II ſive LE.

„ LENTISCUS PERUANA, quo nomine Mollea dicitur Caſpa- 1
ri Bauhino in Matthiol. in Dioſcorid. l. 1 c. 75 & Pinac. l. 11 ſect. 2 in
Lentiſc. 2, non eſt ejuſdem Speciei cum vera LENTISCO. Nam 2
& *Foliatura* ejus eſt *Impariter Pennata*, & (ſi Accidentales Differen-
„ tias adjicias) *Reſina* ejus non adſtringit, ſed *purgat*, & *Fructus Acer in-*
„ *ſtar Piperis*, teſte ipſo Caſp. Bauhino loc. in Matthiol. dicto.

“ LEUCOIUM SPINOSUM CRETICUM Cluſii Rarior. Plan- 3
tar. Hiſtor. l. 3 c. 7 non eſt LEUCOIUM ipſo Cluſio teſte ſin. dict.
“ cap., quia *Flores Quinque Folii* conſtant.

III ſive LI.

“ LINARIA HISPANICA PRIMA *Cluſii* Rarior. Plantar. Hi- 1
ſtor. l. 3 c. 18, neſcio utrum ad LINARIAS (Oſyrides aliorum) referri poſſit, cum ſit Triblaſtos, vel potius ſimul *Triblaſtos*, & *Monoblaſtos*, quamvis *Flore Calcariformi convenìat*.

“ LINARIA STIRIACA Cluſii ejuſd. libri c. 19 non videtur Li- 2
“ nariis annumeranda, quia *Folia* (quemadmodum ipſe ſcribit) ha-
“ bet *Craſſa*, *Succulenta*, *Coloris veluti Caſii*, *non temere per Ramulos*
“ *ſparſa*, *ſed ſerie quadam aut terna aut quaterna eos amplectentia*.

LI-

Digitized by Google

3 " LINARIA CONYZOIDES, aliorum Linoſyris, (Lobelio Stirp. " Obſervat. p. 223 & 224 *Tripolii forte Species, Linaria Aurea* Tragi, " *Hyſſopus Umbellifera Guilandini*) male LINOSYRIS dicitur, cum " *Linaria Purpurea utraque* Lobelii Obſerv. dict. p. 222 *potius Linoſyris* dicenda ſit *ob Flores* & *Fructus*.

IV ſive LY.

LYSIMACHIA LUTEA; PURPUREA SPICATA; & SILIQUOSA æquivoce nomine eodem fruuntur.

CAP. XI
ſive
LITERA M.

Argumentum.

1 Aſſertio *quæ* MALI *nomine perperam conveniant*, docet.

2	*quæ* MERCURIALIS.	Sectiunculas habet	4.
3	*quæ* MILLEFOLII.	Sectiunc.	4.
4	*quæ* MUSCI.		

I ſive MA.

1 " MALUS PERSICA Dodonæi Pemptad. ult. l. 3 c. 6, ſive Perſicus, admodum improprie dicitur MALUS, cum non ferat Malum, ſed *Nucem* potius *veſco Pericarpio veſtitam*. Rectius diceretur *Prunus Perſica*. Pruno enim ſimilior quam Malo.

II ſive ME.

1 " Ad MERCURIALIS *formam ac effigiem*, inquit Dodonæus " Pemptad. 5 l. 1 c. 35 init., *accedit* IMPATIENS *Herb. c.* At totis Generibus differt.

2 " Primo *Mercurialis Mas* Dodonæo libri dicti c. 33 fert *Bina Semina eodem Petiolo hærentia*: *Impatiens* Siliquas *Chelidonii Majoris* " *inſtar*.

" Secundo *Mercurialis Flos Ramoſus*: *Impatientis è Faſtigiis Petiolorum dependet*. 3

Tertio *Mercurialis Foliaturâ Bijugâ*: *Impatiens Singulariâ*. 4

III ſive MI.

1 " MILLEFOLII PURPURIFLORI ſive *ſecundi* ſchema *apud Dodonæum* Pemptad. 1 l. 4 c. 15, hoc eſt, pictura *Millefolii Terreſtris Purpuriflori* apud Lobelium Stirp. Obſerv. p. 431, videtur mihi repræſentare Herbam Specie diſtinctam (non ſolo Colore) ab *Millefolio* VULGARI Lobelii Obſerv. dict. p. 430, ſeu *Achillea* Dodonæi dict. loc.; multoque magis Specie diſtincta a Millefolio MINORE Dioſcoridis Dodon. ejuſd. l. c. 16, ſive LUTEO Lobelii dict. Obſerv. p. 431. 2

Nam, ut alias Differentias taceam, *Foliola in Ramaſtris Sigillatim* ſeu Alterne, non P*ariter ſita* ſunt, ut in *Achillea*. 3

" VIOLA AQUATICA Dodonæi Pemptad. 4 l. 5 c. 4 non eſt Millefolium. 4

IV ſive MU.

conf. Lobel. Stirp. Obſerv. p. 646.

" MUSCIS certe LICHEN non eſt accenſendus, quemadmodum Dodonæus facit Pemptad. 3 l. 5 c. 15. Habet enim P*etiolos Florigeros*.

CAP. XII ſive LITERA N.

Argumentum.

1 Aſſertio *qua* NARCISSI & NASTURTII *nomen perperam commune* habeant, indicat. Sectiunculas habet 5.

2 *qua* NYMPHÆÆ.

Digitized by Google

I ſive NA.

1 " NARCISSUM AUCTUMNALEM fatetur Cluſius, uti & PER-
" SICUM, Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 2 c. 16 initio, *non Flore ſed*
2 " *Foliis* & *Radice* NARCISSIS *ſimilem*. *Improbat* poſtea eos, *qui* ad
" *Colchica* referunt, *quia nihil cum Colchico commune habeat præter Flo-*
" *rem*. *Quod ſi ob Floris ſimilitudinem Colchicum dicendus eſt*, pergit,
" *omnia Croci Genera etiam Colchicum appellare licebit*.
3 Certe ſi *Florem* reſpicias, *magis* diſtat *a Narciſſo*, quam is qui
" *Pſeudonarciſſus* ob Calycem Oblongum dicitur ejuſd. l. c. 17.
4 Quomodocunque nominetur, *ad Crocos* & *Colchica* referen- conf. porti-
"dus *hic Pſeudonarciſſus* Auctumnalis. Convenit etiam cum Croco on. 2 c. 1 aſſ. 3
& Colchico, quod *Unicum Florem in Caule* gerit. fin.
5 NASTURTIUM INDICUM ex Sapore & Odore, *non e Figura* dictum eſt.

II ſive NY.

NYMPHÆIS non eſt accenſendus RANÆ MORSUS, quia *Flores* hujus *Tribus Foliis* conſtant.

CAP. XIII
ſive
LITERA O.

Argumentum.

Aſſertio hæc *quæ* ORCHEOS ORNITHOGALI & OROBI *nomine perperam conſeniant* recenſet. Sectiunculas habet 7.

OR.

1 " ORCHIS ODORATA & FRISIA Lobelii Stirp. Obſervat.
" p. 93 (vitioſe impreſſum 89); item TETRORCHIS & TRI-

" ORCHIS ejuſdem ibid. & p. 94 (vitioſe impreſſum 90), non ſunt
ORCHES, quia *Floren* non habent Calcari inſtructum, nec Labiis
Hiantem, ſed *Uniformem*, *Solidum* inſtar Lilii Convallium aut Hya-
cinthi Comoſi. Omnino *ad Lilium Convallium* referendæ. 2
" ORNITHOGALUM LUTEUM ſive *Bulbus Silveſtris* Fuchſii 3
Plantar. Hiſtor. c. 60, & Dodonæi Pemptad 2 l. 2 c. 20, peculiare
quid habet a RELIQUIS Ornithogalis, quia *quaſi in Umbella* gerit
Flores.

ORNITHOGALA SPICATA videntur diſcrepare ab UM- 4
BELLATIS, quod *illa Stamina uſitata forma*; *hac* vero *Stamineos*
Apices Luteos Sex Foliolis Candidis, tribus *Acuminatis*, tribus *Bifi-*
dis ſive Sinuatis *inhærentes* habent. Hæc Sex φυλλοειδῆ (Folioſa) 5
Stamina Capitulum Seminis, ejuſque *Stylum includunt arcte coeuntia*,
etiam explicatis Foliis exterioribus.

" OROBUS SECUNDUS *Cluſii* Rarior. Plant. Hiſtor. l. 6 c. 44 *Im-* 6
" *pari numero Folia* habet in *Ramaſtris*. At PRIMUS & TER-
" TIUS *Pari numero*, abſque Capreolis tamen. Ergo diverſa hîc
" ſunt Genera. QUARTUS Orobus Cluſii partim *Pari*, partim 7
Impari numero habet Folia, quod vix credo.

CAP. XIV
ſive
LITERA P.

Argumentum.

1 Aſſertio *qua* PLANTAGINIS *nomen perperam commune* habeant monſtrat.
2 *qua* POLTGONI.
3 *qua* PTCNOCOMI & PTRETHRI. Sectiunculas habet 3.

I. ſive PL.

PLANTAGO AQUATICA non eſt Species PLANTAGINIS.
Confer Tragi Kreuterb. part. 1 c. 75.

II ſive PO.

POLYGONI Species non eſt Knauel / quia *Foliola* habet *Pariliter ſita*, & Foliola *Florea* extrinſecus *Viridia*, intrinſecus *Alba*, *Quina*, *Acuta*. *Alſinæ* eſt *affinis*.

III ſive PY.

1 " PYCNOCOMUM PRIMUM *Tragi* Kreuterb. part. 1. c. 95 ſive " Ulmaria *Pennatâ* eſt *Foliaturâ*; SECUNDUM ejuſdem ibid. ſive " *Drymopogon primus* Tabernæmontani (Waldbart) Kreuterb. part. 2 ſect. 11 c. 59 (p. 482) *Triangulari*. Ergo non ſunt unius Speciei.

2 PYRETHRUM UMBELLIFERUM & DISCIFLORUM non " ſunt ejuſdem Speciei Plantæ dicendæ, ſed *illa* eſt Dioſcoridis *legiti-*

3 " *mum* Pyrethrum l. 3 c. 86. Nam *Umbellæ* meminit. *Hæc Salivaris* dici poſſet, nomine ſuperfluo a vero Pyrethro mutuato aut *Pſeudopyrethrum*, aut *Antipyrethrum*, quaſi Vicepyrethrum.

CAP. XV
ſive
LITERA Q.

Argumentum.

Aſſertio hæc *quæ* QUERCUS *nomen perperam commune habeant docet.*

A QUERCU *diverſiſſima* eſt *Foliis* ILEX, licet Germanis Stechpalm dicatur.

CAP. XVI
ſive
LITERA R.

Argumentum.

1 Aſſertio	*quæ* RANUNCULI *nomine perperam conveniant*, indicat.		
2	*quæ* RHAMNI.	Sectiunculas habet	4.
3	*quæ* RUTÆ.	Sectiunc.	5.

I

Digitized by Google

I ſive RA.

RANUNCULIS omnibus in *Flore Quinque Folia.* Ergo Ranunculus NEMOROSUS Albiflorus, non eſt Ranunculus verus, quia habet *Folia* Sex. Confer Spigelii Iſagog. in rem Herbar. l.1 c.34 med..

II ſive RH.

« RHAMNUS TERTIUS *Dioſcoridis* l.1 c.120, quamvis ſit *Paliurus* 1
Dodonæi Pemptad. ultim. l. 1 c. 20 & Lobelii Stirp. Obſerv. p.598 & aliorum, ex ſententia Matthioli in Dioſcorid. loc. dict. (cap. tamen ipſi eſt 102) Caſp. Bauhini ad Matthiol., & Pinac. l. 12 ſect. 4 in Rhamn. 5; &c.: nihil tamen commune habet cum RELIQUIS Rhamnis, niſi quod *Aculeos* habet, qui tamen *Situ* & *Figurâ diffe-*
» *runt* prorſus *a Rhamni Spinis.* *Spina Cervina* (quæ male *Infectoria* 2
ibid. dicitur Matthiolo, cum non Infectoribus ſed Pictoribus uſui ſit) ob Foliorum Latitudinem & Parilem ſitum Rhamnis diſſimilis eſt, cetera tamen *propius* accedit quam Paliurus.

» *Rhamnus primus* & Rhamnus *Germanicus* Matthioli dict. 3
„ loc. *Folia Inordinate* & *Acervatim* ſita habent.

» Ejuſdem Rhamnus *ſecundus*, ſi idem eſt cum Germanico, (in 4
quam ſententiam Bauhinus propendet ad Matthiol. loc.) male pictus eſt. Nam *Folia Pariliter ſita* habet.

III ſive RU.

RUTA ALBA (Witte Rude) Species eſt Abrotoni. 1

“ Rutæ etiam Species Falſa eſt Ruta BACCIFERA (Bärraute) 2
Tabernæmontani Kreuterb. part. 1 ſect. 4 c.36 (p.422), quæ part. 2
“ ſect. 4 c.32 (p.241) ab ipſo Baumichter Wiſenkleh dicitur. Rectius Klehbaum vel Klehſtrauch.

“ Ruta CANINA (Hundsraute, oder Helmraute, oder Helm- 3
“ kraut) ejuſd. part. 1 ſect. 4 cap. 37 (p.423), Rutis plane diſſimilis eſt.
„ *Scrofulariam Laciniatam* Caſpar Bauhinus vocat ad Tabernæmontani loc. dict.

Ru-

Digitized by Google

4 " Rutam CAPRARIAM (Geiſraut) Tabernæmontanus ipſe
" part. 1 ſect. 4 c. 25 (p. 419) *Viciis Purpurifloris Foliis & Flore tam ſimi-*
" *lem* fatetur, *ut vix diſcerni poſſint, niſi quod Viciæ habeant Capreolos,*
5 " *quibus Ruta Capraria caret.* Pena & Lobelius quoque Stirp. Adver-
" ſar. p. 392 in Galega, *non Rutæ ſed Leguminis Speciem eſſe*, adfirmant.

CAP. XVII
ſive
LITERA S.

Argumentum.

1	Aſſertio *quæ* SALVIÆ SAMBUCI SANICULÆ MONTANÆ SATYRII & SAXIFRAGÆ AUREÆ *nomine perperam congruant*, docet.	Sectiunculas habet	23.
2	*quæ* SCABIOSÆ & SCORDII.	Sectiunc.	10.
3	*quæ* SECURIDACÆ SEDI SENNÆ SESELIOS.	Sectiunc.	11.
4	*quæ* SIDERITIDIS & SII.	Sectiunc.	3.
5	*quæ* SOLANI SOLIS FLORIS SORBI.	Sectiunc.	12.
6	*quæ* SPARGANII & SPARTI.	Sectiunc.	2.
7	*quæ* STOEBES.		

I ſive SA.

1 " SALVIA AGRESTIS, ſive *Sphacelus Dodonæi* Pemptad. 2 l. 4 c. 23
" *Neque Odore*, (ſi hic quoque eſt conſiderandus) *neque Figurâ* con-

Digitized by Google

venit cum SALVIIS. *Folia* & Superficie & Figura conveniunt cum *Verbaſco Nigro*, niſi quod Minora. *Floſculi Labio ſuperiori* ſive Galea 2
quaſi *carent*, *inferius* Labium *Trifidum* habent: & *verſus unam* Caulis aut Rami *partem interdum* vergunt, non ſemper. Dodonæum etiam *pictura* ſua refutat.

" SAMBUCI *Italicæ* nomine male SYRINGA fruitur apud Au- 3
ſtrios, Cluſ. Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 1 c. 36. *Utraque* quidem *Pa-* 4
riles habet *Ramulos*, Surculos, *Folia*; *Sambucus* vero *Foliaturam Pennatam*, at Syringa *Monadicam*.

Sambucus LACINIOSO FOLIO etiam minus recte Sam- 5
bucus dicitur, quia *Foliaturâ* eſt *Triangulari*.

Sambucus PALUSTRIS ſive Lycoſtaphylus *Folia Monadica* 6
Pariliter ſita habet.

" SANICULIS MONTANIS minus recte PINGUICULA Cluſii 7
Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 3 c. 14 adnumeratur a Caſp. Bauhino Pinac. l. 6 ſect. 6 in Sanicula Alpina Rotundifol. 5. *Nec* enim *Umbellata* eſt, ſed Simplici Caule.

" SATYRIUM Dioſcoridis l. 3 c. 143 & 144 duplex eſt. 8

" Prius *Albiflorum* (cui maxime accedit Hyacinthus Orien- 9
talis);

" Poſterius ἐρυθρόνιον, hoc eſt, ut interpretantur, *Rubro Flore*, 10
" *quod vel manu comprehenſum ad Venerem incitat*.

Utriuſque Satyrii *Radix* eſt *Unica*. Male itaque ORCHES Saty- 11
ria dicuntur.

SAXIFRAGA AUREA a nonnullis appellatur Herbula CIRCA 12
HAMBURGUM & Lubecam in paluſtribus aut uvidis ſaltem locis naſcens, quæ *Foliis Germinis Saxifragam Albam* (quæ Folia habet Sigillatim ſita) licet minor, utcunque refert. Verum Pena & Lobe- 13
lius Stirp. Adverſar. p. 267, Dodonæus Pemptad. 2 l. 5 c. 22, & Tabernæmontanus Kreuterb part. 2 ſect. 11 c. 22 (p. 542) hanc Plantam ita deſcripſerunt, ut ex *Picturis* adjectis (Lobelius depingit Stirp. Obſervat. p. 336) potius quam ex ipſorum deſcriptionibus Plantam cogno-

cognoſcere liceat. Quod ſi picturis fidendum, noſtra hæc ab Au-
rea Saxifraga omnino diverſa eſt.

15 *Aurea* enim *Folia Germinum* & *Ramulos* (licet parcos) Com-
pariter ſive *Conjugatim* ſita habet; *Noſtra* vero non ex tot diſtin-
16 ctionibus Foliata eſt & Folia *Sigillatim* habet ſita. *Aureæ Folia Radicis*
Brevi Petiolo, ut Lobelius & Dodonæus pingunt; *Noſtræ prolixis* Pe-
tiolis, qualia Aureæ pictura Tabernæmontani tribuit.

17 ,, *Aureæ Flores ex Alis Foliorum* enaſcuntur, ut omnes pingunt,
,, idque fere *Verticillatim*, ut Tabernæmontanus pingit, ſaltem
Compariter ut Dodonæus & Lobelius pingunt, Perianthio ſuo
18 veſtiti; *Noſtræ* vero Flores *Lutei incumbunt* quaſi *Foliis* Germinis e
Cacumine Caulis confertim enatis *abſque* conſpicuo *Perianthio*; & *den-*
ſus tum *Florum* tum *Foliorum Cacuminis ſitus*, neſcio quid *ſimile* ha-
bet *Tithymalorum* aut Eſularum Summitatibus, licet Tithymalus
non ſit, nec Lacteo Succo prægnans.

19 " *Hepaticæ Paluſtris icon* in *Horto Eiſtetenſi* propius ad Noſtram
præſertim quod *ad Flores* accedit, ſed *Crenas Foliorum Germinis non*
20 exprimit. In Floribus Quaterna Folia quidem Foliis Germinis ar-
cte incumbentia, ſed *Geminam Seminis Thecam non* exprimit, *neque*
21 *Stamina* ob exilitatem. *Denſum* tamen *Foliorum Germinis* & *Ra-*
mulorum in Cacumine ſitum *ſatis* exprimit.

22 Sed *nec* Genere *cum Alba Saxifraga* convenit, cujus *Flos Peri-*
anthio ima parte *incluſus Quinque Foliis Oblongis* & in Summitate *Ar-*
23 *cuatis*, conſtat; cum *Noſtra Floſculos* gerat in Ramoſo Cacumine
decem vel plures, e *Foliis Quaternis* obtuſe *Angulatis* Luteis non ſplen-
dentibus, *Octonis Staminibus* & *Binis Curtis Stylis* compoſitos, vel
quaternis vel quinis *Foliis Ramuli incumbentes*, quorum ſuperius mi-
nus eſt inferiore.

II ſive SC.

1 " SCABIOSA MAJOR ſive *prima Matthioli* in Dioſcorid. l. 4 c. 11
videtur eſſe *Cyanus* potius quam SCABIOSA, ut etiam ex icone in-

telligitur. *Radice* etiam (ſi quis talia attributa curet) eſt *Subdulci*,
cum *vera* Scabioſæ Sapore ſit *Amaro*.
" SCABIOSA PURPUREA (Bleichbraun) ſive *Vulgaris Ma-* 2
" *jor* Dodonæi Pemptad. 1 l. 5 c. 3 & CÆRULEA ſive *Decima tertia*
Tabernæmontani Kreuterb. part. 1 ſect. 5 c. 14 (p. 457) differunt Ge-
nere.
Purpureæ Folia Pariliter ſita, Laciniosa & *Prolixa* : *Caruleæ* 3
Sigillatim ſita, *vix Serrata*, *Curta*.
Purpureæ Floſculi ſecti in *Quatuor Lacinias Rotundæ Frontis*; 4
Quatuor habent *Stamina*, quorum Petioli adhærent Laminæ Floſculi;
Stylum Fundo Floſculi *inſiſtentem Capitulo Sphærico*. *Cæruleæ* vero 5
Floſculi in *Quinque* prolixas *Acutiſſimas Lacinias* ſecti, Stamina ha-
bent nulla, niſi quod *Staminum loco* eſt *Fiſtula*; *Stylus Prolixus* eſt ul-
tra Floſculos eminens *Capitulo Ovali*, acutiore extremo cum reliqua
longitudine coeunte. *Fiſtula* inferiorem Styli partem amplectens 6
ſuperiore parte *in Stellam Luteam quinque brevium radiorum termi-
nata*. Rectius *Globularia* dicitur.
" SCABIOSA item PRIMA, & DECIMA QUARTA *Ta-* 7
bernæmontani dicto cap. (p. 453 & 457) Scabioſæ non ſunt, quia *Folia*
non habent *Pariliter* ſita.
Nec iſtæ proprie Scabioſæ ſunt, quæ FOLIIS ſunt INTE- 8
" GRIS, non Diſſectis: ideoque *Decima tertia* Tabernæmontani du-
plici jure a Scabioſis excludenda eſt.
" SCORDII Species non eſt ELEPHAS Fabii Columnæ Minus 9
cognitar. & Rarior. Stirp. Ecphraſ. part. 1 c. 64, ut vult Caſpar Bau-
hinus Pinac. l. 7 ſect. 1 in Scord. ult. *Scordium* enim eſt ex iis quæ 10
" ferunt *Quaterna Semina in Perianthio*. At *Elephas in eodem Folliculo*
" vel *Triginta* fert *Semina*, teſte Fabio capitis dicti fin.

conf. Cæſalpin. de Plant. l.11 c.1 & 42.

III ſive SE.

" SECURIDACA CLYPEATA ſive *Hedyſarum Clypeatum* Lo- 1
" belii Stirp. Obſerv. p. 523 & aliorum, *Onobrychis* (quam pingit & Clu-
ſius Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 6 c. 44) eſſe recte defenditur a Do-
do-

Digitized by Google

donæo Pemptad.4 l.3 c.18. Tum *Foliaturæ* enim, ſcilicet *Pennatæ,*
Imparis, tum *Siliquæ ratione* ſub unum Genus referri poſſe videntur.
2 „ SEDI *Flos Quinque* habet *Folia:* ILLECEBRÆ ſive Sedi Mini-
mi *Quatuor*, ſi Lobelii & Dodonæi picturæ credendum, quæ illius
Stirp. Obſervat. p.205; hujus Pemptad.1 l.5 c.10 invenitur. Ergo
Illecebra non eſt Sedum.
3 " *Ad Cotyledonem* etiam referendum eſt SEDUM TRIDA-
" CTYLITES TECTORUM Caſp. Bauhini Pinac. l.7 ſect.5 in Sed.
„ Foliis Laciniatis 6, ſive *Alſine Petræa Rubra* Tabernæmontani
Kreuterb. part. 2 ſect. 11 c.2 (p.410). Nam & hoc *Flores* videtur
4 " habere *Concavos* & *Solidos*. *Neque* tamen *idem* eſt cum *Paronychia*
„ *Tertia* ejuſd. ſect. c.94 (p.513) ut Bauhinus ad utrumque Tabernæ-
montani locum notat, cum *Paronychia Geminatim*; *Sedum* iſtud ve-
ro *Sigillatim Folia* habeat ſita.
5 SENNA differt Specie a COLUTEA, quia *Senna* eſt *Pennatâ Fron-*
6 *de* numero *Pari*; *Colutea* numero *Impari*. Deinde *Senna Flore* eſt ex
Quinque Luteis Foliolis Uniformibus compoſito; *Colutea Flore* Labia-
7 to Compoſito ſive *Leguminari*. *Sennæ* denique *Siliquæ* ſunt *Luna-*
tæ, nullo Spiritu tumidæ ſed compreſſæ, adeo ut Latera cohæreant,
in quibus *Semen Uvarum Vinaceis* ſimilimum. Confer Matthiol. in
Dioſcorid. l.3 c.70, & Dodonæum Pemptad. 3 l.2 c.3, & Pemptad.6
l.2 c.26.
8 „ SESELI ÆTHIOPICUM FRUTEX, quem *Ægyptiis κυνὸς*
" *φρίκην*, id eſt, *Canis horrorem* dici Dodonæus, neſcio ex quo aucto-
re, Pemptad. 2 l.5 c.18 ſcribit, (appellarem itaque *Cynophricen*
Hundsſchreck) *Folia Sigillatim ſita Integris Marginibus* profert, & *Ra-*
9 *maſtris caret*. Æthiopicum HERBA vero *Ramaſtros* habet *Trian-*
gulatos.
10 " Quemadmodum *Seſelia* MASSILIENSIA & PELOPON-
„ NENSE a Matthiolo & Caſp. Bauhino Dioſcorid. l.3 c.53 adpicta
„ *Triangulatis* ſunt *Ramaſtris*. Aſt Seſeli CRETICUM MAJUS &
„ MINUS Caſp. Bauhini ad Matthioli libri dicti c.54 (aliis 63) *Rama-*

Digitized by Google

ſtros habet *Pennatos*. Præfero igitur *Tordylii* appellationem. *Dio-* 11
„ *ſcorides* etiam ibi quaſi improbaturus eam appellationem, *Tordylion*,
„ inquit, *quod aliqui Creticum Seſeli vocant, juxta Ciliciam in Amano*
„ *monte naſcitur*.

IV ſive SI.

SIDERITIDES multæ dicuntur, ut multæ Panaces, & Symphytum. 1

Verbigratiâ ACHILLEA, quæ ad *Millefolium* refertur; quæ 2
„ ALTERA Dioſcoridis creditur, ad *Bipinellam* ſive Pimpinellam; & ROBERTIANA ad GERANIA. Vide Penæ & Lobelii Stirp. Adverſar. p. 332.

„ SIUM PRIMUM *Dodonæi* Pemptad. 4 l. 5 c. 10 eſt *Pennato Folio*: 3
„ SECUNDUM ejuſdem ibid. *Triangulato*: TERTIUM ſive Junci-
„ forme c. 11 partim *Pennato*, partim *Triangulato*: QUARTUM c. 12
„ eſt *Phellandrium*.

V ſive SO.

SOLANIS accenſentur multa quæ eo non pertinent. 1

Caſpar Bauhinus male ad Solana refert Herbam Paridem ſi- 2
„ ve Uvam Lupinam, quam *Solanum* BACCIFERUM QUADRI-
„ FOLIUM vocat Pinac. l. 5 ſect. 1 in Solan. Baccif. 10. At hujus 3
„ *Caulem Brevem ſuprema parte* terminant *Folia Quinq.* vel *Sex*, ut ipſe quoque ibi fatetur, ex eodem quaſi Caulis termino.

„ *Folio Laciniofo* eſt Solanum POMIFERUM Lobelii Stirp. 4
Obſerv. p. 135 ſive Mala Æthiopica.

Foliatura Triangulari vel etiam *Pennata* POMA AMO- 5
RIS.

Halicacabus, ſive Alkekengi, ſive Veſicaria, *Folia* habet 6
Dizyga (Gepahrt); *Florem* & *Fructum* e *Pediculo* ſuo *Singulum*. Ideo ad Solanum referri nequit, & perperam *Solanum* VESICARIUM dicitur, quia *Solanum Folia* habet *Sigillatim* ordinata, & *Fructus* & *Flores Corymbatim* (Viel an einem Haubtſtengel).

Folia-

Digitized by Google

7 „ *Foliatura Triangulari* eſt HALICACABUM PEREGRI-
„ NUM Dodonæi Pemptad.3 l.4 c.25.

8 „ SOLIS FLOREM (Heidenſop) recte *Ciſti ac Ledi Speciem* ſive
„ Conſpeciem eſſe cenſet Dodonæus Pemptad. 2 l.1 c.31. Verum in-
„ convenienter *Ciſti Silveſtrem Speciem eſſe quandam* fin. cap. ſcribit.

9 *Quaſi* vero vel major *Siccitas*, vel ipſius Plantæ *Parvitas* vel etiam *Odoris defectus Silveſtritatem arguat*.

10 Flos Solis PERUANUS tam *Uniflorus* quam *Ramoſus Sigillatim* proferunt *Folia*.

11 In Flore vero Solis TUBEROSO obſervabam anno 1623 Junio menſe, inter quatuordecim Caules binos *Folia Trijuga* proferre, (inſtar Lyſimachiæ Luteæ) & quidem jam *Trina* vel *Quaterna* in ſingulis Caulibus erant *Genicula*, reliqui Caules *Bijuga* proferebant Folia ſatis conſtanter.

12 SORBUS TORMINALIS merebatur aliud nomen. *Nihil* enim *commune* habet *cum* vera SORBO, quod *Folia* attinet. Eſt potius *Meſpilus*.

VI ſive SP.

1 „ SPARGANIO male adnumerat Caſpar Bauhinus POLYGO-
„ NUM BACCIFERUM ſive Marinum Pinac. l.1 ſect.2 in Spargan. poſt 3 Sparg., cum *Polygonum abſque Foliis* ſit, uti Equiſetum; *Sparganium Foliis Prolixis*.

2 „ SPARTUM GENISTACEUM ſeu *Dioſcorideum* Cluſii Rar. Plant.
„ Hiſtor. l. 1 c. 70 eſt *Geniſtæ Species*, a quo valde differt Spartum GRA-
„ MINACEUM ſeu *Plinianum* ejuſd. l. 6 c. 40 & Lobelii Stirp. Ob-
„ ſerv. p. 45, Guilandino *Spartum Hiſpanicum Dioſcoridi ignotum* de Papyro membri 9 ſect. 17.

VII ſive ST.

1 „ STOEBE SPINOSA Cluſii Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4 c. 4 potius *Carduus* dicenda.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XVIII
ſive
LITERA T.

Argumentum.

1	Aſſertio *quæ* TEUCRII *nomine perperam congruant.*	Sectiunculas habet	4.
2	*quæ* TILIÆ.	Sectiunc.	8.
3	*quæ* TRIBULI TRIFOLII & TRITICI.	Sectiunc.	5.
4	*quæ* TYPHÆ.		

I ſive TE.

TEUCRIUM FALSUM ſive *Pſeudoteucrium* dico, quod *Flores* 1
habet *Roſeos* in *Quatuor Folia* (non Acuminata, *non* Surſum di-
" latata, *ut* Clematis Daphnoides, vel *Clematis Peregrina* Lobelii Stirp.
Obſerv. p. 345, ſed) *Orbiculata*, ſed *inæqualiter Lata* dehiſcentes,
qui integri cum ſuis *Binis Staminibus* defluunt, *Seminis Thecula* reli-
ctâ *Bifidâ* inſtar Veronicæ.

" Huc refero *Teucria Cluſii* omnia Rarior. Plant. Hiſt. l. 3 c. 45 *ex-* 2
" *ceptis tribus* prioribus, item *Veronicam Fruticantem* ejuſdem c. 44
(Flore Rotundifolio) ipſo Cluſio non invito.

v. c. 3. aſſ. 3 ſectiunc. 2. TEUCRII vero *Flores Hiantes* inferiori tantum Labio effor- 3
mati, *Galeâ carent.*

Differunt etiam *Teucrium Pratenſe* & illi *ſimilia*, quæ nimirum 4
Flores gerunt in *Longis Petiolis* inſtar Beccapungæ, *ab* illis *Teucrii* Ge-
neribus, quæ Flores gerunt in extremis Ramis *Spicatos* ſive in Spi-
cam congeſtos.

II ſive TI.

" TILIA MAS Dodonæi Pemptad. ult. l. 4 c. 16 ſeu Saxatilis 1
" (Steinlinden) *Cæſalpino* forte eſt *Carpinus altera* de Plantis l. 2 c. 7,

Il-

Ulmo vel *Carpino* (Hagbüchen) *vicinior* eſt quam TILIÆ proprie di-
2 ctæ ſeu Feminæ. Nam *Folia* gerit *Rugoſa*, *Scabra*, non Cordis for-
3 mâ ut Tilia, ſed *Ovalia* fere, ut ita loquar. *Situs* & *Figura Seminis*
ſane veræ Tiliæ non convenit, ſed *Ulmo*.

4 „ Certe eſt Ulmus *Latioris Samaræ*, quia Dodonæus comparat eam
„ *Fructui Thlaſpios Majoris*.

5 „ Accedit, quod hanc Tiliam Ipelin *Belgis dici* ait, cum *Ulmum* di-
cant Olmen; at *Ulmi* qui ex *Hollandia Hamburgum* afferuntur, dicuntur Ipern.

6 *Veſiculis* ſive Utriculis ſive Folliculis, quos in *Foliis* copioſe gerit, (ut pingunt Matthiolus in Dioſcorid. l. 1 c. 108, Lobelius Stirp. Obſerv. p. 606 & Tabernæmontanus part 3 ſect. 3 c. 40 p. 711, ſed
7 Priorum neuter eos deſcribit) & nullâ aliâ re *differt* ab Ulmo. Atqui Folliculi *accidens* ſunt, & Nidi Vermium ſive Inſectorum, quales Folliculi etiam in Populis.

8 *Ligno* etiam differt a Tiliâ verâ, quia *Duriore* materiâ, *unde*, & item *quod Sterilis* vel ſemper exiſtimetur vel ſæpe ſit, *Mas* videtur dici.

III ſive TR.

1 TRIBULUS AQUATICUS ſive Tribulus *Marinus* Officinarum,
« ſive Nucifer (Waſſernuß, Stachelnüß) & Tribulus AQUATICUS
« MINOR PRIOR *Cluſii* Rarior. Plantar. Hiſtor. l. ult. c. ult., ſive
„ Criſpifolius, ſive Criſpula Aquatica (Breunling) & TERRESTRIS
« DIOSCORIDIS l. 4 c. 15, & TERRESTRIS THEOPHRASTI
Πρώιμος (Præcox) Hiſtor. Plantar. l. 6 c. 5 ſive Leguminoſus, plano diverſæ ſunt Plantæ. Non itaque eodem nomine comprehendendæ.

2 *Leguminoſi Fructus firmis* Spinis munitus *Quinquepartitus*, in
3 ſingulis diviſuris quatuor *Spinæ*, ergo *viginti* in univerſum. Sed *Floribus* diſcrepat a reliquis Leguminoſis. Habet enim ſimiles *Potentillæ* Floribus. Confer Cluſ. Rarior. Plantar. Hiſt. l. ult. c. 51.

Digitized by Google

,, TRIFOLIUM SPINOSUM *Creticum* Cluſii dicti libri c. 52 *Flores* fert inſtar *Anagallidis* & *Purpureos*, ergo diſcrepat a RELIQUIS. 4

TRITICUM VACCINUM (Kuhweizen) ſive Melampyrum non eſt TRITICUM corruptum, ſed Herba ſuæ Speciei, ut ex tota figura apparet. *Folia* & *Ramulos Pariliter* gerit. 5

IV ſive TY.

TYPHA CEREALIS (vid. Dodon. Pemptad. 4 l. 1 c. 9) & PALUSTRIS nomine perperam conveniunt.

CAP. XIX
ſive
LITERA V.

Argumentum.

1 Aſſertio *quæ* VALERIANÆ *nomine perperam conveniant.*		Sectiunculas habet	3.
2	*quæ* VERBASCI VERBENÆ & VERONICÆ.	Sectiunc.	3.
3	*quæ* VICIÆ & VIOLÆ.	Sectiunc.	6.

I ſive VA.

VALERIANA CÆRULEA ſive Græca *Pennatâ* quidem *Foliaturâ* eſt, ſed *non Pariliter ſitâ*. Ideo hæc extra VALERIANÆ Genus ſeponenda. Dodonæus quoque Pemptad. 3 l. 1 c. 27 *hanc nullam cum Valerianis* veris *ſimilitudinem habere* judicat, conſentiente Caſpare Bauhino Pinac. l. 4 ſect. 6 in Valerian. 7, qui tamen *Foliorum ſimilitudinem excipit.* 1 2

Valeriana vero RUBRA *non* eſt *Pennatâ Foliaturâ*, quamvis Parili, Ideo a reliquis expungenda. 3

II

Digitized by Google

II ſive VE.

1 VERBASCA duo SALVIÆFOLIA Dodonæi Pemptad. 1 l. 5 c. 29 ex VERBASCIS eximenda. Sunt enim *Foliis Parilibus* & *Floribus Galeatis*. Potius dicendæ *Salvia Verbaſcifoliæ*, aut *Orvalæ*, aut tale quid.

2 VERBENA NODIFLORA Caſpar. Bauhini, quam deſcribit & pingit in Matthiolo ad Dioſcorid. l. 4 c. 56, non videtur Conſpecialis eſſe Verbenæ VULGARI.

3 VERONICA non eſt ELATINE PRIMA *Dodonæi* Pemptad. 1 l. 2 c. 22, quia *Folia non* ſunt Combinata ſive *Pariliter ſita*. Deinde *Flos* habet *Calcar* ſive Corniculum, uti Flos Regius (Ritterſporen) vel Oſyris ſive Linaria.

III ſive VI.

1 VICIA LUTEA *Foliis Convolvuli Minoris* Caſpar. Bauhini Pinac. l. 9 ſect. 3 in Vicia ult., ſive *Aphaca* Dodonæi, qui plenius pingit
2 cum Siliquis Pemptad. 4 l. 3 c. 12, male refertur ad VICIAM. *Vicia* enim *Foliaturâ Sigillatim ſitâ*, *Pennatâ Pari numero*, quæ *in Capreolos*
3 deſinit. At *Aphaca* hæc *Capreolos ex Alis Caulis* emittit (id eſt, Angulis inter Folia & Caulem).

4 VIOLÆ uno nomine complectuntur, quæ tamen uno Genere ita contineri nequeunt, Violam AQUATICAM; DENTARIAM (*una Folia* habet *Pennatim*, *altera Digitatim* ſita, utraque *Florem* gerit *Quatuor Foliorum*); LATIFOLIAM ſive Latiſiliquam, ſive Lunariam;
5 MARIANAM, quæ a Viola tam MARTIA quam *Quadrifolii Floris*, cujuſmodi etiam MATRONALIS eſt, diſcernenda eſt, & Campanulis, Cervicariis & Rapunculis accenſenda, ut ſit *Campanula Mariana*; *Flore* eſt *Laminæ ſolidæ*, *Margine Denticulato*.

6 Sæpius quippe *eminus Convenientias* in Speciebus *notant* Botanici auctores, ideoque *Confuſis Differentiis* deſcribunt, quod hactenus ſatis apparuiſſe exiſtimo.

PORTIONIS II
DE PLANTIS RELIQUIS PERPERAM HETERONYMIS
JUXTA ALPHABETI ORDINEM,

CAP. I.
ſive
LITERÆ A.B.C.

Argumentum.

1 Aſſertio oſtendit, *quanam* Plantæ *perperam diſcrepent nomine ab*
ABSINTHIO
ACONITO
APARINE
ATRIPLICE.
Sectiunculas habet 4.

2 *qua a*
BLITO
BUGLOSSO.
Sectiunc. 2.

3. *qua a*
CARDUO
CEDRO MAGNA *Dioſcoridis*
CHÆREFOLIO
CROCO.
Sectiunc. 5.

I ſive A.

Ad ABSINTHIUM pertinet ARTEMISIA. 1
Ad ACONITA Lutea Napelliformia ſive Napellos ANTHORA vel Zedoaria (Heilgiſt), quemadmodum ſunt Dulces & Acres Ranunculi. 2

Ad APARINEN (Klebekraut) referenda eſt ASPERULA ODORATA ſive Hepatica Stellata (Herzfreud, Sternleberkraut) etiam propter Seminum Capitula. Eodem pertinet GALIUM (Mägerkraut, 3

Wal-

Walſtroh, Betteſtroh, Labekraut), MOLLUGO (Sternmägerkraut), RUBIA.

4. Ad ATRIPLICES pertinet BONUS HENRICUS ſive Tota bona.

II ſive B.

1. BLITI Species eſt AMARANTUS.

2. „ BUGLOSSUM HISPANICUM *Tabernæmontani* Kreuterb. „ part. 2 ſect. 3 c. 11 (p. 154), ſive *Semper-virens* Penæ & Lobelii Stirp. Adverſar. (p. 247) *convenit* ſatis in *Foliis*, *Floribus*, *Caulibus* &c. cum VULGARI.

III ſive C.

1. CARDUIS accenſendus eſt CNICUS.

2. „ CEDRUM LIBANI non eſt probabile *diverſam eſſe a Cedro* „ MAGNA *Dioſcoridis*, ut vult Guilandinus l. de Papyr. membr. 24 „ ſect. 14 & ſeq., qui maxime *Vitruvii* auctoritate nititur, qui *Cedro Folia*

3. „ *Cupreſſeæ Foliaturæ ſimilia* tribuit l. 2 Architect. c. 9. Verum *Vitruvius non* adeo ſubtiliter *Foliorum ſimilitudinem conſideraverit*. Teſtatur autem, *Cedrum in Syria & Creta creſcere*. Debuiſſet itaque Guilandinus nobis Cedrum Vitruvii in Libano, Amano, Tauro aut Ida Cretæ oſtendere.

4. CHÆREFOLIUM *Silveſtre* CICUTÆ ſimile, excepto Odore, Sapore & Nocendi Potentiâ, quæ Homoidiam non impediunt. Confer Fragment. 1 c. 2 aſſert. 3 ſectiunc. 17 ſequent., 27 ſequ., 42 & ſequent.

5. CROCO cognatæ Plantæ COLCHICUM & hinc *Narciſſus Auctumnalis*, de quo Portion. 1 c. 12 aſſert. 1. v. Fragm. 1 c. 2 aſſ. 3, ſectiunc. 36.

Digitized by Google

CAP. II
ſive
LITERÆ E.H.I.

Argumentum.

1 Aſſertio *quæ nomine perperam diſcrepent ab* ESULA.
2 *quæ ab* HORDEO.
Sectiunculas habet 4.
3 *quæ ab* ILICE.

I ſive E.

ESULA hoc habet proprium, quod F*olia in* U*mbella Geniculis* ſunt *Oblonga*, quod tamen etiam eſt in LATHYRIDE, quæ recte Eſula dici poteſt.

II ſive H.

» HORDEUM HIBERNUM ſcribit Tabernæmontanus Kreu- 1
» terb. part. 1 ſect. 7 c. 15 init. (p. 644) T*etraſtichum*, *Hexaſtichum* & »
» *Octaſtichum reperiri*, *eſſe* etiam *Hordeum* ÆSTIVUM *Tetraſtichum*.
Inde colligi poteſt, Æſtivum illud & Polyſtichum Hibernum eſſe 2
forte eandem Speciem. Nam Columella judice de Re Ruſtic. l. 2 c. 9
« circa med. T*rimeſtre Semen* & Auctumnale *natura non* differunt,
« *quippe idem Auctumno ſatum melius reſpondet*.

Deinde Hordeum *Hibernum* & MUNDUM (Reingerſten) quod 3
in Gallia frequens ita dictum eſt, quia M*aturum* ſponte *ex Folliculo* ſuo *cadit*, credo eandem eſſe Speciem.

« Dubito autem, *num Hexaſtichum Columellæ*, de quo c. dict. ante 4
« fin.; *Nullâ* (forte exili) *veſtitum* P*aleâ Granum ejus celeriter decidit*,
« *iiſdemque de cauſis facilius teritur quam cetera*; ſit P*olyſtichum Tabernæmontani*
» ſive Æſtivum ſive Hibernum), *an* vero ejuſdem Ta-
» bern. Reingerſten.

III

Digitized by Google

III ſive I.

" ILEX COCCIFERA, quam in Italia obſervarunt Pena & Lobe-
" lius Stirp. Adverſar. p.430, eſt *Ilex* FRUTICOSA Cæſalpini l. de
Plant. 2 c. 2, quæ *Coccum fert*, ſed *non copioſum*, ideoque neglectum.
Et hinc Cæſalpinus ignoravit, ſuam Fruticoſam eſſe Specie eandem
" cum Coccifera. *Enzinam* Hiſpanorum Lobelius *eandem* facit
" *cum Ilice Arborea* Stirp. Obſervat. p.582.

CAP. III
ſive
LITERÆ L.M.O.

Argumentum.

Aſſertio *qua perperam nomine diſcrepent a* LAMIO
LILIO CONVALLIUM
& LYCHNIDE
monſtrat.
Sectiunculas habet 3.
1 *qua a* MALVA
& MEDICA.
Sectiunc. 1.
1 *qua ab* OLEA.

I ſive L.

1 " LAMIO vicina eſt CANNABINA Tabernæmontani Kreuterb. part. 2 ſect. 5 c.11 (p.263).

2 LILIO CONVALLIUM accenſendæ OPHRIS ſive Bifolium & HELLEBORINE.

3 LYCHNIDIS Species ſunt MUSCIPULA ſive Viſcaria: & " VACCARIA Dodonæi Pemptad.1 l.4 c.20. *Muſcipulæ Flores* aliquam habent convenientiam cum *Caryophylli* Floribus.

II

II ſive M.

MALVÆ adnumeranda eſt ALCEA & ALTHÆA. 1

„ MEDICÆ, quæ a Dodonæo TRIFOLIA COCHLEATA di- 2
„ cuntur Pemptad. 4 l. 4 c. 18, quamvis *non* ſint *Medica* a *Dioſcoride* l. 2 c. 177 deſcripta, tamen ejuſdem ſunt Generis, & idem nomen merentur.

III ſive O.

„ OLEA SILVESTRIS a SATIVA Specie non videtur differre.
„ *Silveſtris* enim *humilior* & minor eſt, *Ramis Aculeatis*, *Foliis minori-*
„ *bus*, *Baccis minoribus ſed frequentioribus, & minoris Carnis.* Ceteris conveniunt fere, uti ex Dodonæi Pemptad. ult. l. 3 c. 29 colligo.

CAP. IV
ſive
LITERÆ Q.R.S.V.

Argumentum.

1 Aſſertio	*quæ perperam nomine diſcrepent a*	QUERCU.
2	*quæ a*	RAPISTRO,
3	*quæ a*	SORBO.
4	*quæ a*	VICIA.

I ſive Q.

QUERCUUM Tres Species memorant Carolus Stephanus & 1
Joannes Liebholt. Prædii Ruſtici (quod Sebitſius in Germanicam linguam tranſtulit) l. 6 c. 20.

„ *Prima* ROBUR, *Magna, longe diffundens Latos Ramos & Ra-* 2
„ *dices, Nodoſo Ligno, Brevi Caudice* (Breneiche).

„ *Altera* QUERCUS, *Minor Quercus*, (Spalteiche) *Altior evadit,* 3
„ *Ligno non ita Duro & Nodoſo, facile finditur & ſecatur.*

Ter-

4 " *Tertia* ILEX (Trämeiche) *Tenui & Recto Candice, Octo Cubitos Al-*
" *to, abſque Ramis, ad ædificia omnium utiliſsima.*

5 " *Frondibus* quoque & *Glandibus diſtinctæ ſunt.*

6 Sed neſcio an ſit Specificum, an vero Accidentarium Diſcrimen.

7 " Quæritur etiam, *utrum Quercus* quæ *prope* Fretum *Herculeum*, item
" *in Cantabria* creſcunt, ideo quia FRONDES *per* HIEMEM retinent (teſte Cluſio Rarior. Plant. Hiſt. l. 1 c. 13) Specie differant a noſtris Quercubus.

II ſive R.

" RAPISTRUM PURPUREUM Tabernæmontani Kreneb.
" partis 2 ſect. 3 c. 3 (p.124) tantum Colore differt ab ARMORACIA
" c. 9 (p.131). Hæc vero valde accedit ad LAMPSANAM FLORE
" MELINO c. 4 (p.125) deſcriptam.

III ſive S.

SORBUS *Silveſtris* poteſt ORNI nomine carere. Confer portion 1 c. 6 aſſert. 2 ſectiunc. 1.

IV ſive V.

VICIÆ cognata eſt CRACCA.

Digitized by Google

FRAGMENTI IV

DE

PARTIBUS QUARUNDAM PLANTARUM CONFUSE COGNITIS

CAP. I.

DE FOLIO.

Argumentum.

Aſſertio hæc recenſet quaſdam *Plantas falſo* APHTLLAS.
Sectiunculas habet 3.

DENTARIA, ἄφυλλος quæ dicitur, Caulem habet Foliis veſtitum. 1

JUNCUM Guilandinus opponit Matthioli & per conſequens 2
Theophraſti definitioni Herbæ l. de Papyr. membr. 1 ſect. 10. At Juncus Foliis non caret, præſertim *Acutus*.

LIMODORUM quoque & OROBANCHE Caulem habent 3
Foliis amictum.

CAP. II.

DE CAULE.

Argumentum.

1 Aſſertio *Plantas* quaſdam recenſet *falſo* EXCAULES,
Sectiunculas habet 13.

2 Plantas quaſdam *falſo* CAULIGERAS.
Sectiunc. 6.

I.

I

1 „ ALGA male refertur inter Plantas Ἀκαύλους a Cæſalpino de Plan-
„ tis l. 16 c. 1. *Quoddam* enim *Genus* fatetur *Cauliculum habere Spi-*
„ *coſum* (ut Potamogeton) ejuſd. libr. c. 25.
2 ALLII *Caulis altero* vel *tertio anno* ſurgit. Ideo Caule carere credi-
tur. Confer Dodonæum Pemptad. 5 l. 3 c. 12 init.
3 " ASARUM *Caule caret*, ait idem Pemptad. 2 l. 4 c. 26 med.. Vi-
detur tamen *Coliculum* proferre *Breviculum Flore unico* terminatum.
Coliculo bina hærent ex eadem diſtinctione *Folia*, *Petiolis Caule proli-*
xioribus.
4 „ COLOCASIAM ſive Arum Ægyptium, hodie Ægyptiis inſtar
Rapi edule, Bellonius Obſervat. l. 2 c. 28, Proſper Alpinus de Plantis
Ægypti c. 33, Cluſius Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4 c. 50 & alii apud
„ Cluſium ſummo conſenſu affirmabant *Caule*, *Flore*, *Fructu carere.*
5 At Fabius Columna oſtendit *hæc omnia* (pro Caule Coliculum) Mi-
nus cognitar. Stirp. part. 2 c. 1. Confer Proſp. Alpin. de Plantis
Exotic. l. 2 c. 17 & 18.
6 " EQUISETUM male refert inter Plantas Ἀκαύλους Cæſalpinus de
Plantis l. 16 c. 1, cum *in Caule* ferat *Semen*, imo *Iulos* pro Flore, imo
„ quædam Species etiam *Floſculos*, *Hippuris* ſcilicet *Minor* Dodonæi
7 „ Pemptad. 1 l. 3 c. 21. Item Equiſeto cognata *Ephedra Flores* fert *Mu-*
„ *ſcoſos* apud Dodonæum dict. libr. c. 22. Quia Ephedra eſt *ingens* & Mu-
ſcoſos fert Flores, veriſimile eſt *Equiſeti Floſculos* adhibito *perſpicillo*
ſaltem *conſpicuos* fore.
8 FILIX PALUSTRIS ſive Oſmunda videtur Caule & Semine non
" carere, contra ac Cæſalpinus putat de Plantis l. 16 c. 1.
9 „ MANDRAGORAS, inquit Dodonæus Pemptad. 3 l. 4 c. 29, *tam*
Mas quam Femina Caule carent. *Flores ſingulos gerit in Pediculis.*
10 " Atqui *Petioli* iſti *Caules* ſunt. Nec enim habent Superficiem interio-
rem & exteriorem. Quicquid Florem fert aut Fructum, eſt
Caulis.

Digitized by Google

" NARCISSUS PERSICUS Cluſio Rarior. Plantar. Hiſtor. 11
" l. 2 c. 15 Ἄκαυλος *plane Planta eſt, & Floris duntaxat Pediculo prædita ve-*
" *lut Crocum & Colchicum.* Non probo. *Caulis* eſt, utut *Brevis* ſit, 12
cum immediate e Radice exeat. Theophraſtus certe Hiſtor. Plant.
" l. 7 c. 12. *Caulem Floris* vocat, referente ipſo Cluſio dicti capit. fin.

" UINGO Theophraſtus Βλαστὸν Βραχὺν (*Germen Breve*) & *Folia* 13
" *Ampla* Hiſtor. Plant. l. 1 c. 11 init. tribuit. Ergo & Caulem, quem Gui-
" landinus ei denegat l. de Papyro membri 1 ſect. 6.

II

" ADIANTO tam *Albo* quam *Nigro* Καυλὸν tribuit Theophra- 1
ſtus Hiſtor. Plantar. l. 7 c. 13. Videtur *ex* aliorum *relatione* ſæpius
quam propria obſervatione loqui.

" EPIMEDIUM, inquit Dioſcorides l. 4 c. 19, 2

" Καυλός ἐστιν οὔτε Καρπὸν οὔτε Ἄνθη " Φέρων.	*Caulis eſt nec Fructum nec Flores ferens.*

Hinc colligi poteſt, Epimedium Dioſcoridis Caule carere, & 3
" Καυλὸν pro Μίσχον (Pediculo Folii) ut Theophraſtus vocat Hiſtor.
Plantar. l. 1 c. 16, poſitum.

FILICIS aliquoties meminit Theophraſtus, ſed quod Caule careat 4
nunquam addit.

" FILIX FEMINA ſive Ramoſa *Caulem* dicitur *habere* a Dodo- 5
næo Pemptad. 3 l. 5 c. 1, ſed eſt *Coſta Foliaturæ*, quia deſinit in Folium.

" TRICHOMANI Theophraſtus eodem loco, quo Adianto, Καυλὸν 6
tribuit.

CAP.

CAP. III

DE FLORE.

Argumentum.

1 Aſſertio *Plantas* quasdam *falſo* FLORE CARENTES recenſet. Sectiuncul as habet 7.
2 FLORES quorundam LANUGINEOS & MUSCOSOS conſiderat. Sectiunc. 20.
3 Flores *falſo* STAMINEOS. Sectiunc. 20.
4 Flores RELIQUOS *Confuſe cognitos.* Sectiunc. 17.

I

1 Præter *Colocaſiam* & *Equiſetum*, dequibus Fragmenti hujus c. 1 aſſert. 1 ſectiunc. 4 ſequ.,
" BECHION hoc eſt *Tuſsilaginem abſque Flore eſſe* ſcribit Plinius
2 l. 26 c. 6. Id ex negligente obſervatione provenit. *Fugaciſſimus* enim *Flos* Tuſſilaginis *ante Folia* erumpit initio veris. Confer Dodonæum Pemptad. 4 l. 5 c. 19.
3 ,, CORYLI *Rubellos Flores* deprehendit Tragus (quos *Theophraſto* Hiſtor. Plantar. l. 3 c. 6 *memoratos* eſſe vult) Kreuterb. part. ult. c. 67, & confirmat Camerarius vel Matthiolus in Dioſcorid. l. 1 c. 97.
4 " *Florere eam negarunt* quidam apud Theophraſtum dicto loco, & apud Ruellium de Natur. Stirp. l. 1 c. 55, & Fuchſius Plantar. Hiſtor. c. 152.
5 " FICUI denegatum eſſe Florem vulgo * creditur. *Latet* autem *in Fructus Pulpa.*
6 ,, HORDEUM *non florere* ſcribit Tragus part. 2 c. 22. Rocken/ Waitzen/ Spelz/ Dinckel/ Amelkorn/ Kern/ und andere blüen al auf Johannes/ mit kleinen Gelben Fäſelin oder Zepflin/ ausgenommen
7 ,, Gerſt bringt keine Blüet. At Theophraſtus *Hordeum florere & deflorere* ſcribit Hiſtor. Plantar. l. 8 c. 3 init.

* Scalig. in Theophr. de Cauſ. Plant. l. 2 c. 23 (p. 152 a, edit. Genev. 1566)

II

Admodum Confuſâ Deſcriptione Florum utitur Theophraſtus 1
paulo ante finem capitis proxime dicti.

" Τὰ Ἄνθη τὰ μὲν ΧΝΟΩΔΗ, κα- " θάπερ τοῦ πάντων ὡς εἰπεῖν " Σταχυωδῶν· τὰ δὲ Φυλλώδη, " καθάπερ τῶν Χεδροπῶν.—	*Flores alii* LANUGINEI, *ut omnium fere Spicam gerentium* (ſc. Semina in Spicam digeſta); *alii foliis conſtant, ut Leguminum.*— 2
" Χνοῶδες δὲ καὶ τὸ τοῦ Κέγχρου " καὶ Μελίνου.	*Flos Lanugineus etiam Milio & Panico.* 3

Et Hiſtor. Plant. l.1 c.21: 4

" Ἄνθη Χνοώδη καθάπερ τὸ τῆς " Ἀμπέλου καὶ Συκαμίνου καὶ τοῦ " Κιττοῦ.	Flores *Lanuginei*, *quemadmodum Vitis, atque Mori & Hederæ.*

At *Flores Frumentorum* ſunt *Stamina* dependentia. De Vitis & 5
Mori Floribus dicemus in Speciali noſtra Plantarum Hiſtoria.

Nunc quæritur, *utrum Flos Lanugineus* is ſit qui MUSCOSUS 6
dicitur Penæ & Lobelio, Cluſio, Dodonæo, & Daleſcampio; & **Moſcht** Tabernæmontano.

" Penæ & Lobelio quidem *Thyrſus* LUTEOLÆ Muſcoſus Stirp. 7
" Adverſar. p.149; & *Flos* PHYLLI tam *Feminipari* quam
" *Maripari* ibid. p.99;

" RANUNCULI MINIMI (id 8
" eſt *Fumariæ Bulboſæ Minimæ* Tabernæmontani **Kreuterb.** part.1 ſect.1 fin. p.95) Stirp. Adverſar. p.300;

" SAXIFRAGÆ ANGLICÆ, 9
" (*Polygonum Minus* eſt *Gramineum Repens* Caſp. Bauhini Pinac. l. 7 ſect.5 in Polyg. Min. 2, **Knauel**) Stirp. Adverſar. p. 183.

" Cluſio præter Phylli utriuſq; Florem Flos OLEÆ Rarior. Plan- 10
" tar. Hiſtor. l. 1 c.11 & l.4 c.32 in Phyllo Feminifico;

" LENTISCI ej. l. c.10;

LY-

„ LYSIMACHIÆ LUTEÆ TERTIÆ l. 4 c. 35;

„ POLYGONO MARINO l. 1 c. 62;

„ TEREBINTHI ej. l. c. 11.

11 " Dodonæo Muſcoſus eſt Flos CHRISTOPHORIANÆ five Aconiti Bacciferi Pemptad. 3 l. 3 c. 12;

12 " LYSIMACHII AQUATILIS Pemptad. 4 l. 5 c. 31;

13 " PETASITÆ ejuſd. l. c. 20. Hic *Spicam* gerit *Craſſam* & *Obtuſam* ex *Capitulis* Florum compoſitam, ſingulis Capitulis aliquot *Floſculi*, & in Floſculis *Stamina* & *Styli* (ut in Jacea, Scabioſa &c.).

14 " Muſcoſum etiam dicit Florem RICINI Pemptad. 3 l. 2 c. 11. Ego obſervavi Florem ejus conſtare e *Ternis*, Oblongis, Parvulis, Anguſtis & fere Teretibus, *Bifidis*, obſcure Purpureis aut *Rubellis Foliolis ex apice Rudimenti Fructûs* prominentibus. Confer Flores Purpureos Quercûs.

15 " His addere licet Florem SANICULÆ Pemptad 1 l. 5 c. 23;

" TAMARICIS Pempt. 6 l. 2 c. 5;

" & THALICTRI five Thalictri Pemptad. 1 l. 3 c. 3.

16 „ Daleſcampius *Primam Speciem* EUPATORII AQUATICI „ five Cunigundinæ Flores Muſcoſos ferre ſcribit, quaſi eminus intuitus. Vide de hoc Flore Fragm. 3 Portion. 1 c. 5 aſſert. 4 ſectiunc. 1 ſequ.

17 " Tabernæmontano denique Flos MERCURIALIS FEMINÆ Moſecht dicitur Kreuterb. part. 2 ſect. 5 c. 14 (p. 267).

18 „ Sane *Thalictri* Flores, quos Dodonæus ob Staminum multitudinem *Muſcoſos* dicit, *Cæſalpino* de Plantis l. 1 c. 7. *adeo exiles ſunt, ut* " *Flocci videantur Lanuginei.*

19 „ Ceterum *Theophraſtus* Hiſt. Plant. l. 3 c. 11 FRAXINUM ferre „ ſcribit *οἷον βρύα καθάπερ ἡ* ΔΑΦΝΗ; *velut Muſcos, ut* LAURUS.

Pilu-

Digitized by Google

" *Pilulas* pingit Auctor Herbarii Lugdunenſis l. 1. *Muſcos in* 20
„ *Globum coactos ſimiles Pilis* (einem Bal, *Sphæris*) Cæſalpinus & Camerarius in Matthiol. l. 1 c. 31 vocant. *Non adeo bene*. Vide Hiſtoriam noſtram ſectiunc. 5 dictam.

III

Sunt & Flores quidam *falſo* STAMINEI dicti, qui *rectius* ex Floſculis Cavis ſive Fiſtulis arcte farcti ſive *Fiſtuloſi* dicerentur. *Staminei* dici poſſunt, qui *ſolis Staminibus* conſtant, ut *Secalis* (Roggen) &c.. 1

" Ita Cluſius Stamineos Flores tribuit CARDUO MOLLI PRI- 2
" MO Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 5 c. 41; & CIRSIIS ejuſd. l. c. 40, in Squamatis Capitulis, qui tamen videntur aliis Carduorum capitibus ſimiles, hoc eſt, ex Fiſtuloſis Floſculis conferti.

" Eidem *Villoſi* dicuntur Flores CENTAURII MAJORIS 3
„ l. 4 c. 5, qui Staminei Dodonæo Pemptad. 3 l. 1 c. 11.

„ Idem Dodonæus Stamineos Flores tribuit 4
„ ATRACTYLIDI Pemptad. 5 l. 5 c. 17; & CNICO Pemptad. 3 l. 2 c. 5;
„ & CONYZÆ MAJORI ALTERI Pemptad. 1 l. 2 c. 32;
„ & HELENIO Pemptad. 3 l. 1 c. 20; Expreſſius autem de Stamineis Floribus in 5
„ JACEA ſive Stœbe Pemptad. 1 l. 5 c. 5 fin.. *Aphyllanthes*, inquit, *non temere dici poteſt*, *abſ-*
„ *que Foliis enim eſt Flos ejus, ex ſolis denſe confarctu Staminibus conſtans.*

Atqui, inquam ego, ſicut *in Foliatura* (in Laubung) *non ſola* ea 6
ſunt vere *Folia*, quæ *Plana* ſunt, ſeu quæ Latitudinem habent Terminatam, uti pleraque, ſed ea quoque quæ Latitudinem habent Interminatam, uti ſunt Folia *Cepæ* &c., intus ſcilicet *Cava*; ita quo- 7
que inter *Folia Florea* recenſeri poſſunt & recenſentur etiam, quæ Interminatam, ſive in ſe Recurrentem habent Latitudinem, ita ut

qui-

Digitized by Google

quilibet *Flos* Καλυκώδης (*Campaniformis*) aut Καλαθώδης, aut
Κυτινώδης, uno quaſi Folio conſtet.
8 Ita *Ariſtolochiæ Flos* uno Folio conſtat Interminatæ Latitu-
dinis, quamvis quod ad Longitudinem ſit Terminatus.
9 Ita quoque Flos *Cyani*, *Scabioſarum*, *Aphyllanthis*.
10 Quod ſi *nomen* inter *Folium & Stamen intermedium* dare *libeat*,
non repugno, verum *propior* eſt *eſſentia* hæc eſſentiæ *Foliorum*, quam
Staminum.
11 Deinde *Folia* illa Curta & Interminate Lata, quæ conficiunt
Umbonem ſeu Pomum *in Floribus Pomoſis*, *non Stamina* ſunt, ſed ad
Folia Interminatim Lata pertinent.
12 „ Cluſius ipſe in Diſco *Aſteris tertii* *Floſculos Luteos multos*
„ *Quinque Foliorum* (hoc eſt, Laciniarum) deſcribit Rarior. Plantar.
„ Hiſtor. l. 4 c. 7; & *ex ſimilibus* Concavis Floſculis *Diſcum Doronici*
„ *tertii* (Gembſenwurz) & *quinti* (hoc eſt Wolferlei) *compoſitum* teſta-
„ tur, ſed *illius Quinque*, *hujus Quatuor Crenis Fiſſis*, ejuſdem l. c. 8.
13 „ *Chryſanthemi Cretici* Cluſii Rarior. Plant. Hiſtor. l. 3. c. 32
Diſcus ex *Floſculis ducentis & ſexaginta* circiter conſtat arcte farctis.
Quilibet eſt Citrinus Tubulus, cujus ora in *Quinque Lacinias* Acutas
14 eſt Fiſſa. Ex Tubulo prominet *Stylus* paulo longior, *Apice* in *Bina
Cornua* Citrina Fiſſo. In interioribus tamen Diſci Floſculis Stylus
15 Bicornis nondum eſt exſertus. *Quot* ſunt *Floſculi*, *totidem* ſunt Vi-
ridia *Seminum Rudimenta*, quibus Floſculi inhærent ſingulis ſinguli.
16 „ Tabernæmontanus deniq; Flockechte Blumen BELLIDI FLO-
„ RE PLENO (Gefüllten Maßlieben);
„ IMPERATO-
„ RIÆ NIGRÆ (Swarz Meiſterwurz); & SCABIOSÆ tri-
„ buit Kreuterb. part. 1 ſect. 2 c. 15 (p. 245) qui Jaceas quoque vocat
17 „ Flockblumen. Ihre Blumen, inquit part. ejuſd. ſect. 5 c. 11 (p. 447 &
„ 449). ſind ſon fielen Fäſelein oder Flocken an ſtat der Blätlein zuſam-
mengeſetzet.
18 At in *Imperatoria Nigra Flos* adeſt ex *Novem* vel pluribus Al-
19 bis nitidis *Foliis Stellæ* inſtar compoſitus. Ex Centro vero Floris

Digitized by Google

hujus ſurgunt *Pediculi conferti*, quorum *Capitula* Oblongiuſcula *Bi-*
nis gravida ſunt *Seminibus*. Pediculi hi *Staminum* quaſi ſunt *loco*.
Sunt enim ex Virore Albicantes, ſimulque gerunt Semen, & forſan
ſinguli ſuum Floſculum. *Inæquales* ſunt, alii Breviores, alii Lon-
giores. Obſervabatur anno 1651 Auguſti fine. *Amplius* & dili- 20
gentius & in pluribus Individuis & diverſo tempore *obſervandus* hic
Flos erit.

IV

ALNI Fructum & Iulum videtur confundere Tragus Kreuterb. 1
" part. ultim. c. 63, dum *Iulum in Fructum mutari* putat. Im Frü- 2
" ling, inquit, bringen die Erlen Braune Blüet oder Gerreid, ſchier wie
" die Birken und Büchen. Doch ſo fallen gedachte Erlenzepflin nicht
" ab, wie an den Büchen, ſondern werden ganz hart und gedrungen, an-
" zuſehen als Oliſen. Gegen dem Herbſt ſein ſie zeitig, und fallen ab,
» draus werden iunge Stöklin. Hæc Bauhinus exſcripſit in Matthiol. 3
in Dioſcorid. l. 1. c. 93.

" Rectius Cæſalpinus de Plantis l. 2 c. 8: *Hieme fert Amentum*; 4
" *Æſtate autem & Auctumno Fructum ex Squamis.*

» BALSAMITÆ MAJORI (Frauenmünz, Römiſch Salbei) *Co-* 5
» *mam* tribuit Dodonæus Pemptad. 2 l. 4 c. ult. *Aurei Coloris ex mul-*
» *tis Floſculis veluti Corymbis, Tanaceti atque Eleochryſi modo in Umbella*
» *cohærentibus, quorum ſinguli ex multis exiguis Staminibus Luteis ſimul*
» *fartis compoſiti ſunt.*

Satis perplexe, obſcure & confuſe loquitur Dodonæus. Eſtne 6
Umbella idem quod Coma, an pars Comæ, & Corymbus idem quod
Umbella, an pars Umbellæ? Ego Balſamitæ Majoris Flores in 7
Thyrſum Rarum diſpoſitos *dicerem*, Balſamitæ item Minoris, ſed Bal-
ſamitæ *Minoris Thyrſum Umbellæ æmulum*.

" EUPATORII AQUATICI ſive Cunigundinæ PRIMAM SPE- 8
" CIEM *Flores Valerianæ ſimiles ferre* dicit Tabernæmontanus Kreu-
terb. part. 1 ſect. 4 c. 18 (p. 343) quaſi eminus intuitus.

Ni-

Digitized by Google

9 Nihil ſimile habent Floribus Valerianæ, niſi quod in Umbellas ſunt diſpoſiti. Sed *Valerianæ Flores ex Foliis* conſtant, non Floſculis. Vide Fragm. 3 Portion. 1 c.5 aſſert. 4 ſectiunc. 1 ſequ..

10 „ FILIX PALUSTRIS ſive Osmunda putatur *Florum Ligulas emit-*
„ *tere* Penæ & Lobelio Stirp. Adverſar.p 363.

11 Specie, non vere. Sunt enim *Folia non explicata*. Confer Cæſalpin.de Plantis l.ult. c. 4 & Dodon. Pemptad. 3 l. 5 c. 2.

12 " HYACINTHUS HISPANICUS Cluſii Rarior. Plantar. Hiſtor.
„ l. 2 c. 25 ſive *Hyacinthus non ſcriptus* Dodonæi Pemptad. 2 l. 2 c. 17
" male Longiflorus ſive *Oblongo Flore* Caſpari Bauhino Pinac. l. 2
„ ſect. 1 in Hyacinth (3) & Δολίχανθος Petro Laurembergio Apparatûs Plantarii l. 1 c. 11, 5 Spec. Hyacinthi, dicitur.

13 Flores enim hujus *non* videntur *Longiores* Floribus *Orientalis* Hyacinthi, niſi quod Orientalis Florum Oras magis habet Reflexas, ita ut *medius* ſit *inter* Longiflorum & *Stellatum*.

14 " MERCURIALIS FEMINA, ſive *Florens* Cæſalpini de Plantis
" l. 8 c. 2 ſcribitur *Racemulum ex Alis Oblongum & Tenuem ferre re-*
" *fertum Granulis Herbaceis, qui Floſculi ſint ſine Fructu.*

15 Quid igitur ſunt iſta *Granula?* Sunt *Flos nondum explicatus*, *ut* Flores *Capparis* quibus veſcimur.

16 „ POLYGALÆ MAJORIS PRIMÆ, Herbæ ſcilicet, *Flores, Flori-*
„ *bus Fumi Terræ non multum abſimiles eſſe* Cluſius ſcribit Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 3 c. 22.

17 At Polygalæ Herbæ *Vulgaris* Flores videntur aliquid *conforme* habere cum *Floribus Gladioli*.

Digitized by Google

CAP. IV

DE SEMINE.

Argumentum.

1 Aſſertio *nullam Plantam* ex iis quæ ſponte oriri ſine Semine putantur, SINE SEMINE *oriri*, probat.
Sectiunculas habet 36.

Scholion 1 *Ariſtotelis ſententiam* de Plantis ſponte orientibus proponit. Sectiunc. 4.

2 *Sterilitatis falſo credita* CAUSAS.
Sectiunc. 50.

Corollar. 1 CUPRESSUM & TRIBULUM *ſponte non naſci* contra Cardanum probat.
Sectiunc. 8.

2 *Plantas* ALIAS falſo *Steriles creditas* ſuperioribus adjicit. Sectiunc. 6.

1 FICUM *ex Semine propagari* contra Sennertum probat. Sectiunc. 3.

3 ÆGILOPIS *Semen a Theophraſto deſcriptum* ſuſpectum facit. Sectiunc. 3.

4 RICINI *Pericarpium* rectius, quam a Pena & Lobeliofactum, deſcribit. Sectiunc. 4.

5 *Plantas* quaſdam a CÆSALPINO *in alienas* CLASSES *relatas* enarrat. Sectiunc. 8.

6 COR Seminis *non vergere extrorſum in* omnibus *Arboribus* oſtendit. Sectiunc. 2.

Corollar. reprehendit Cæſalpinum, *quod incipiat a Differentia Difficiliore*.

7 SEXUM Plantarum conſiderat.
Sectiunc. 20.

I

Qui *Plantas* SINE SEMINE *naſci* probare nituntur, primo, UBI SEMEN NULLUM ESSE POTUIT, progeneratam Plantam fuiſſe, monſtrare contendunt; verbi gratiâ, 1

ex

Digitized by Google

„ *ex Terris Incultis, alteque Effoſsis* uti Joan. Baptiſt. Porta Villæ l. 4 c. 2,
2 & Phytognomon. l. 2 c. 1. *Ex Commiſſuris Lapidum* in Muris *Violas* „ *Luteas naſci* vult Tragus Kreuterb. part. 1 c. 191 circa init.: „ Gäl Fiolaten findet man zu Köllen am Rein allenthalben auf den Mauren „ wachſen aus den Fugen der Stein, welche ohn zweiffel von Natur ohn „ Sahmen oder Pflantzung herfohrtriechen. Confer part. ult. c. 80.

3 At primo quarundam Plantarum *Semen* adeo *Exile* eſt, ut *Vento ferri* quoquo poſſit.

4 De Semine Inconſpicuo Theophraſtus Hiſtor. Plantar. l. 6 c. ult. init.:

„ Τὰ δ' ἄλλα πάντα μὲν Ἄνθει καὶ Σπερμοφορεῖ. δοκεῖ δὲ οὐ πάντα, διὰ τὸ μὴ Φανερὸν εἶναι τινῶν τὸν Καρπὸν, ἐπεὶ καὶ τὸ Ἄνθος ἐνίων Ἀμαυρόν.	*Reliqua omnia & Florem & Semen ferunt. At putantur non omnia ferre, quod non manifeſtus ſit quorundam Fructus, quia & Flos quorundam Inconſpicuus eſt.*

5 Et de Cauſis Plantar. l. 4 c. 5:

„ Ὁ δ' Ἐρινεὸς ὁμολογουμένως γεννᾷ.——Γεννᾷ δὲ καὶ τὸ τοῦ Θύμου Ἄνθος καὶ ἄλλων, ἃ πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν Ἀφανῆ. τὸ δ' Ἄνθος μόνον Φανερόν.	*Caprificus vero procul dubio generat.— Generat vero & Thymi Floſculus & aliorum* Semina, *quæ noſtro* Senſui *Inconſpicua; at Flos ſolus cernitur.*

6 „ Accedat Varronis locus de Re Ruſtica l. 1 c. 40 circa init. ex „ Theophraſt. de Cauſ. Plantar. l. 1 c. 5: *Quædam ad genendum uſque* „ *adeo Parva, ut ſint Obſcura, ut Cupreſsi. Non enim Galbuli qui naſcun-* „ *tur, id eſt, tanquam Pilæ parvæ* Corticiæ, *id Semen, ſed in iis intus Primi-* „ ***genia Semina dedit Natura.***

7 Ita *Dentis Leonis* & *Salicis* Lanugineum *Semen* a *Vento* circumquaque *diſpergitur*, ut non inepte dixerit Anaxagoras referente Theophraſto Hiſtor. Plantar. l. 3 c. 2:

„ τὸν Ἀέρα πάντων ἔχειν Σπέρματα | *Aerem omnium continere Semina,* aut certe plerorumque.

Accedit huc, *quo Minora Semina, eo eſſe Fertiliora.* Vide 8
Theophraſtum de Cauſis Plantar l. 2. c. 17.

Secundo Amnium *Fluentis deferuntur,* unde *ad Ripas* plena 9
„ *Herbarum copia.* De *Neſſo* Amne Theophraſtus Hiſtor. Plant. loc. 10
„ proxime dicto refert, quod *in Abderenſi agro Alveum ſæpe mutet, &*
„ *ſimul ac mutaverit, tantum materiæ in iis locis congerat, ut intra trien-*
„ *nium Opaca omnia reddat* (συνηρεφεῖν eſt in Græco ab ἐρέφω *contego*) ſcilicet Fruticibus & Herbis.

Tertio poteſt alio caſu fieri, ut *Avibus* aut *aliis* Animalibus 11
deferantur, vel *Pennis,* vel etiam *Ventriculo,* ut e Fimo naſcatur Planta. Vide Theophraſtum de Cauſis Plantar. l. 2 c. 23 & 24: & Tabernæmontan. Kreuterb. part. 3 ſect. 3 c. 23 (p. 691).

Quarto *Imber* etiam idem facere poteſt. Theophraſtus Hi- 12
ſtor. Plantar. l. 3 c. 2:

„ συγκαταφέρει (ἡ ἐπομβρία) πολλὰ τῶν Σπερμάτων. | *Defert* (Imber) *ſecum pleraque Semina.*

Ad id quod Porta ſcribit Villæ l. 4 c. 2 & Phytognomon. 13
„ l. 2 c. 1 de *Herbis natis e Terra ex antiquorum ædificiorum fundamentis*
„ *erutâ,* noto, *per* totam *Terræ craſſitudinem diſpergi Radiculas,* unde potuerunt oriri. Item *Semina* diutius poſſe integra *perdurare,* ubi 14
cauſis putrefacientibus atque *immutantibus non* ſunt *expoſita.*

Secundo nonnulli ſi quam Plantam *admixtâ* Terræ re aliquâ *lætio-* 15
rem propullulare vident, putant ſtatim EX MATERIA HETEROGENEA *naſci ut e Semine.*

„ Sic quod *Cornua Animalium proſint Aſparagis, ex iis* hos *enaſci* 16
creditum eſt Didymo, Geoponicor. Conſtantino nuncupator.
l. 12

l. 12 c.18, quibuſdam apud Dioſcoridem l. 2 c.152, Plin. l. 19 c. 8 circa
med.. Vide etiam Tabernæmont. Kreuterb. part. 1 ſect. 5 c. 1
(p.426 fin.).
17 “ Ita *ex Stercore Anſerino* enaſci *Anſerinam* nonnulli putant
apud Tabernæmontanum part. ejuſd. ſect. 4 c.20 (p.350 fin.).
18 » Ad id, quod de *Silvis ex Pluviis & de Laſerpitio* ita ortis
Theophraſtus Hiſtor. Plantar. l. 3 c. 2 fin.; & de Cauſis Plant. l. 1 c. 5
init.; & ex eo Plinius l. 16 c. 33 fin. prodiderunt, reſpondendum,
Terram Imbribus fuiſſe *adjutam*, quæ forte fuit ſiccior quam ut Semi-
na ſua quæ jam continebat, nutrire poſſet; vel etiam *Semina Vento*
19 & IMBRE *a proxima* Silva eſſe delata. Quod autem Pluvia Semen
“ deferatur, vel ex *Ægypto* patet & *Africa* (ex Columell. de Re Ruſt.
“ l. 2 c 12) *ubi Agricola poſt Sementem, ante Meſſem Segetem non attingit,*
20 “ *quia vel nulli vel rari ſunt Imbres.* Nulla ergo Sarritione vel Run-
catione opus. At poterat, inquam ego, *Nilus* Semina invehere me-
lius quam Pluvia.
21 » *De Laſerpitio* præterea *opinionem* Theophraſtus *ut alienam,*
non ſuam refert, nec approbat, quare nec nos credere neceſſe ha-
bemus.
22 “ Ceterum Ariſtoteles *Plantas a Putreſcente vel Humo vel*
“ *Parte aliqua Plantæ* oriri docet Generat. Animal. l. 1 c. 1 fin.; *ex*
“ *Nive* de Plantis l. 2 c.3 med.; *ex Aquæ Craſſitie* c.4 init., ubi & plu-
“ ra hujuſmodi vide.
23 » Theophraſtus *ex Lacryma Equapium* (Ἱπποσέλινον, quod Ju-
» lius Cæſar Scaliger transfert *Vesapium*) *& Lilium & alia quædam exire*
docet Hiſtor. Plantar. l 2 c. 2 init., & de Cauſ. Plantar. l. 1 c. 4 circa
» finem. *Scammoniam* præterea & *Smyrnidem* Fruticellum nominat
Hiſt. dict. l 9 c. 1. Non credo ego.
24 » Idem *ex Ligno minutatim Conciſo Stirpium Generationem*
» *fieri* tradit dict. Hiſtor. l. 2 init..
25 “ Dioſcorides l. 1 c. 110 fin. *quoſdam memoriæ prodidiſſe* re-
“ fert, *Corticem Populi Albæ & Nigræ particulatim Cæſum & Sulcis Ster-*
26 “ *coratis mandatum omni tempore edules Fungos proferre.* Quod Scali-

ger

ger repetit Exercit.104 ſect.17 fin, & Porta Magiæ Natur. l.3 c.1, ubi
„ etiam ex Dioſcoride docere vult, *Fungos particularius iis locis gigni, ubi*
„ *Clavus Ferreus, in quo ſit Rubigo, aut Panni Marcor adfuerit. Nam*
„ *ſi juxta Serpentis Cavernam, Arbores ve Noxias, Noxios eſſe.*

Credo Portam reſpicere Dioſcorid. l. 4 c. 83 init. Verum ibi *Dioſcorides Clavum, Pannum, Serpentes* dicit *cauſas* eſſe non Fungorum ſimpliciter gignendorum, ſed *Venenatorum* Fungorum. 27

Ejus verba ſunt: 28

" Παρὰ πολλαῖς δὲ αἰτίαις γίνονται	*Multis vero de cauſis gignuntur*
" τοιοῦτοι (φθαρτικοί). ἢ γὰρ Ἥλοις	*tales* ſc. Venenati). *Aut Clavis*
" Κατιωμένοις ἢ Ῥάκεσι Σεση-	*Rubigine conſumtis, aut* Pannis
" πόσιν	*Putrefactis* &c.

conf. c.2 aſſ.1 ſectiunc.4, 8.

Tertio Plantam SEMINE omnino CARERE volunt. 29

Communiter Semine deſtitui feruntur Plantæ EXCAULES, uti ſunt *Adiantum*, *Ceterach* ſive Scolopendrium, *Filix*, *Lonchitis*, 30
„ *Phyllitis* (Hirſchzunge). *Seminis Rudimentum evanidum*, non Se- 31
„ men concedunt Pena & Lobelius *in Filice* & Filice Paluſtri ſive
„ *Oſmunda*, & *Lonchitide*, Stirp. Adverſar. p.362, 363 & 364.

Sed *Phyllitis* &c. *Radicibus Fibroſis* conſtant, non ſatis ad propagationem aptis. Nullas enim Transverſas emittunt Radices. Neceſſe igitur eſt Semine aliquo inſtructas eſſe. Etiam *Tuna* 32
Folio tum *Florem* tum *Fructum* gerit. 33

Cum vero etiam non Cauligeræ Semen in Foliis ſupinis ferant, *minus* probabile eſt, eſſe ullam Eſſentialem *Sterilitatem* hoc eſt, Seminis abſentiam *in* Planta aliqua CAULIGERA. 34

" Theophraſtus quoque *nullam eſſe Plantam toto Genere Sterilem*, hoc eſt, cujus quodlibet Individuum Semine Fecundo careat, ſentire videtur de Cauſis Plantar. l. 4 c. 5 & alibi. Et l. 1 c. 1 non dicit 35
36

ſo-

Digitized by Google

« ſolum, *Plantas quæ Semen ferunt, Semine pronaſci, ſed e Semine Gene-*
« *rationem omnibus communem eſſe* fatetur his verbis : Ὅτι μὲν οὖν κοινὴ
« πᾶσιν ἡ διὰ τοῦ Σπέρματος Γένεσις, φανερόν.

SCHOLION I

1 Ariſtoteles Generat. Animal. l. 3 c. 9 fin. *non omnes Plantas Sponte oriri poſſe* putavit.

2

» Γίγνεται δὲ τὰ μὲν (Ἔντομα) » ἐξ Ὀχείας αὐτῶν, καθάπερ οἵ τε » Ὄρνιθες καὶ τὰ Ζωοτόκα, καὶ » τῶν Ἰχθύων οἱ πλεῖστοι· τὰ δ' » Αὐτόματα, καθάπερ ἔνια τῶν » Φυομένων.	*Oriuntur vero alia* (Inſecta) *per Coitum illorum ſicut & Aves & Vivipara & Piſcium plurimi; alia vero Sponte modo nonnullarum Plantarum.*

3 Alioqui non ἔνια τῶν Φυομένων ſed τὰ Φυόμενα dixiſſet.

4 » Abſque Semine autem Herbam naſci credit, quod *Herbæ*
» *Materia movetur motu, quem Semen moveret,* Metaphyſ. l. 7 t. 31 fin. (§ 25). Vide ibi Alexandrum.

II

1 Quod quædam *Herbæ* putantur *Sponte* naſci ſine Semine, fit inde, quia *non ſatis ſunt obſervata.* Si enim diligentius inſpiceremus, Semen etiam omnium & nil niſi Semine naſci videremus.

2 Quare etiam *de Oleribus* jam certa res eſt (faten-
« te Theophraſto Hiſtor. Plantar. l. 7 c. 2) *ea omnia naſci poſſe*
« *e Semine.* Hominum enim cura maxime circa illa fuit, & diligentiſſime obſervata ſunt.

3 Idem de Cauſis Plantar. l. 1 c. 1 cauſam erroris hujus tradit his verbis:

« Διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι (τῷ Σπέρματι) « τοὺς γεωργοὺς ἐπ' ἐνίων, ὅτι θᾶτ- « τον ἀπ' Αὐτομάτων παραγίνεται, « καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι ῥᾳδίως ἐπί « τινων λαμβάνειν μήτε τῶν Δέν- « δρων, μήτε τῶν Ποιωδῶν τὰ Σπέρ- « ματα, διὰ τοῦτ' οὐκ οἴονταί τι- « νες πάντα φύειν ἀπὸ τοῦ Σπέρμα- « τος ἐνδέχεσθαι, καίτοι φανερώ- « τατον ἐπὶ τῶν Συκῶν.	*Quia non utuntur* (Semine) *agricolæ in aliquibus, quod celerius Sponte prodeant; item quia non poſſunt facile in quibuſdam accipi tam Arboribus quam Herbis Semina, ea propter non putant quidam omnia naſci e Semine poſſe, quod manifeſtiſſimum in Ficis.*

Et c. 5 circa finem: 5

" Ὀλίγα δὲ Ἄκαρπα τῶν Ὁμο- " γενῶν οἱ ὑλοτόμοι φασὶν εἶναι· " Ταῦτα ἤτοι λανθάνειν εἰκὸς, " ἢ διὰ τὸ καταναλίσκειν εἰς ἄλ- " λα τὴν Τροφὴν Ἄκαρπα γίνεσθαι, " καθάπερ τὰς Ἀμπέλους τὰς " Τραγώσας κτλ. ὅσοις ἄλ- " λοις τοῦτο συμβαίνει γινόμενον ἐπὶ " τῶν Καρπίμων ἢ Καρποφό- " ρων.	*Pauca Sterilia ex iis quæ Gene-ris unius lignatores dicunt eſſe. Quæ & aut latere conſentaneũ, aut, quod abſumant ad a-lia Alimentum, Sterileſcere, quemadmodum Vites quæ quaſi Hirci fiunt, & quotquot a-liis illud evenit inter ea quæ Fructũ ferre apta aut Fructũ fe-runt.*

Nonnunquam fieri verum eſt, ut Planta aliqua, cu- 6
jus Species Semine aliàs non deſtituitur, OB SOLI, in quo
ſita eſt, INEPTITUDINEM *nec Semina nec Flores*, imo *nec*
Caulem quidem ferat, quam propterea Diverſæ ſtatim Spe-
ciei eſſe credunt, cum tamen ex Accidenti tantum id contin-
gat; quemadmodum Tabernæmontanus (Dioſcoridem 7
" l. 3 c. 87 ſecutus) *tertiam Speciem* facit *Libanotidis* quæ ſit *Infru-*
" *gifera*, cum aliàs eam *primæ* dicat *eſſe perſimilem* Kreuterb.
part. 1 ſect. 4 c. 7 (p. 315 & 316). Imo forſan ne Sterilis qui- 8
dem eſt, ſed *nondum adulta*, necdum Fructui ferendo ætate
par. Obſervetur igitur Libanotidis Generatio.

" De *Fraxino* Tragus Kreuterb. part. ult. c. 78: Eſchern- 9
" baum iſt zweierlei Ahrt/ haben beide Laub wie Sperwerbaum/hab
v. Fragm. 3 " nie keine Frucht an dieſen Beumen geſehen. Et tamen *Fructus* 10
port. 1 c. 6 aff. in Apothecis ſatis *notus* eſt (*Linguam Avis* vocant. Fructus
2 ſect. iunc. 2, 3 " Arboris, quæ Hahnbüchen, *non* appellatur eo nomine, ut Tra-
gus credidit ejuſd. part c. 73 & 79). Quod ſi hoc Trago 11
contigit, quid aliis minus oculatis, minus ſedulis Obſer-
vatoribus?

De *Helenio* Dioſcorides l. 1 c. 27: 12

" Ἑλένιον Καυλὸν οὐκ ἀφίησιν ἔν- " νοι τόποις.	*Helenium Caulem non emittit in quibuſdam locis.*

" Tragus de eodem Kreuterb. part. 1 c. 55: So die Blumen auß- 13
" geblüet haben, ſtehen die Harichte Köpffe mit ihrem Samen (wel-
" cher ſich dem Kartenſamen fergleichet) bis an den Herbſt, davon
" mag man auch junge Alantſtöllin, wie von obgemelten Reben-
" äuglin zielen / welches ich auf beide ſeiten [illegible]ſucht, und wahr er-
" funden hab.

Jul.

14 ” Jul. Cæſ. Scaliger *Jeſemino Florem ſine Fructu* falſo tribuit, commentar. in Theophr. de Cauſ. Plantar. l. 2 c. 23 “ (p. 152 a, Genev. 1566). Dodonæus Pemptad. 3 l. 3 c. 22 Se-“ *men* ejus *Latum inſtar Lupini, raro tamen ſuccreſcere* ſcribit. Nimirum in hoc Climate.

15 ” *Non ſcitu,* inquit Varro de Re Ruſtica l. 2 c. 1 fin., ” *Palmulas Caryotas in Syria parere in Judæa, in Italia non* ” *poſſe.* Locus videtur pauxillum corruptus.

16 “ Sedum Majus Vulgare, quod vulgo JOVIS BARBAM appellant, Stephanus Claveus Paradox. de Lapidibus “ & Gemmis (Gallicus liber eſt) l. 2 c. 12 (p. 329) *inter Plantas* “ *Semine deſtitutas* refert, (*Jombarde* vocat, alias Joubarbe &
17 Joubarde). Dodonæus de Semine ejus, ut de multarum Plantarum Seminibus, ſilet Pemptad. 1 l. 5 c. 8. Cum autem *Herba* omnibus partibus *perfecta* ſit, & Flores Foliis, & Staminibus, denique Perianthio (ut ex pictura apparet, nam
18 & de hoc tacet Dodonæus); & Sedum Arboreſcens ſive Fruti-” ceſcens, ſive *Sedum Majus Dioſcoridis* Cluſio Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4 c. 40, quod in Luſitania & Italia & Græcia creſcit, Stellatis Floribus, & Staminulis eorum, & reliquis partibus a Sedo Majore Vulgari non diſcrepans, (Perianthium ” nec deſcribit nec pingit Cluſius) *Semen Exile Nigrum* profe-
19 rat, teſte eodem; veriſimile eſt *Vulgare* quoque præſertim *in Gallia & Italia Semine* ſuo non deſtitui. Quod forſan magis *perficeretur, ſi propagatio Radicis per Appendices inhi-*
20 *beretur.* Præterea quæ *Sedo cognata* ſunt, ut Cotyledon, Telephium, Radix Rhodia, *Semen* quoque Minutiſſimum Scobis inſtar ferunt.

21 “ His adde Theophraſti Hiſtor. Plantar. l. 3 c. 5.

22 Per Accidens etiam *Semine carent,* quæ carent, quia EX TALEA propagatæ, ſicuti Arbores quæ ex Stolonibus fiunt, Fecundæ putantur.

23 Ariſtoteles Gener. Animal. l. 1 c. 18 circa fin.

” Ἔνια δ' οὐ φέρει Σπέρμα, οἷον ” Ἰτέα καὶ Αἴγειρος.	*Quædam non ferunt Semen; ut Salix & Populus.*

24 “ Theophraſtus de Cauſ. Plantar. l. 4 c. 5 & alibi, *de* “ *Ulmo & Salice* ait *ambigi,* utrum Fecundæ ſint.

 Pli-

,, Plinius l. 16 c. 26: *Fructum Arborum ſolæ nullum fe-* 25
,, *runt, hoc eſt; ne Semen quidem Tamarix, Populus, Alnus, Ul-*
,, *mus Atinia, Alaternus.* Et c. 17: *Atiniæ* (Ulmi) *non ferunt*
,, *Samaram. Ita vocatur Ulmi Semen.*

In SALICE ſane Floris vice *Lanitium Amenti* ſe- 26
" ſquiunciam Oblongum & Teres propendet, *nec Seminiper-*
" *da* ſemper eſt, ut Homerus vult Odyſſ. κ paulo ante fin., quia
alicubi Semen excipitur, & Satum oritur. Idem teſtatur 27
Tragus Kreuterb. part. ult. c. 60: & Cluſius Rarior. Plantar.
Hiſtor. l. 1 c. 54 & 55. Anno 1626, Pentecoſt. feſto, in Sali-
ce *Fragili* Luteis Flagellis, in *Annotinis* (ejus) *Surculis* nu-
meroſa *Thecularum* ſive Siliquarum Teretium Turbinatarum
Series; Imum Surculi Annotini & Summum tantum Folio-
ſum, Surculi Horni Theculis caſſi. In Theculis Lana; *in-* 28
tra Lanam ſingulum *Semen Puſillum Nigricans.* Quædam
w ſectiunc. 39. Semina deprehendi Albida, Maculoſa, hæc Immatura judi-
,, co. Adjiciam locum Plinii ex l. 16 c. 26: *Ocyſſime Salix* 29
,, *amittit Semen, antequam omnino Maturitatem ſentiat*
,, (v. etiam Theophraſt. Hiſtor. Plant. l. 3 c. 2 init.). *Provi-* 30
,, *dens Natura facile naſcenti & depacto Surculo Incurioſius Se-*
,, *men dedit. Una tamen proditur ad Maturitatem perferre ſo-*
,, *lita in Creta inſula* &c.

POPULI NIGRÆ Seminis aperte meminit Dio- 31
ſcorides l. 1 c. 114, ubi dicit:

" ὁ Καρπὸς δὲ μετ' Ὄξυς πινόμε- " νος Ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ.	*Fructus vero cum Aceto pota-tus Comitialibus utilis eſt.*

Non dubium ergo; quin & *reliquæ* Species *Semen* ſuum ha- 32
beant, quod & *in Amentis*, uti in Nigra latitare puto. Con-
fer Hiſtoriam noſtram Specialem Plantarum. Plinius ipſe 33
" l. 17 c. 11: *Populis eadem ratio Semine, quâ Ulmos, ſerendi:*
" *transferendi quoque e Seminariis eadem & Silvis.*

" ULMUS ATINIA *non ſeritur e Samara.* Sic ait 34
Columella de Re Ruſtica l. 5 c. 6. Et poſt initium ejuſd.
" cap.: *Atiniam Ulmum Tremellius Scrofa non ferre Sama-*
" *ram (quod eſt Semen ejus Arboris) falſo eſt opinatus.* *Nam* 35
" *Rariorem* (Samaram) *ſine dubio creat, & idcirco pleriſque*
" *Sterilis videtur, Seminibus inter Frondem, quam prima Ger-*
" *minatione edit, latentibus.* *Itaque nemo jam ſerit ex Sama-*
" *ra ſed ex Sobolibus.* Vide Matthiolum in Dioſcorid l. 1 c. 95, 36
,, qui *alterum ex duobus Ulmorum Generibus* etiam *Sterile*
facit.

De.

37 De his & reliquis ſectiunc. 25 nominatis Cluſii
verba audire operæ pretium fuerit ex Rarior. Plantar Hiſtor.
“ l. 1 c. 23. *Nemo*, inquit, *rei Herbariæ adeo ignarus eſt, qui* AL-
“ NOS *ex Semine, quod in Globulis Adultiores ferunt, naſci non*
38 “ *ſciat, cum & ipſis Ruſticis id ſit notum.* TAMARIX *ſane ex*
“ *Semine non ſemel mihi nata eſt. Populos, Salices Seminibus*
“ *Papposâ Lanugine involutis provenire; Ulmos item Atinias ex*
“ *Samaris (ferunt enim Semen ſed minus quam Latifolia) ple-*
39 “ *rumque vidi.* Et ante hæc: *In* ALATERNO *Arboreſcente*
“ *nullum Fructum vidi. In Alaterno Humiliori Fructum Race-*
“ *matim cohærentem, Lentiſcini* Magnitudine, *Rubeſcentem non*
“ *nihil, qui Tribus Nucleis conſtare videtur, forſan* Maturitate v. ſectiunc.
“ *Nigreſcentem.* 29.
40 » LILIUM tam *Album* quam *Aureum* Tragus *ſine omni*
» *Fructu & Semine eſſe* ſcribit Kreuterb. part. 2 c. 84 & 85.
41 Dioſcorides Seminis meminit l. 3 c. 116 circa finem:

“ Τὸ δὲ Σπέρμα (Κρίνου) Ἑρπε-τῶν δήγμασιν ἀντιφάρμακον ποθέν.	*Semen vero* (Lilii) *Serpentium morſibus adverſatur potum.*

42 Videtur autem *Pollinem Luteum Staminum* intelligere. Pli-
» nius vero l. 21 c. 5: *Alba Lilia iiſdem omnibus modis ferun-*
» *tur, quibus Roſæ.* At c. 4: *Tardiſſime proveniunt* (Roſæ)
» *Semine, quod in ipſo Cortice eſt ſub ipſo Flore opertum Lanu-*
» *gine.* Ergo etiam Lilia Semine proveniunt ex ſententia Pli-
43 » nii. Idem rurſus c. 5: *Candor Lilii eximius, Foliis foris ſtria-*
» *tis & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſe laxantibus effi-*
» *gie Calathi, Reſupinis per ambitum Labris; Tenuique Filo* (ſi
» *Stamina* intelligit, ea ſatis *Robuſta* ſunt) *& Semine* (forte Sta-
44 » mine) *ſtantibus in medio Crocis.* Per Crocos forſan *Trans-*
verſa Staminum Corpuſcula Polline Luteo conſperſa intelli-
git, non ipſum Pollinem.
45 » ROSMARINO & SABINÆ idem *Semen denegat*
l. 17 c. 13 fin.
46 “ De Sabina Dodonæus Pemptad. ult. l. ult. c 6: *Et e*
“ *Semine & e Ramo ſeritur Verum e Ramo ſata Fructum fert*
“ *nullum.* Tacite innuit (quod etiam poſt exprimit) e Semi-
ne ſatum Fructum ſive Semen ferre. Unde enim alias e Se-
mine ſeri poſſet?

RUTAM etiam quidam apud Theophraſtum Hi- 5
„ ſtor. Plantar. l. 7 c. 2 *Semine naſci* negant. *Sed tarde*, inquit
„ ille, *naſcitur*, *quare Sarculo eam ſerere ſolent*.

COROLLARIUM I

“ *Plantarum quædam Sponte naſcuntur*, ait Cardanus de Rerum 1
“ Variet. l. 6 c. 23 (5 5), *ut* CUPRESSUS *in Creta & apud nos* TRI-
“ BULUS *in agris* &c.; Quod ex Theophraſti Hiſtor. Plantar. 2
l. 3 c. 2 circa fin. videtur ſumſiſſe, ubi ita:

„ Ἐνιαχοῦ δὲ ἂν μόνον ὑπορρή- „ ξωσι καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς „ ἀναβλαστάνειν τὰ οἰκεῖα τῆς Χώ- „ ρας, ὥσπερ ἐν Κρήτῃ Κυπά- „ ριττοι.——ἐν δὲ τοῖς ἡμιβρό- „ χοις ἐὰν ὑπονεωθῇ, φαίνεσθαί „ φασι Τρίβολον.	*Alicubi, modo Solum ſulco te- nui moverint, protinus emergere familiaria Ter- ræ illius, ut in Creta Cu- preſſi.——At in ſeminadi-* 3 *factis, ſi ſubvertentur, apparere ajunt Tribulum.*

Confer Plin. l. 16 c. 33 fin.

Sed pergit paulo poſt Theophraſtus: 4

„ Αὗται μὲν (Γενέσεις) αἱ ἐν τῇ „ μεταβολῇ τῆς Χώρας εἰσίν, εἴτε „ καὶ ὑπαρχόντων Σπερμάτων, „ εἴτε καὶ αὐτῆς (Χώρας) „ πως διατεθείσης.	*Hæ* (Generationes) *ergo ob mutationem Regionis fiunt, ſive etiam exiſtentibus Seminibus, ſive etiam ipsâ* (Regione) *quodammodo diſpoſitâ.*

Cupreſſum quod attinet, Sponte naſci credita eſſe videtur, 5
quia ejus *Semina* ſunt *obſcura*, ut jam diximus aſſertion. hu-
jus ſectiunc. 6. Quæ etiam cauſa fuerit, cur THYMO 6
SQUAMIFLORO Semen denegaverint. Vid. Theophraſt.
„ Hiſtor. dict. l. 6 c. 7. *Ex Seminibus* autem *propagari* Cupreſ- 7
„ ſum, ut *& ex Trunco* auctor eſt Theophraſtus Hiſtor. Plan-
„ tar. l. 2 c. 2. Idem *Semen* ejus *Membraneum* & *Conis adhuc* 8
„ *pendentibus exſiliens, ut omnium Coniferarum*, expreſſe oſten-
dit de Cauſis Plantar. l. 1 c. 23 poſt init., cum quibus confer
l. 4 c. 5. Vide etiam Plin. l. 17 c. 10 circa fin.

COROL. II

“ ACERI MAJORI ſeu Latifolio Tragus falſo *Semen denegat* 1
Kreuterb. part. ult. c. 80, & Bauhinus Pinac. l. 11 ſect. 5 in
Acere 1.

Quod

Digitized by Google

2 „ QuodCAPRIFICUS etiam *Fructum* tulerit; ſed *inſipidum*
„ & *ingratum*, qui tamen interdum *Ficubus intermixtus* ſit *Vendibus*, ex Athenæi l.3 (p.76 Commelin. edit. C,D) conſtat, cui
3 „ Caprificus Ἐρινεὸς & Ἐρινεὸς; Fructus Ἐρινεόν. Ὄλυνθος vero eſt Groſſus ſive Immatura Ficus. Galenus Simplic. Medicament. facult. l.8 in Σῦκ.:

„ Τὰ δὲ τῶν Ἐρινεῶν Σῦκα δριμείας ἐστὶ καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως. Οὕτως καὶ τῶν ἡμέρων οἱ Ὄλυνθοι.	*Caprificorum Vero Ficus acris ſunt & digerentis facultatis. Ita etiam Sativarum Immatura Ficus.*

4 *Non* itaque omnis Caprificorum Fructus *in Culices abiit.*

5 „ DICTAMNO CRETICO falſo *Semen denegavit* Dioſcorides l.3 c.37. Confer Dodon. Pemptad.1 l.2 c.33, & Pemptad.2 l.4 c.13.

6 De GLYCYRRHIZA Pena & Lobelius Stirp. Adverſar. „ p.405: *Si qua eſt Sterilis Glycyrrhiza, uti Matthiolus ſibi vera certum eſſe auditione, poſtremis Commentariis* (in Dioſcoridis l.3 c.5) *prodit, tres forent Glycyrrhizæ Species. Nobis tamen quot de facie nota, tot Frugifera ſunt* (Echinata Dioſcoridea & Siliquoſa).

II

1 Qui FICUM *ex Semine vix aut nunquam propagari* aſſerunt*, eos *refutant* Ciceronis in *Catone Majore* c.15 (ſi quid ponderis habent) verba hæc: *omitto vim ipſam omnium quæ generantur e Terra: quæ ex Fici tantulo Grano aut ex Acino Vinaceo, aut ex ceterarum Frugum aut Stirpium Minutiſſimis Seminibus tantos Truncos Ramoſque procreet.* (* Sennert. natur. ſcient. epit. l.6 c.4 (ſection 4))

3 Ad hæc nemo inficias ire poteſt, *Ficum Semen ferre.* Si ergo verum eſt, ut quidem eſt maxime illud Theophraſti Hiſtor. Plantar. l.2 c.1 paulo ante finem;

„ Ἅπαντα ὅσα ἔχει Σπέρματα, καὶ ἀπὸ Σπέρματος γίγνεται:	*Omnia quæ habent* Semen, *etiam e* Semine *gignuntur*:

ſane Ficum ſuo Semine progenerari nemo negaverit.

III

III

» Theophraſtus de Cauſis Plantar. l. 4 c. 7 circa initium *Semen* 1
» Δίκρουν (ut Loci Muliebres) tribuit ÆGILOPI, ideoque *ex una parte*
» *ſtatim naſci Stipulam unam, alteram manere Otioſam toto anno.*

Quod non ſolum Julio Cæſari Scaligero commentar. in iſtum 2
» locum, ſed & mihi *ſuſpectum.* Theophraſtus etiam ibidem *poſterio-* 3
» *res Stipites Ægilopis, Loti & Bulbi non e Semine ſed e Radice pullulare,*
» *aliorum eſſe ſententiam* refert.

IV

« *Seminis Conceptacula Ternis Coſtis aut Loculamentis conſpicua in* RI- 1
« CINO *eſſe* ſcribunt Pena & Lobelius Stirpium Adverſar. p. 306.

Neſcio cur Coſtas vocent. Ego *Cuneos Sphæricos* dicerem. Ita 2
» *e Cuneis Sphæram* materialem componit Ziglerus Geographus ille Bavarus libel. de Sphæræ conſtructione, quem Valderus Baſileæ edidit cum aliis opuſculis titulo Sphæræ atque Aſtrorum Cæleſtium Rationis & Motûs.

Sunt autem *Cunei Sphærici,* vel *Semicirculares,* quorum Superfi- 3
cies Sphærica duobus Circulis Maximis terminatur, hoc eſt, quorum planæ duæ Superficies ſunt Semicirculi Maximi; vel Cunei *Quadrantales* &c.

Ita *Mala Aurantia* Natura diviſit in Cuneos, item *Limonia* 4
& *Citria.*

V

« Ad CÆSALPINI l. 4 de Plantis non pertinent MAIZUM c. 54, 1
« & LACRYMA JOBI c. 55, quia *non* ferunt *Semen ſub Flore.*

« Idem l. 8 perſequitur Plantas quæ ſub Singulis Floribus *Gemina* ſi- 2
« ve *Bina Seminum Conceptacula,* ſive Bipertita Conceptacula, & in
« *Singulis* Loculis ſive *Alveolis* ſive Cellis *Semina* vel *Singula,* de quibus uſque ad c. 14, vel *Plura* habent.

Ergo

Digitized by Google

3 Ergo huc non pertinent, quibus *Fructus ſine Flore* eſt, & *Flos ſine* " *Fructu*, ut MERCURIALIS & XANTHIUM, de quibus tamen agit c. 1 & 2.

4 " L. 14 deſcribuntur Plantæ, quæ *intra Unum Florem Multa Semina* " gerunt, *nullo præter Perianthium Tegmine*.

5 " Male ergo huc MALVAM c. 30 & ſeq. refert, quæ *Globulum Compreſſum* (ad inſtar Calei) fert, in quo Semina. Nec excuſat Cæ- " ſalpinum, quod Globulus is in *ſeptem* vel *octo Loculos dehiſcit*. Hac ratione Malva accedit *ad Abutilon*.

6 " Ad l. 15 non pertinet ARISTOLOCHIA, ſed *ad Cucurbitas*. *Flos* enim ejus *Fructui Summo inſidet*, ſi picturæ Cluſii (Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4 c. 47) & Dodonæi (Pemptad. 3 l. 1 c. 1) credendum.

7 Deinde Ariſtolochia *non* habet *ad Unum Florem Plura Conceptacula, ut Abutilon, Helleborus*, ſed unum quod in Plura rurſus eſt dividuum.

8 " DENTARIA quoque ex l. 15 excludenda. *Fert* enim *ad Sin-* " *gulos Flores Singulas Siliquas*, ut Cæſalpinus ipſe fatetur c. 33.

VI

1 " Cæſalpinus *Cor in Arboribus extrorſum vergere* ſcribit l. 2 c. 1.

2 Id verum quidem videtur in iis quæ *Singula Semina Singulis Petiolis* & *Singulis Floribus* ferunt; at *non* in iis, quæ in Uno Pericarpio ſub Uno Flore Plura Semina, ut *Mala, Pyra*.

Corollarium.

Artificium Peripateticum hoc videtur Cæſalpini, quod *orditur* a *Differentia* quæ & *Difficilis* eſt *obſervatu*, & a *Paucis obſervata* aut notata.

VII

1 MARIS & FEMINÆ *nomine pro lubitu* Botanicorum quiſque uti videtur.

2 *Præſtat* CANNABEM, CYNOCRAMBEN (Waldbingelkraut), MERCURIALEM, PHYLLUM (Welſch Bingelkraut),

LIII SPI-

SPINACIAM &c. diſtinguere in Prolificam ſive *Fecundam*, & *Flo-
rigeram*, quam in Marem & Feminam.

„ Ceterum Cluſius Rarior. Plantar. l. 4 c. 32 *præfert in Phyllo Ma-* 3
„ *ri & Feminæ ſententiam Theophraſti*, quia magis convenit cum Mer-
curiali &c.. Sed Dioſcoridis ſententia (vide l. 3 c. 140) potior mihi 4
videtur, ut id ſit *Femineum*, quod *Fructum fert*, id *Maſculum* quod tan-
tum *Florem*. Ita & Ariſtoteles de Plantis l. 1 c. 2:

" εὑρίσκεται ἐν τοῖς φυτοῖς ὅτι " ἔχει τὰ φυτὰ Γένος Ἄρρεν καὶ " Θῆλυ. Καὶ πάντως τὸ μὲν Ἄρρεν " ἐστὶ Τραχύτερον, καὶ Σκληρότερον, " καὶ μᾶλλον φερισον· τὸ δὲ Θῆλυ " Ἀσθενέστερον καὶ Καρποφόρον πλέ- " ον.	*reperitur in Plantis, quod* 5 *habent Plantæ Genus Maſculinū &* *Femineum. At omnino Maſculū* 6 *eſt Aſperius, atque Durius,* *& magis Rigidum; at Femineum* *Debilius, & Fecundi-* *us.*

„ Plinius quoque l. 16 c. 26 ante finem: *Mares non ferunt.* 7
" FRAXINUM CAMPESTREM ſive Βουμελίαν *Dupli-* 8
" *cem* facit Caſpar Bauhinus ad Matthiol. in Dioſcorid. l. 1 c. 92, *Ma-*
" *rem ſive Sterilem*, cui *Florum Racemos ſive Globulos Nigros Muſco ſimiles*
cum aliis auctoribus (ſed non bene, ut c. 3 aſſ. 2 fin. diximus) tribuit,
" *qui abſque Fructu decidant*; & *Feminam ſive Frugiferam*, *quæ Fructum*
" *ferat*, de quo huj. cap. aſſert. 1 ſchol. 2 ſectiunc. 10.

„ Sic LAURUS *Mas* dicitur Tabernæmontano Kreuterb. part. 3 9
„ ſect. 3 c. 11 (p. 676 fin.) quæ *Infrugifera* eſt, *Femina Baccifera*: Ad quam 10
„ ſignificationem pertinet appellatio PALMÆ *Maris* ejuſd. ſect. c. 20
„ (p. 687); item SAMBUCI QUARTÆ *Maris* ejuſd. ſection. c. 62
„ (p. 755); & TILIÆ *Maris* ejuſd. ſection. c. 40 (p. 711).
" Sed addit ſtatim Plinius: *Aliqui hoc permutantes Mares eſſe quæ* 11
" *ferant tradunt.*

„ Ita de CANNABE *Femina* Caſpar Bauhinus ad Tabernæ- 12
„ montani part. 2 ſect. 5 c. 11 (p. 263): Bringt keinen Sahmen / blüet
„ heuffig mit kleinen Bleichgrünen Treuſchlechten Blümlein / welche
„ Unfruchtbahr abfallen / und fergehen / wechſt aus deß Menlins
„ Sahmen.

De

13 De LUPULO Camerarius ad Matthioli Herbarii l. 4 ſive
" ult. c. 145: Es iſt ſich wol zu verwundern/ das/ welcher blüet/ der trägt
" keinen Sahmen: dagegen welcher Sahmen hat/ bekomt keine Blüet.
" Idem in titulo capitis ejuſdem: *Lupulus Femina* Hopffen ohne Frucht;
14 " *Lupulus Mas* Hopffen ohne Blüet. Sed Florens Lupulus Maris, Fe-
" cundus Feminæ nomine appellandus eſſet.
15 ,, Similem errorem puto Lobelii, quod *Mercurialem Marem*
,, *cum Semine, Feminam cum Flore* pingit Stirp. Obſervat. p. 131, qui
error tamen etiam Dodonæo eſt communis Pemptad. 5 l. 1 c. 33.
16 Apud Theophraſtum quoque Hiſtor. Plantar. l. 3 c. 6 poſt
" init. *quidam binas* JUNIPEROS *eſſe dicunt, & alteram Florere quidem*
" *ſed Fructum non ferre; alteram non Florere ſed protinus Fructum oſtendere,*
" *ὥσπερ καὶ τὰς Συκᾶς τὰ Ἐρινεά.* |*ut Ficos Poma procidua.*
17 Similiter Cæſalpinus de Plantis l. 3 c. 45 circa init. & ex
,, eo Caſpar Bauhinus Pinac. l. 11 ſect. 5 in Popul. 3 POPULUM NI-
,, GRAM *quandam* ſcribunt *Florem veluti Amentum ferre Colore Ru-*
,, *bente aut Candicante, at Fructum non ferre; quandam Fructum ferre Ra-*
,, *cemulum, Grana tenentem Viridia & Rotunda, in quibus Lana Candida,*
,, *ſed non Florere.*
18 ,, Quemadmodum idem Cæſalpin l. 3 c. 54. init. TA-
,, XUM, *in Alpibus creſcentem Arborem, Floſculos Amentaceos ferre* ſcri-
,, bit *inter Folia ſine Fructu; quæ autem Fructum fert, eum Rotundum ge-*
,, *rere.*
19 Videntur Arbores hujuſmodi *ſero* Floreſcere, & vel *uno*
anno Florere, altero Fructum ferre; vel ubi *aliquot annos Flores* tulerunt
ſine Fructu, deinde *Fructus* ferre *ſine Flore*, quod amplius obſervan-
20 dum. Sane *in Phyllo Marifico Dioſcoridis*, id eſt *Feminifico Theophraſti*,
" negant *ſe Semen unquam deprehendere potuiſſe* Pena & Lobelius Stirp.
,, Adverſar. p. 99. At Tabernæmontanus *Semen valde ſero ferre* ſcri-
bit Kreuterb. part. 2. ſect. 5 c. 16 (p. 269).

CAP. V

DE RADICE.

Argumentum.

Aſſertio hæc, *an quadam* Plantæ RADICE CAREANT, diſquirit. Sectiunculas habet 6.

Quædam videntur *quibuſdam Conatum* tantum *Vitæ habere*, non Vitam, uti *Corallia*, *Corallina* (Muſcus) & *Reliqui Muſci*, *Fungi* &c. 1

CORALLIUM *innaſcitur Conchyliis, Cranio humano aliisque* Oſſeis, Petroſis & Lapidoſis rebus, ſed hoc *non impedit*, quo minus *Radices* habeat, etiamſi etiam *Ferreæ Anchoræ innaſci* poſſet, uti refert Beguinus Tyrocin. Chem. l.2 c.10 in Tinctur. Corall. Si Corallium *totum erui poſſet* e natali ſolo, *rectius* de eo judicaremus. Jam Fragmenta ejus piſcatione extrahuntur hinc inde fluitantia. 2 3

JESEMINUM *trienne effoſſum abſque Radice ſe reperiſſe* ſcribit Jul. Cæſar Scaliger Exercitat. contra Cardan. 152 ſect. 2 circa finem. Confer etiam ejuſd. Commentar. in Theophraſt. l.1 de Cauſis. Plant. c.2 (p.4, b.) 4

LENTICULA PALUSTRIS *in averſa parte Radiculas* inſpectantibus apertiſſime oſtendit, quam Scaliger *ſine Radice eſſe* ſcribit Exercit. 140 ſect. 1 circa med. & Comment. in Ariſtot. l. 1 de Plantis (p.19, a, Genev. edit. 1566 fol.). 5

PARASITICÆ Herbæ, ut *Caſſutha*, *Epithymum*, *Viſcum*, fruuntur ſi non ſuæ, at *alienæ Radicis beneficio*. 6

v. Scalig. comment. in Ariſt. l. 2 de Plant. (p.125, a)

FRA-

FRAGMENTUM V
DE
VITA PLANTARUM.

Argumentum.

1 Aſſertio NUTRIMENTI ATTRACTIONEM in Plantis vel *per Animam* aliquam vel per ſolam *Organiſationem* fieri concedit. Sectiunculas habet 5.

2 Solam *Organiſationem* in Attractione illa *ſufficere* probat. Sectiunc. 15.

Schol. *Quænam Ariſtoteles Excrementa* Plantis *deneget*, indicat. Sectiunc. 4.

3 LONGÆ VITÆ Plantarum C*auſam male reddi ab Ariſtotele* monſtrat. Sectiunc. 4.

Schol. *Ariſtotelis locum* ex l. 2 de Anima t. 20 *conſiderat* & ΠΥΘΜΈΝΑ *non* eſſe *Cordi analogam partem* in Plantis probat. Sectiunc. 13.

I

1 Ea quæ in Plantis NUTRIMENTI ATTRACTIO vel *per Animam* Mundi vel per ſolam *Organiſationem* fieri concedendum eſt.

2 Si *per Animam* aliquam, etiam tum *Organiſatione* aliqua *opus* eſt. Aliàs omnes Plantæ eſſent ſimili forma, niſi quis alii atque alii Plantæ aliam atque aliam Animam attribuere velit.

3 Si jam Plantarum Radices *attrahunt* non ea ſolum quæ ad ſuam Conſtitutionem requiruntur, ſed *quævis* alia, neceſſe eſt, ut ſit

4 aliqua *Excretio*. Sin ea ſolum attrahunt, quæ *ad Conſtitutionem* pertinent, opus eſt aliquo, quod *diſcernat* Utile ab Inutili.

5 Jam igitur Excretio illa vel Diſcretio utrum per Animam fieri debeat, an vero Organiſatio ſola ſufficiat, videndum eſt.

Digitized by Google

II

Non videntur *indigere* Plantæ ſingulari *Anima Intelligente*, quæ 1
poſſit Alimentum Conveniens diſcernere ab Inconveniente.

Nam primo fieri poteſt, ut *Radicum Ora* ita ſint Organiſata, ut 2
non omnis generis intromittant Succos. Exempli gratiâ, ut *harum* Radi- 3
cum Pori conſtringantur & *claudantur* re aliqua, *illarum aperti* ſint
& permeabiles eidem materiæ.

Deinde quis dixerit, *peculiare id habere* Plantas, *ut* nil niſi *Conve-* 4
niens ſuæ ſubſtantiæ *attrahant?* Nam & illæ non minus ac cetera Vi-
ventia ſua *habent Excrementa*, quæ per Folia, Flores & Fructus effun-
,, dunt, unde recte Scaliger Exerc. 140 ſect. 1 circa med. *Florem &*
,, *Fructus Plantæ partes negat*. Ariſtoteles de partib. Animal. l. 2 c. 10 5
“ ab initio *Viventibus & Perfectis omnibus partes* dicit *maxime neceſſa-*
“ *rias eſſe duas; alteram qua Cibum capiant, alteram, qua Excrementum*
“ *emittant*. Pergit: 6

“ τὰ μὲν φυτὰ τοῦ μὲν ἀχρήστου Περιττώματος οὐκ ἔχει τόπον. Ἐκ τῆς Γῆς γὰρ λαμβάνει πεπεμμένην τὴν Τροφήν. Ἀντὶ δὲ τούτου (Περιττώματος) προΐεται τὰ Σπέρματα καὶ τοὺς Καρπούς.	*Plantæ quidem* Supervacui *Excrementi non habent locum. Ex Terra enim accipiunt concoctum Nutrimentū. At vice ejˀ (Excrementi) emittunt Semina & Fructus.*

Sunt etiam quædam *Arbores Reſinoſæ* & Lacrymoſæ nuncu- 7
patæ, quæ Reſinoſa ſua *per Rimas Excrementa* continuo nonnun-
quam effluvio *exſudant*, quo in genere *Abies, Acacia, Ceraſus, Juni-
perus, Larix, Lentiſcus, Picea, Populus Nigra, Terebinthus.*

Poteſt etiam fieri, ut *Inſenſili Exſpiratione* magna Humorum 8
portio abſumatur, veluti in Animalibus.

Signum autem eſt, ab Arboribus etiam per Fructus & Se- 9
“ mina Excrementa emitti, quia *Arbores*, cum admodum copioſe tule-
“ rint, *exareſcunt Fructificatione*, quod Ariſtoteles animadvertit de Ge-
nerat. Animal. l. 3 c. 1 circa me… Traxerunt enim plurimum
In-

10 Inutilis, pauciſſimum Utilis. Hinc etiam, quod dicit paulo ante:
11 " *Minores Plantas eſſe Fertiliores.* Prioris rationem addit Ariſtoteles hanc:

" τὴν γὰρ Τροφὴν ἀναλίσκουσιν " εἰς τὸ Σπέρμα.	*quippe Nutrimentum conſumunt in Semen.*

Alterius:

12 " ἡ γὰρ ἐπὶ τὸ Σῶμα Αὔξησις, γί- " νεται Περίττωμα Σπερματικόν.	*id enim quo Corpus Augeretur, fit Excrementum* Seminale.

Et l. 1 Generat. Animal. c. 8:

13 " ἡ γὰρ τοῦ μεγέθους Αὔξησις τρέ- " πεται ἐπὶ τὸ Σπέρμα τούτοις.	*nā magnitudinis Incrementū vertitur in Semen hiſce.*

14 Porro autem cum conſtet ex Columellæ de Arborib. libri (qui aliàs erat 3 de Re Ruſtica, ſed a Jucundo primum a libris ad Silvinum " diſtinctus) c. 27, *poſſe omne Genus Surculi omni Generi Arboris inſeri* (quod & Baptiſta Porta docet Mag. Natur. l. 3 procem.), Arbores autem ſecundum Materiam varie diſtent; neceſſe eſt Truncum trahe-
15 re quædam, quæ non conveniant ſuæ naturæ ſed Surculi inſiti; ideoque *quamvis Arborem omnis Generis Materiam trahere* indiſcriminatim, aut ſaltem eam Materiam quæ Arbori alicui in Nutritionem convenit, ita ut ne opus ſit Intellectu aliquo Diſcretivo, imo ne variis quidem, ſed unicâ Radicum omnium Organiſatione.

Scholion

1 Quæ *Ariſtoteles* de Excrementis Planetarum jam aſſeruit, videtur negare alibi, part. Animal. ſch. l. 4 c. 5 procul a fine:

" οὐδὲ γὰρ τῶν Φυτῶν οὐδὲν " ἔχει Περίττωμα.	*neque enim Planta ulla habet Excrementum.*

2 Etiam part. Animal. l. 2. c. 3 Excrementa Plantis plane videtur denegare:

" Τὰ μὲν γὰρ Φυτὰ λαμβάνει " τὴν Τροφὴν κατειργασμένην " ἐκ τῆς Γῆς ταῖς Ῥίζαις. Διὸ καὶ " Περίττωμα οὐ γίνεται τοῖς Φυ-	*Etenim Plantæ attrahunt Nutrimentum concoctum ex Terra Radicibus. Ideoque Excrementum non fit in Plantis*

τοῖς | tis

“ πῦς. Τῇ γὰρ Γῇ καὶ τῇ ἐν αὐτῇ “ Θερμότητι χρῆται ὥσπερ Κοι- “ λίᾳ.	*tis. Nam Terrâ & ejus Calore utuntur ut Ventre.*

Sed paulo ante probat Plantas habere 3
“ ἀρχὴν Θερμοῦ Φυσικὴν | *principium Caloris naturale*
“ ex eo *quod concoquunt Alimentum*. Itaque Plantis *denegat* 4
primam Concoctionem, quæ reſpondet ei quæ in Animalium Ventriculo fit, non denegat eam quæ reſpondet ei quæ in Hepate fit. Atqui etiam hæc Excrementa relinquit.

III

LONGÆ VITÆ Plantarum *Cauſam male reddit Ariſtoteles* l. de 1
Longitud. & Brevit. Vitæ fin..

“ Primo enim Cauſa ejus eſſe non poteſt *Aggeneratio*, cum ea po- 2
tius *Breviorem* reddere debeat *Vitam*. Brevior enim Vita redditur Frequenti Seminis profuſione & Frequenti Partu.

“ Secundo *neque quod Diviſæ vivunt & propagantur.* 3

“ Tertio *principium potentiâ ubique eſſe* dicit. Quæro quid eſt 4
ἡ ἀρχὴ, quid δυνάμει ἐνοῦσα? Sunt *Fumi*.

Scholion.

Plantæ quare divulſa diſſectæve *vivant*, *Ariſtoteles* conatur 1
explicare l. de Anim. 2 t. 20 *verbis* admodum *ambiguis*. Vi- 2
“ detur autem hoc velle *Animam actu eſſe in* ea *parte* Plantæ,
“ quæ *Cordi analoga* eſt & ΠΥΘΜΗ'Ν dicitur, *in reliquis* au-
“ tem partibus ita eſſe *poteſtate, ſicut in Semine* poteſtate eſſe
dicitur; ſcilicet quia ut ex Semine, ita ex Stolone, Surculo, 3
Ramo poteſt fieri Planta, ſcilicet ubi ſatus fuerit &c.. Et ita videtur Simplicius explicare hunc textum.

Ita *nil dicit* more ſuo, cum dicere aliquid inſigne videa- 4
tur, confugiens ſemper ad *actum* & *potentiam*, quaſi latibulum ignorantiæ. Hoc vero ipſum erat quod mirabamur, 5
qui fiat, quod ex partibus Plantæ avulſis poſſit fieri Planta.

Neque

6 Neque vero videtur inter Radicem & Stipitem peculiaris quædam pars eſſe ſive Organica ſive Similaris, quæ Πυθμὴν dici & Cordi analogum quid haberi queat, ſed ipſum
7 *Confinium Stipitis & Radicis* dicitur Πυθμήν.

Ariſtoteles l. de Generat. Animal. 1 c. 20 pauloante finem:

" ἐξ ἑνὸς Σπέρματος ἓν Σῶμα, " οἷον ἑνὸς Πυροῦ εἷς Πυθ- " μὴν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς Ὠοῦ ἓν Ζῶ- " ον.	*ex uno Semine unum Corpus, ut ex uno Tritici Grano unus Fundus, ut ex uno Ovo unum Animal.*

8 Sed plures Caules ex uno Fundo.

Et alibi:

9 " ἑπτὰ Στάχυες ἐν Πυθμένι ἑνί. | *ſeptem Culmi ex uno Fundo.*

Theophraſtus l. de Cauſis Plantar. 3 c. 18 ante finem:

" τὴν δ' Ἄμπελον ἄγειν δεῖ κύ- " κλῳ περὶ τὸν Πυθμένα.	*ſed Vitem formare oportet circulo circa Fundum.*

10 Dioſcorides l. 1 c. 133 fin. de Spina Lonchitide:

" Ῥάβδους ἔχουσα Ὀρθὰς Τριπή- " χεις, ἢ καὶ μείζους πολλὰς " ἀπὸ τοῦ Πυθμένος.	*Virgas habens Rectas Tricubitales, aut & majores multas a Fundo.*

11 " Homerus Odyſſ. ν verſ. 362 & Odyſ. ψ verſ. 204, & Nonnus in Joan. c. 1 com. 51 Πυθμένα pro *Radice* dicunt. Vide Euſtathium ad Homeri loca dicta; item ad Iliad. λ verſ. 634, " ubi ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι ideſt *putreſieri* deducit.

In *Fructibus* eſt *Veſtigium* illud, *ubi affixi fuerunt*
12 " *Petiolo*. Dioſcorides Meſpilo Πυθμένα tribuit l. 1 c. 171. Et Pollux Onomaſtic. l. 2 c. 4 ſection. 34 fin.

" τὸν τῶν Συκῶν Πυθμένα | *Ficuum Pythmenem*

" ab Atticis Ὀμφαλὸν (*Umbilicum*) nominari ſcribit.

Ceterum apud Theophraſtum Hiſtor. Plantar.
13 " l. 1 c. 4 med. quidam Medullam vocant Καρδίαν (Cor).

Digitized by Google

ADDENDA
PARTIS II SECTION. III FRAGM. I
CAPITI I.

Poſt Argumentum Aſſertionis 4 adde:

2 *Liguſtrum an Frutex* dicendum ſit, inquirit. Sectiunc. 2.

Corrige deinde numeros Aſſertionum ſequentium.

In Argumento Aſſertionis 7 (quæ nunc fit 8) augeatur numerus Sectiuncularum binario.

Aſſertioni 4 ſubjiciantur hæc:

V

„ *Fruticibus* adnumerat *Liguſtrum* Dodonæus Pempt. 1 l. 1 c. 1, 1
„ & Pemptad. 6 l. 2 c. 13 *Radices per obliquum ſpargi* ſcribit.

Ego obſervavi raro aut *nunquam Fruticare*.] Poteſt dari ali- 2
quid inter Arborem & Fruticem *intermedium*, ſcilicet *Serpens Arbor*.

Corrigantur deinde numeri Aſſertionum ſequentium.

Aſſertionis 7 Sectiunculæ 1, poſt mutatum punctum in comma, hæc ſubjunge:

cum *tantum* in illis, *quæ Caulem ſero* producunt, hujuſmodi Folia appareant, ut *Taraxacum*, *Cynogloſſum*, *Verbaſcum*.

Deinde *non* exiſtimo *Bina* provenire in iis *quæ Sigillatim* pro- 2
ferunt *Folia*, quod amplius obſervabitur.

Corrigatur deinde numerus Sectiunculæ 2, & poſt eam Sectiunc. ſubjice:

Tertiò forſan *prima Bina Folia* non Radicis ſemper, ſed ſæ- 4
pe *Caulis Folia* ſunt, quæ cum Caule explicato adſcendunt & a Fundo ſeparantur.

Corrigatur iterum numerus Sectiunc. 3 & pro Deinde ſcribatur Denique.

ADDENDA EJUSD. FRAGM.
CAPITI II.

Argumento Aſſertionis 1 ſubjiciatur:

2 Scholion *Cæſalpini* Ordinandi Plantas *rationi quid obſtet*, amplius illuſtrat. Sectiunc. 2.

In

In Argumento Aſſertionis 3 augeatur Sectiuncularum numerus denario.

Aſſertioni 1 ſubjunge hæc:

SCHOLION.

1 Ubi *Semina in Pulpa* vel *Tomento* (Lanugine) hærent, non videtur
diſcerni poſſe, utrum *Corculum Seminis* ſit *in inferiore* ſive interio-
re ſive propiore, *an ſuperiore* ſive exteriore ſive remotiore *extremo*
Seminis.
2 In *Pulpa* latent Semina *Ficûs*. Quomodo igitur Cæſalpinus
Ficum in Ordinem ſuorum Generum poteſt redigere, cum Semen
ejus quomodo ſitum ſit, ignoret. Quomodo enim in Granis tantil-
3 lis invenire poteſt Corculum? Ego non dubito ineſſe Corculum.
Forſan in *exſiccatis* etiam Ficis ſi Grana macerentur Aquâ, ita ut
4 intumeſcant, apparebit *Corculum* adhibito *Perſpicillo*. In l. 3 c. 3 de
Moro agens aliquid habet ad Ficum pertinens.
5 Utrum etiam Corculum Granorum *Sambuci* (quorum Terna in uno Acino) ſemper deorſum vergat, quæri poteſt.
6 Ceterum in Pulpa quoque latent Semina *Berberis*, *Ribis*,
Oxyacantha (Hagdorn, *Spin aube*). In *Oxyacanthæ* Baccis facile
diſcernitur Umbilicus.
7 In *Tomento Populi Nigræ* Semina adeo parva, ut viſum fere
fugiant. Hic ergo Seminis ſitus reſpectu Floris & Coreuli Seminis
8 reſpectu Petioli certus eſſe nequit. Quemadmodum & in *Syringa Cærulea* ob exilitatem ægre diſcernitur Situs Floris reſpectu Fructûs,
ubi *Perianthium* Curtum & imam *partem* anguſtæ *Fiſtulæ* Floris &
Rudimentum Fructûs complectitur.

In Aſſertionis 3 Sectiuncula 1 inter voces *Germinationis* & *Numero* interjice: *Sterilitate*,

Ejuſdem Aſſert. Sectiunculæ 18 ſubjunge:

19 "CYCLAMINI *Species tres* Dodonæi Pemptad. 3 l. 1 c. 13 Specie "remotâ conveniunt, differunt tamen Odore. Prima *exiguo*, "ſecunda *majore*, tertia *ſuaviſſimo Odore Flores* profert.

20 LUPINI *Cæruleus Flos nullo*: *Luteus Grato* Odore.

Corrigantur numeri Sectiuncularum ſequentium; & Sectiunculæ quæ ibi eſt 28, ſubjice:

31 ARMENIACA MALA *Nucleo* ſunt *Amaro* & *Dulci* pro Solo & Cultura.

Digitized by Google

CYPERUS alius *Dulcem* & Edulem habet *Radicem*; alius *Amaricantem*. 32

Corrigantur rurſus numeri Sectiuncularum ſequentium & Sectiunculæ quæ ibi eſt 50 adjice :

STERILITAS *non facit Differentiam Speciei*. Nam ex *ejuſdem* 55
Plantæ *Semine* ſæpe *diverſæ* Plantæ enaſcuntur, non quidem
" Specie & Formâ, ſed *Sexu*; ut ſcilicet *una Florem Majuſculum pro-* 56
" *ferat & Sterilis* ſit, *altera* Semen, ſed *Minorem Florem*, ut de SE-
" SAMOIDE SALMANTICENSI MAGNO Cluſius Rarior.
Plantar. Hiſtor. l. 3 c. 4.
" *Eodem* quoque *Semine Steriles & Fertiles* ALNI *oriuntur* Cæ- 57
" ſalpin. de Plant. l. 2 c. 8; item TILIÆ l. 2 c. 10.
" Similia de CANNABE Jul. Cæſ. Scaliger commentar. in l. 1 de 58
Plantis p. 43 (2,D) & p. 41, (2,A). Et Bauhinus partim in Pinac. l. 8 ſect. 5, partim in Tabernæmont. Kreutctb. part. 2
" ſect. 5 c. 11: *Cannabis Mas Fructum fert, non Flores: Cannabis*
" *Femina naſcitur e Semine Maris, Floret ſed abſque Fructu.* Spe- 59
cie mihi non videntur *differre*, ſed *Cultu*. Nam quæ ſummittitur, ut ita loquar, in Ramos, Semen fert; quæ ita colitur ut abſque Ramis gracili altitudine aſſurgat, Florem fert abſque Semine, & hæc ad Filificium commoda.

Corrigantur deinceps numeri Sectiuncularum ſequentium & ultima hæc fiat :

" VIRGA AUREA *Serraturam Foliorum* deponit aut *minuit* 66.
" *per Culturam*. Caſpar Bauhin. Pinac. l. 7 ſect. 3 fin. in 1 & 4.

ADDENDA
FRAGMENTO II.

Argumento Aſſertionis 1 adde:

Scholion *Veterum* in deſcribendis Plantis *brevitatem* exemplo ABIETIS, PICEÆ & PINI *declarat*. Sectiunc. 38.

In Argumento Aſſert. 2 numerum Sectiunc. muta, 10 ſcilicet in 14.

In Argumento 3 itidem muta numerum 3 in 7.

Aſſer-

Digitized by Google

Aſſertioni 1 adjunge quæ ſequuntur:

SCHOLION.

1 " ABIETIS *deſcriptionem nuſquam* tradit *Theophraſtus. Florem Cro-*
" *ceum* ei tribuit Hiſtor. Plant. l. 1 c. 21; & *Conum* l. 3 c. 10 circa med.
2 " *Reſinam Abietis & PITTOS Leviorem eſſe quam* PEUCES;
" *Reſinam vero Peuces Graviorem & Piceoſiorem* (Πιττωδεστέραν) ſcri-
3 bit l. 9 c. 2. Lib. de Cauſis Plantar. 2 c. 9 paulo poſt init.:

" ἡ μὲν (Ἐλάτη) χαίρει Παλεσκίοις (Τόποις)· ἡ δὲ Πεύκη τοῖς Προσηλίοις.	*altera* (Abies) *gaudet Opacis* (Locis); *at Peuce Apricis.*
4 " ἡ μὲν Ἐλάτη Ξηρὸν· ἡ δὲ Πεύκη Ὑγρὸν.	*Abies Sicca; verum Peuce Humida* eſt.

5 " Quod *Lignum* attinet, *Abieti ſimiliorem* Pityn *Arcadum quam*
6 " *Peucen utramque* tradit Hiſtor. Plant. l. 3 c. 10. Nuſquam vero de-
cidit, *utrum* velit ex ſententia *Arcadum, an Macedonum & Idæo-*
rum loqui.
7 " *Alii* enim loco proxime dicto *Peucen Sativam* ſive Urba-
" nam, & *Silveſtrem*; & hanc vel *Idæam* vel *Maritimam* (Παραλίαν)
faciunt.
8 " *Macedones* item Peucen *Sativam* & *Silveſtrem* agnoſcunt,
" ſed hanc *Maris* & *Feminæ* appellationibus diſtinguunt, ex quibus
" Mas habet Ζυγὴν. *Femina* Αἰγίδα; adjiciuntque Ἄκαρπον (*Steri-*
9 *lem*). *Utrum* autem Peuce *Idæa* & *Maritima cum Macedonum Ma-*
re & *Femina conveniant*, ex Theophraſto colligi nequit, neque
ipſe Theophraſtus ſciviſſe videtur.
10 " *Arcades Pityn* appellant tum *Peucen Sativam*, tum Ἄκαρ-
11 " πον. Quamque ante Theophraſtus vocat ex Arcadum ſententia
" Πίτυν ἥμερον, *poſt* vocat Πίτυν Κωνοφόρον; at quam primo ex
" ſententia Arcadum vocat Πίτυν Ἄκαρπον, eam *dein* ſimpliciter
12 " Πίτυν vocat. In *Silveſtri* Peuce *conveniunt* Arcades cum *Mace-*
" *donibus* & forte *Idæis*. Hæc *Picem præbet*, & *in Tedam vertitur*.
13 Atqui *nullam novimus* Pityn Ἄκαρπον.

14 *Dioſcorides* ita de *Peuce* & *Pity* loquitur, ut inde diſci nequeat,
15 „ *utra* earum Arborum ſit PINUS vel PICEA. *Utrique* tribuit
„ Πιτυΐδας, & Κώνους l. 1 c. 88; Στροβίλους & Δᾳδίον (*Tedam*) c. 87.
16 „ E *Siccis Reſinis* Πιτυΐνην καὶ Ἐλατίνην *præfert*, *quod Odoratæ*
17 „ *ſint* & *ad Tus Odore accedant* c. 93. Sub init. huj. c. *Liquidas tres*
„ recenſet Πιτυΐνην, Πευκίνην, & Λάρικα.

“ *Galenus* Pityn & Peucen ſumit *more Dioſcoridis*; Πιτυΐδες, ait 18
“ ille Simplic. Medic. Facult. l. 8 in Πιτυΐδ., *ſunt Fructus Pityos*. Per
“ *abuſum ita dicitur etiam Fructus Peuces*. Mox in Pity: *Pityos* 19
“ *Cortex valde adſtringit; Peuces moderatius*. At *Coni* (Κώνα) *tum*
“ *Cortex tum Folia validius adſtringunt, idque cum mordacitate mo-*
“ *leſta*. Libr. 7 in Con. *Fructum* ejus *Amarum & Acrem eſſe* ſcri- 20
“ bit, *ut* prius *Aquâ macerandus atque ita edulcandus ſit*. *Hunc* di-
“ cit *aliis vocari* Κόκκαλον, *item* Στρόβιλον.

Videtur *ignoraſſe* omnes haſce *Arbores ferre Conos* vel Strobi- 21
los, in quibus ſunt Nuculæ iſtæ. Utinam harum Arborum Dif-
ferentiam nobis monſtraſſet!

” *Athenæus* Πιτύινα Κάρυα *Fructum eſſe Arboris quæ a Theophraſto* 22
” *Peuce appelletur* ſcribit Deipnoſophiſt. l. 2 (p. 57, B, edit. Com-
melin.).

“ *Plinius* l. 15 c 10: *Grandiſſimus* (ſcil. Fructus) *Pineis Nucibus* (id 23
“ eſt Pinis) *Altiſſimeque ſuſpenſus, intus Exiles Nucleos* (id eſt Pineas
“ Nuces) *includens*. Et l. 16 c. 10 med.: *Abies expetit a Navigiis. Si-* 24
“ *tus in excelſo Montium ceu Maria fugerit. Materies præcipua Tra-*
“ *bibus & plurimis vitæ operibus. Reſina ei Vitium, unde Fructus* 25
“ *unus Piceæ* &c. *E diverſo Materies quæ Abieti pulcerrima, Piceæ*
“ *ad Fiſſiles Scandulas, Cupaſque & pauca alia Secamenta*.

Apud Poetas eſt *Pinea Teda*. Teda vero fit & *ex Pino* ſive Pi- 26
naſtro, & ex *Picea*.

“ *Pityn Theophraſti* ex eo probat *eſſe Pinum* Matthiolus in Dio- 27
“ ſcorid. l. 1 c. 74 & Bauhinus ibi ad Matthiol. *quod Pitys dicitur alia*
” *Sativa, alia Silveſtris*. At Plinius l. 15 c. 10 etiam *Piceam Sativam* 28
” ponit, cujus *Nuces* dicantur *Sapineæ*.

“ Cluſius Rarior. Plantar. Hiſtor l. 1 c. 23 dubitat, *Picea*, (Roht 29
“ Tannen) *utrum ſit Pitys Theophraſti, an ejuſdem* Ἐλάτη Ἄῤῥην: &
“ accuſat *Codices Theophraſti corruptos*.

” Dodonæus Pemptad. ult. l. ult. c. 13 *Pityn eſſe Piceam* probat *ex* 30
” *Scribonii Largi Compoſition*. 201; item ex *Pityocampis, quæ teſte*
” *Bellonio in Picea tantum inveniantur*, non Pino. Vix credo. So- 31
” lent enim *Erucæ Sativas* Arbores potius *appetere*.

Quid ſi *Peucen* & *Pityn* dicamus eſſe *Utramque Pinum*, vel 32
alteram Pinum, alteram Pinaſtrum; & Ἐλάτην eſſe æquipollentem
“ Germanorum Tannen? Nam & Theophraſtus *Abietem Marem*
&

" & *Feminam* facit Hiſtor. Plant.l.3 c. 10, quod modo ſectiuncul.29 ſignificatum eſt.

33 *Diſcrepant* adhuc Auctores.
34 ,, Bauhinus vel *Matthiolus* in Dioſcorid. l.1 c.74 una cum *Ta-*
,, *bernamontano* Kreuterb. l.3 ſect. 3 c.2 (p.662 & 663) *Strobilos Piceæ*
,, pingit *in Extremis Ramis, Abietis in Geniculis.*
35 " At *Cluſius* Rarior. Plantar. Hiſt. l.1 c.2: *Coni Abieti in Ex-*
" *tremis Ramis non Propendentes ut Piceæ, ſed Erecti, Craſſiores &*
" *Latioribus Squamis & Obtuſiore Cuſpide quam in Picea.* Hic etiam
" *Folia Abietis Superne Viridia, Averſa parte Cineracea* cum *Taber-*
namontano deſcribit. *Cæſalpinus* de Plantis l. 3 c. 53 quaſi ex ſua
36 ,, obſervatione *Abietem* deſcribens (Theophraſti enim & Plinii verba deinde ſeparatim ſubjungit) *eandem* videtur Abietem agnoſcere cum Cluſio.
37 " At *Lobelius* Stirp. Obſerv. p.633 *Abieti* appingit *Conos e Me-*
" *dio Ramorum etiam Inferiorum Propendentes*; in Adverſariis ve-
" ro cum Pena p. 450 *Piceæ* quidem *Conos Grandiores, Ventroſiores*
" *in Ramis Flexilibus*; *Abieti* autem *in Summis Ramis Conos in cæ-*
" *lum obverſis Mucronibus* adſcribit.
38 ,, Apud *Dodonæum* Pempt. ult. l. ult. c. 13 & 16 *eadem Figuræ* quæ apud Lobelium Piceæ & Abietis ſed *titulis permutatis.*

Aſſertionis 2 Sectiunculæ 1 hæc ſubjungantur:

2 *Lacryma Jobi*, Gallis *Mariæ*, Hiſpanis *Moyſis*, aliis *Chriſti*. Vide Cluſ. Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 6 c.37. & Pen. & Lobel. Stirp. Adverſar. p. 16 Cur itaque non potius *Lacrymaria*?

3 Roßhuf eſt melius quam Huflattich vel Brandlattich. Nam hæc Appellatio parit Specierum Confuſionem.

Corrigantur numeri Sectiuncularum ſequentium, & eam quæ ibi 9 eſt excipiat hæc:

12 ,, POPULUS LIBYCA Plinii l. 16 c.23 *in Gallia, Italia & Germania* ſponte creſcit.

Corrigatur iterum numerus Sectiunculæ ſequentis, & ultima hæc fiat:

14 Inepta etiam eſt appellatio Indianiſch Pfeffer, id eſt Capſicum, quaſi Piper verum claſſe non indigeat.

Aſſer-

Aſſertionis 3 Sectiunculæ ultimæ hæc ſubjice:

FRUMENTUM *Typhinum*, quod cum Semine Phalaridis 4
(Kanariengrahs) ex Canariis advehitur, TURCICUM vulgo
„ appellatur, & Cordo Hiſtor. Stirp. *Triticum Bactrianum* dicitur.
Maizium potius appellandum; uti vocant Americani. Nam 5
ex *America* primum translatum eſt *in Europam*, non ex Aſia vel
" Turcia. *Neque* eſt Frumentum illud *Bactrianum, quod Grana* 6
" *Olivæ magnitudine fert*, cujus Theophraſtus Hiſtor. Plantar. l. 8
„ c. 4 fin. & Plinius l. 18 c. 7 procul a fin. (in quo pro *Spicas* legen-
" dum *Olivas*) mentionem faciunt. *Nec* eſt Βόσμορος, *Fru-* 7
" *mentum* Tritico *minus, quod ne extra Bactrianum & Babylonium*
" *agrum antequam coctum ſit exportent, meſſores jurejurando adigun-*
" *tur*, uti Strabo l. 15 (p. 476 edit. Vignon. verſ. 41) teſtatur.

ADDENDA FRAGMENTI III PORTIONIS I CAPITI I.

In Argumento poſt Aſſertionis 6 Argumentum adde:

7 *qua* ARISTOLOCHIÆ (quod ad Radices).

Sequens numerus 7 mutetur in 8.

Aſſertionem 6 excipiat hæc:

VII ſive AR.

ARISTOLOCHIA LONGA, ROTUNDA, & CLEMATITIS differunt Specie quod ad *Radices*. PISTOLOCHIA etiam quod ad reliqua convenit, Radices *Fibroſas* habet.

Corrigatur numerus Aſſertionis ſequentis.

FINIS PARTIS II SECTIONIS III.

NOTÆ SPE-

Digitized by Google

ANNOTATIONES SPECIALES

AD

JOACHIMI JUNGII LUBECENSIS

DOXOSCOPIAS PHYSICAS

MINORES

Auctore

M. F. H.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNOTATIONES SPECIALES
AD
PARTEM I,
QUÆ
DEFINITIONES
COMPLECTITUR.

I
DE SCHEDIS
EX QUIBUS HÆC PARS FUIT DESCRIPTA.

1 SCHEDIS hîc uſus ſum *præter Auctoris Varias Autographas Apographas Quinque*, ſed *cum Autographis eodem* fere *loco* habendis, imo anteferendis, quod repetitâ lectione Librariorum errata paſſim correxerit, novis Definitionibus priores interpolaverit, vel aliter voluerit immutare.

2 AUTOGRAPHÆ vero Schedæ vel Continuæ fuerunt, vel Continuis Addendæ.

3 CONTINUÆ ſunt *Pars Prima* ſive Definitiones integri Opuſculi, quod *Prælectiones Physicæ* inſcribitur ab ejus Apographo.

4 RELIQUAS varie *Diſperſas Continuis* adjeci & ſuo quaslibet loco inſerui. Quod *Auctorem voluiſſe* fieri tum *Inſcriptiones* hæ uni Involucro datæ: *ad Definitiones Peripateticas Addendæ Notæ*, *Definitiones Præteritæ*, tum illa: *Definitiones Addendæ* in aliquot Schedis expreſſa, tum his *Vicinus* Schedarum *Inſcriptione carentium Poſitus*, ſatis declarare poſſunt.

5 APOGRAPHÆ Schedæ ſunt: Poltſianæ, Bunkianæ, Fiſcheriæ, Incertæ, & Plœnnieæ.

6 POLTSIANAS voco, quas *ex Continuis*, de quibus dixi, Schedis Autographis *expreſſas* ab *Adamo Poltſio* (hoc enim nomen ſuum adſcripſerat) di-

 ctan-

ctando *exceptas* conjicio, *quod* in *Autographis* Schedis quædam *deſint*, quæ a
Librario adjecta eſſe plane non eſt probabile. Ut taceam in Definitione Re- 7
flexiva 1 Sectiunc. 2 pro *Vel brevius* eſſe in Autographis *Sive*, aliaque minoris
momenti additamenta, in Definitione Reflexiva 2 integrum comma in Polt-
ſianis eſt, quod non comparet in Autographis, poſt vocem deprehenſum ſcili-
cet: *ſive uno ſive pluribus verbis explicetur*. Inter Rectas quoque ultimâ Periodo
auctior eſt, quàm in Autographis Sectionis 2 Portionis 1 C. 1 Definitio *ultima*.
Et Cap. 6 Definitionis 5 & 6 *Notiones Definitivæ* in Autographis *non* adſunt, ſo-
lis Nominibus definiendis expreſſis. Cujuſmodi plura quidem firmandæ 8
meæ ſententiæ colligere poſſem, ſed operæ pretium non futurum credo.

Deinde in Autographis pro Græcis *Συγκρίσεως* & *Διακρίσεως* vocabu- 9
lis Latina *Syncriſis* & *Diacriſis* inveniuntur, contra quam in Poltſianis.

Ceterum quia Poltſium hunc nec Gymnaſii Matriculæ inſcriptum 10
reperio, nec aliunde noſſe hactenus licuit, *vix aliquid certi de* juſta *ætate* Apo-
graphi hujus pronuntiare poſſum. Duo quidem Poltſii Matriculæ Gymnaſii 11
inſcripti leguntur, ſcilicet 1629, Novemb. 20 Joannes Poltſius Beltſingenſis
Saxo; & 1656, Maij 19 Joannes Maurizius Poltſius Berlinenſis Marchiacus,
at Adamus nullus à me inventus eſt. Interim Apographum ex Poltſiano ex- 12
preſſum, quod inter Summi Viri & Præceptoris mei æternùm venerandi Jo-
annis Adolfi Taſſii Manuſcripta Mathematica ſervat Garmerus, Ampliſſimus
hujus Reip. Syndicus, numerum anni 1632 præfixum gerit. Huic igitur 13
ætati vel æquale vel certe non multùm infra eam cenſuerim Poltſianum
Apographum.

Non continet autem *omnes* Definitiones, *quas Autographum*. Sed 14
paucæ eæ ſunt, & (ut in Autographo ipſo ad ſummum marginem notatum
reperio), *nondum propoſita*, ſive *dictata*. Sed de his ad hujus Partis Sectionis 2
Portionis 2 Prooemii Definitionem 17 iterum monebitur.

BUNKIANÆ Schedæ *ex Poltſianis Definitionibus* ab Auctore prima 15
vice correctis, (Definitiones enim ſolas continent) deſcriptæ ſunt circa an-
num 1643 a Chriſtiano *Bunkio*, tunc frequentante Gymnaſium, ſed ſemper
inter diligentiſſimos Jungii & Taſſii diſcipulos primore loco ab iiſdem nomi-
nato. Cujus Viri alias laudes memorandi dabitur, ad Partis 2 Sectionem 3
commodior occaſio.

Quamvis vero *acceſſionem novarum Definitionum* Schedis his adjunxerit, 16
& in iiſdem *veteres* Definitiones paſſim *emendaverit*; tamen quædam *errata* iis
quæ ex Poltſianis manſere, de integro (ut fere ſolet fieri) *ſuperaddita* ſunt, ab
Auctore non notata, ſive quod integras Schedas non perlegerit, ſive quod erra-
ta nova deprehendi abſque Poltſianarum collatione non potuerint.

FISCHE-

Digitized by Google

17 FISCHERIÆ a Daniele *Fiſchero* Lubecenſi anno forte 1650, quo lucu-
lenta Naturalium Syndiacriſeon exempla nobis privatim commonſtrabat, de-
ſcriptæ *Definitiones Reflexivas* & *Rectas Syndiacriticas* exhibent, *non* tamen
omnes, quas *impreſſas* damus, ſed pleraſque ex Prælectionum Phyſicarum
(de quibus ſectione 3) Parte prima ſelectas, auctas tamen & emendatas.
18 Solebat autem paucas has Definitiones diligentioribus ſuis Auditoribus de-
ſcribendas dare, ut *futuri* alicujus *Syſtematis* Phyſici *initia* haberent, cum
integrum propter Obſervationum defectum moliri non liceret.
19 INCERTÆ (quas ita voco, quia neſcio cujus manu deſcriptæ ſint) ſex
Diſputationum continent *Theſes* anno 1640 *ad* Gilberti *Jacchæi Phyſica* par-
tem propoſitas & privatim quidem, ut colligo ex Diſputationis I Theſi Phy-
ſica 2, & expreſſe aſſerit Catalogus Lectionum in Gymnaſio a verno exami-
20 ne ad auctumnale anni 1640 habitarum. *Inſerta* vero reperiuntur Theſibus
his paucæ *Definitiones Peripateticæ*, quas per Aſſertiones ſparſas aptius fuit
viſum reliquis jungi, ubi quidem commodum fuit, quam Appendicis vice
ita confuſas integro Operi adnecti.
21 PLOENNIEÆ denique ſunt, quas Fridericus *Plœnnies* Lubecenſis
deſcripſit, & *Theſium* item nomine ad diſputandum Auctor publice propo-
ſuit, cum Franconis *Burgersdicii* Compendii Phyſici quatuor primas Diſpu-
tationes, decimam quartam & decimam ſeptimam anno 1650 explicaret.
Theſes tamen ad decimam quartam Diſputationem a me ipſo Friderici hu-
22 jus amiciſſimi commilitone deſcriptas reperio. *Pauca* vero ſimiliter, ut in
Incertis, *Definitiones* Aſſertionibus interjectæ ſunt, quibus propterea idem
fieri hîc oportuit.
23 Ex IMPRESSIS olim Diſputationibus addidi Syndiacriticis Definitioni-
bus *Corollarium unicum.* Reliquas vero Definitiones Diſputationibus illis
adhærentes malui ſuis locis relinquere, quam aut filum contextus interrum-
pere, aut bis idem per idem inculcare.
24 *Quæ* igitur *ex duabus poſtremis* Schedis *acceſſerint* Definitionibus
prioribus, in Annotationibus hiſce *indicabitur* una cum *Corollario* & omni-
bus iis, quæ *ex Autographis variis* commodum fuit internectere, ſi primum
de Diſtinctione Definitionum a me facta diſſeruero.

II

DE DISTINCTIONE DEFINITIONUM.

1 Diſtinxi vero Partem Primam in *duas Sectiones*, quarum prima REFLEXI-
VAS & ſecunda RECTAS Definitiones complecteretur, *ſecutus* Schedas
Fiſcherias, quæ ſuas Syndiacriticas ita diſtinguebant,

Digitized by Google

Sed cum Peripateticæ etiam a Syndiacriticis diſtinguendæ eſſent, & in- 2
ter Peripateticas nullæ occurrerent Reflexivæ, feci *Sectionis ſecundæ Portiones*
duas, ut prima PERIPATETICAS, altera STNDIACRITICAS ſive Empiri-
cas (quomodo in c. 3 Definition. 2 Nota & in Schedarum involucro appellan-
tur) contineret. In Autographis Prælectionibus *Definitiones Secundæ* nomi-
nantur, quæ commiſtæ cum quibuſdam Syndiacriticis maximam partem
Peripateticis Dogmatibus ſerviunt. In Poltſianis *Sectio ſecunda* eaſdem repræ-
ſentat. In Scheda quadam cui titulus *Corrigenda in Aſſertionibus & Defini-* 3
tionibus, ita præcipit: *Definitiones* inſervientes Theoriæ *Syndiacriticæ*
diſtinguantur ab iis, quæ inſerviunt *Exannihilativæ* Hypotheſi.

Et in alia, cui titulus *Addenda* (propter Definitionem hanc quæ adji-
citur huic Monito: *Contraria fundata* (vel aliter) dicuntur, quæ *ſe in-*
vicem expellunt e *Subjecto completo*, uti *Accidentalis Calor* & *Frigus in*
Manu); Definitiones quæ Peripateticis Dogmatibus inſerviunt di- 4
ſtinguendæ ſunt a reliquis, quæ Syndiacriſi declarandæ deſtinantur.
Imo *Peripateticæ prius prelo committantur*; *premantur* adhuc *Syndiacri-* 5
ticæ. Quin etiam ipſe in Poltſii Apographo *Plumbagine* breves *lineas* quandoq; 6
ſignavit, quæ Definitiones Peripateticas & Syndiacriticas, item utraſq; inter ſe
diſtinguerent, ſed ad duo tantum loca verbis Diſtinctionem *expreſſerat*. Ad Se- 7
ctionis ſcilicet 1 Definitionem 43 & 44, adſcripſerat margini poſt lineam quæ
eas jungebat: *ad Ariſtotelicas*; & Sectionis 2 Definitiones 55, 56, & 57 duabus
lineis incluſerat, marginique adſcripſerat: *Syndiacriticæ Definitiones*; quam- 8
vis in Sectionis 1 Definitionibus diſtinguendis *calamus* ejus *aberraverit*. Ad
Ariſtotelicas enim voluit referri Definitionem 45 & 46, quæ Intrinſecus Ra-
rius & Denſius Corpus definiunt, non vero 43 & 44, quæ Extrinſecus Rarius
& Denſius. *Cum* enim (ut ipſe ad Burgersdicii diſputationis 2 theſin 16) *Ex-* 9
terna Raritas & Denſitas Experientia abunde ſatisfaciant, Interna Ariſtotelis
Commentis merito annumerabitur.

Ceterum *præcipuam*, quantum fieri potuit, ſupremæ Legis Didaſcali- 10
cæ (id eſt Facilioris noſtræ Cognitionis) *rationem habui*, ut nimirum eæ
Definitiones *quæ ad aliarum perceptionem* requirebantur, *prius* trade-
rentur, vel *ſtatim ſubjicerentur*. *Quantum*, inquam, *fieri potuit*, quia id
non ſemper licuit.

Verbi gratiâ Definitio *Reflexivæ* 2 requiritur *ad* perceptionem *Re-* 11
ctæ Peripateticæ 3 Cap. 1, & Cap. 2 Definitionis 6, & 7, &c.. Et *Senſilis Confuſi*
Notio in Exemplo (ſi Exemplorum etiam hîc aliqua cura habenda) *Rectæ*
item Peripateticæ 3 Cap. 2 reperitur. Quare *Reflexivas Rectis* merito *præmit-*
ten-

Digitized by Google

12 *renda* judicavi. Verum *ultima Reflexiva non* intelligi potuit *absque* Definitione
Recta Corporis exacte Similaris; neq; tamen Recta Reflexivam potuit antece-
dere, nec Reflexivæ divelli debuerunt, poſtquam Rectas Reflexivis non im-
miſcere conſtitueram. Ut igitur aliquo modo hanc Ordinis Anomaliam tol-
lerem, *margo* ibi Definitionem *Rectam*, in quam Reflexiva iſta reſolvitur, qua-
ſi ſtatim *ſubjicit*.

13 *Peripateticas* Definitiones *præmiſi* Syndiacriticis, contra quam
plerisq; Peripateticis in Autographo & hujus Apographis factum, quod tum
Operis deſtinatio, tum *præſcriptio* proxime adductæ Schedæ hunc ordinem
14 *exigere* viderentur. *Non* tamen omnino *premi* potuerunt *Syndiacritica*,
quia *Syncriſeos, Diacriſeos, Corporis Similaris* &c. *mentio in Parte ſecunda*
haud ſemel injicitur.

15 Ne autem Curioſus Lector ignoraret, *quo Ordine* ſingulas Defini-
tiones in tribus Apographis locatas *invenerim*, Polſianis ſcilicet, Bunkianis
& Fiſcheriis, *quemque* me accurante *ſortitæ* ſint, viſum mihi eſt ſequenti *Ta-
bella* omne id negotium repræſentare. *Quæ* autem ex reliquis duobus Apo-
graphis, item ex aliis Autographis Schedis *interjectæ* ſint, interrupta in prima
Columna *Numerorum ſeries* monſtrabit.

ORDO

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTSIANAS, BUNKIANAS, ET FISCHERIAS IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.
SECTIONIS I	DEFINITIONES REFLEXIVÆ
I —— —— ——	I }
II —— —— ——	II } Sectionis primæ (Poltſ. & Bunk. Nam
III —— —— ——	III } Fiſcheriæ in Sectiones non ſunt diſtin-
IV —— —— ——	IV } ctæ) Poltſ., Bunk., & Fiſcher..
V —— —— ——	V } Section. prim. P. & B..
NOTA —— —— ——	NOTA }
VI —— —— ——	XCVI P. & XCIII B. Section. ſecund..
SECTIONIS II PORTIONIS I CAP. I	SECTION. II
II —— —— ——	IX } P. & B..
III —— —— ——	X }
IV —— —— ——	XII P. & B. Sect. ſec. & IV B. (Recta) Sect. prim.
V —— —— ——	XIII }
VI —— —— ——	XIV }
VII —— —— ——	XV }
IX —— —— ——	XVI }
X —— —— ——	XVII } P. & B. Sect. ſec..
XI —— —— ——	XVIII }
XV —— —— ——	X[illegible] }
XVII —— —— ——	XX }
XX —— —— ——	XXX }
XXI —— —— ——	LXXIX P. & LXXI B. }
XXII —— —— ——	LXXV P. & LXXII B. }
XXIII —— —— ——	LXXVI P. & LXXIII B. } Sect. ſec.
XXIV —— —— ——	LXXVII P. & LXXIV B. }

CAP. II

Digitized by Google

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTS. &c. IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.	
CAP. II		
I	I	
II	II } Sect. ſec. P. & B.	
III	III	
VI	XI Sect. prim. P., & B. (Recta), & XIII Rect. F.	
VII	XII Sect. prim. P., & B. (Rect.), & XIV Rect. F.	
CAP. III		
I	XL	
NOTA	NOTA	
II	XLI	
NOTA I	NOTA I	
II	— II	
III	XXVIII	
IV	XXXIX	
V	XLII	
VI	XLIII	
VII	XLIV	
VIII	XLV	
SCHOLION	SCHOLION Definition. XLVI	Sect. ſec. P. & B.
IX	XLVI	
X	XLVII	
XI	XLVIII	
SCHOLION	SCHOLION	
CAP. IV		
I	XLIX	
II	L	
III	LI	
NOTA Definitionis IV	SCHOLION	
CAP. V		

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTS. &c. IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.	
CAP. V		
I	XXI	Sect. sec. P. & B.
II	XXIV	
III	XXV	
IV	XXVI	
V	XXVII	
VI	XXIX	
IX	XXXII	
X	XXXIII	
XI	XXXIV	
XII	XXXV	
XIII	XXXVI	
XIV	XXXVII	
XV	XXXVIII	
CAP. VI		
I	XXXI	
VII	LXXXIX P. & LXXXVI B.	Sect. sec.
VIII	XC P. & LXXXVII B	
IX	XCI P. & LXXXVIII B.	
CAP. VIII		
III	XLV P. & LIII B (Rect.)	Sect. prim.
IV	XLVI P. & LIV B. (Rect.)	
CAP. X.		
I	LII Sect. sec. P. & B.; Item I Sect. prim. B. (Rect.) & I F. Rect.	
II	LIII P. & B.	Sect. sec.
III	LIV P. & B.	
IV	LXXVIII P. & LXXV B.	
V	LXXIX P & LXXVI B.	
VII	LVIII P. & LV B.	
VIII	LIX P & LVI B.	
SCHOLION	SCHOLION	

Digitized by Google

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTS. &c. IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.	
IX	LX P. & LVII B.	
SCHOLION	SCHOLION	
X	LXI P. & LVIII B.	
XI	LXII P. & LIX B.	
XII	LXIII P. & LX B.	
XIII cum NOTA	LXIV P. & LXI B.	
XIV	LXV P. & LXII B.	
XV cum SCHOLIO	LXVI P. & LXIII B.	
XVI	LXVII P. & LXIV B.	
XVII	LXVIII P. & LXV B.	
XVIII	LXIX P. & LXVI B.	
SCHOLION	SCHOLION	
NOTA	pars LXX P. & LXVII B.; item Aſſertio adhærens Definitioni LXXIII P. & LXX B.	
XIX	LXXXIII P. & LXXX B.	Sect. ſec.
XX	LXXXIV P. & LXXXI B.	
CAP. XI		
I	pars LXX P. & LXVII B.	
II	LXXI P. & LXVIII B.	
III	LXXII P. & LXIX B.	
IV	LXXIII P. & LXX B.	
CAP. XII		
I	XCII P. & LXXXIX B.	
II	XCIII P. & XC B.	
III	XCIV P. & XCI B.	
IV	XCV P. & XCII B.	
SCHOLION	SCHOLION I & II	

Digitized by Google

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTS. &c. IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.	
PORTIONIS II. PROOEMII.		
I	LI P. & LIX B. (Rect.)	Sect. prim.
II	LII P. & LX B.	
III	LIII P. & LXI B.	
IV	LIV P. & LXII B.	
V cum NOTA	LV P. & LXIII B.	
VI	LVI P. & LXIV B.	
VII	LVII P. & LXV B.	
VIII	LVIII P. & LXVI B.	
IX	LIX P. & LXVII B.	
X	LX P. & LXVIII B.	
XI	LXIII P. & LXXI B.	
XIII	LXIV P. & LXXII B.	
XIV	LXV P. & LXXIII B.	
XV	LXVI P. & LXXIV B.	
XVI	LXI P. & LXIX B.	
XVII	LXII P. & LXX B.	
CAP. I.		
I	IV P. & B. Sect. ſec.	
II	IX P. & B. (Rect.) Sect. prim., & XI F. Rect.	
III	VI P. & B. (Rect.) Sect. prim., & VI F. Rect.	
IV	VIII P. & B. (Rect.) Sect. prim., & X F. Rect.	
V	VIII P. & B. Sect. ſec.	
VI	II } B. (Rect.) Sect. prim., & F. Rect.	
VII	III	
VIII	IV F. Rect.	
IX	V } P. & B. Sect. ſec.	
X	VI	
XI	VII	

Digitized by Google

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTS. &c. IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.	
XII	VII P. & B. (Rect.) Sect. prim., & F. Rect..	
XIII	VIII F. Rect.,	
NOTA	NOTA.	
XIV	IX F. Rect..	
SCHOLION	extremo margini F. adſcript..	
XV cum NOTA	V B. (Rect.) Sect. prim., & V F. Rect..	
XVI	X P. & B. (Rect.) Sect. prim., & XII F. Rect..	
XVII cum SCHOLIO	LXXXI P. & LXXVIII B.	Sect. ſec..
XVIII	LXXXII P. & LXXIX B.	
XX	XXII P. & B.	
XXI cum NOTA	XXIII P. & B.	
XXII	LXXX P. & LXXVII B.	
XXIII cum SCHOLIO	LXXXV P. & LXXXII B.	
XXIV	LXXXVI P. LXXXIII B.	
SCHOLION I & II cum NOTA	SCHOLION	
CAP. II		
I cum SCHOLIO	XIII P. & B. (Rect.) Sect. prim., & XV F. Rect.,	
II	XXII P. & B. (Rect.) Sect. prim., & XXIV F. Rect..	
III	XXIII P. & B. (Rect.) Sect. prim., & XXV F. Rect.	
IV	XXIV P. & B. (Rect.) Sect. prim., & XXVI F. Rect..	
V	XXV P. & B. (Rect.) Sect prim., & XXVII F. Rect..	
VI	LXXXVII P. & LXXXIV B.	Sect. ſec..
VII	LXXXVIII P. & LXXXV B.	
VIII	LV P.	
IX	LVI P.	
X	LVII P.	

Digitized by Google

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTS. &c. IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN SCHEDIS HIS REPERTUS.	
XI cum Scholio	XXVI P.&B. (Rect.) Sect. prim. & XXVIII F. Rect..	
XII	XXVII P.&B. (Rect.) Sect. prim. & XXIX F. Rect..	
XIII	XCVII P.& XCIV B. Sect. sec..	
XIV cum NOTA	XXVIII P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XXX F. Rect..	
XV	XXIX P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XXXI F. Rect..	
XVII	XXXI P.&B. (Rect.) Sect. prim. & XXXIII F. Rect..	
XVIII	XXXII B. (Rect.) Sect. prim. & XXXIV F Rect..	
XX	XXXIII B. (Rect.) Sect. prim. & XXXV F. Rect..	
XXI	XXXIV B. (Rect.) Sect. prim. & XXXVI F. Rect..	
XXII	XXXV B. (Rect.) Sect. prim. & XXXVII F. Rect..	
XXIII	XXXII P &XXXVI B. (Rect.) Sect. prim. & XXXVIII F. Rect..	
XXIV	XXXIII P.&XXXVII B. (Rect.) Sect. prim. & XXXIX F. Rect..	
XXV	XXXVIII P. & XLVI B. (Rect.)	
XXVI	XXXIX P. & XLVII B. (Rect.)	
XXVII	XL P.&XLVIII B. (Rect.)	
XXVIII	XLI P & XLIX B. (Rect.)	
NOTA	NOTA	Sect. prim..
XXXI	XLIII P. & LI B.	
XXXII	XLIV P. & LII B.	
XXXIII	XLVII P. & LV B.	
XXXIV	XLVIII P. & LVI B.	
XXXV cum NOTA	XLIX P.&LVII B.	
XXXVI cum NOTA	L P. & LVIII B.	

Digitized by Google

Ad Partem 1 Annotatio 2 de Diſtinctione Definitionum.

ORDO DEFINITIONUM JUXTA SCHEDAS POLTS. &c. IMPRESSARUM.	ORDO DEFINITIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.
XXXVII	XI P. & B. Sect. ſec..
XXXVIII	XLII P. & L B Sect prim..
CAP. IV	
I	XIV P. & B. (Rect.) Sect prim. & XVI F. Rect..
NOTA	NOTA.
II	XV P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XVII F. Rect..
NOTA	NOTA.
III	XVI P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XVIII F Rect..
NOTA	B. & F. parentheſi incluſ.
IV	XVII P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XIX F Rect..
V	XVIII P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XX F. Rect..
NOTA	B. parentheſi incluſ..
VI	XXX P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XXXII F. Rect..
VII	XIX P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XXI F. Rect..
VIII	XX P. & B. (Rect.) Sect prim. & XXII F. Rect..
IX	XXI P. & B. (Rect.) Sect. prim. & XXIII F. Rect..
CAP. VI	
I	XXXIV P. & XLI B (Rect.) Sect. prim. & XLIII. F. Rect..
II	XXXV P. & XLII B (Rect.) Sect. prim. & XLIV F. Rect..
III	XXXVI P. & XLIII B. (Rect.) Sect. prim. & XLV F Rect..
IV	XXXVII P. & XLIV B. (Rect.) Sect. prim. & XLVI F. Rect..
V	XLV B. (Rect.) Sect. prim. & XLVII F. Rect..
VI	XXXVIII } B. (Rect.) Sect. prim..
VII	XXXIX } B. (Rect.) Sect. prim..
VIII	XL } B. (Rect.) Sect. prim..

Digitized by Google

III

DE GALENI LOCO DEFINITIONIBUS PRÆFIXO.

Auctor in Scheda quadam: *Definitionibus Phyſicis* noſtris *præfigantur* 1
verba *Galeni de Stylo Euthyphraſtico* (hoc eſt Geometrico).

Quærenti vero mihi *nullus Locus aptior* Auctoris Propoſito breviter & per- 2
ſpicue exponendo occurrit, quam qui *l. 1 Method. Medendi c. 8* exſtat, præſertim propter prima & ultima ejus loci verba, ut non dubitandum exiſtimem, hunc ipſum ab Auctore ſignificari.

In qua ſententia magis confirmor, quod *Auctor* in inſigni *Oratione de Phi-* 3
loſophiæ Studio recte inchoando (quam brevi, ſi Deus voluerit, in publicam lucem proferemus) hunc quoque locum, ubi de prima Mathematicæ Inſtitutionis Virtute, id eſt, Perſpicuitate, adduxerit, & ſubjecerit alii *Loco* gemino ex ejuſdem libri Galeni c. 5 circa finem, deſcripto, prolixiori tamen nec æque clare Inſtitutum *Doxoſcopicum* exprimenti.

Adſcribam tamen & hunc, ut conferri poſſit cum eo, quem Definitio- 4
nibus præfixi.

» Καθ᾽ ἕκαστον τῶν Πραγμάτων ἴδιον Ὄνομα
» θέμενον, οὕτω περαίνειν † ἅπαντα τὸν ἑξῆς
» λόγον. Οὐκέτ᾽ οὐδαμόσε μεταπηδῶντα καὶ
» μεταφέροντα τῶν Ὀνομάτων οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἀκρι-
» βῶς διαφυλάττοντα, καθ᾽ ὅπερ ἂν αὐτὸς
» ἐξ ἀρχῆς ἐπιτέθειται Πράγματος. Καὶ
» γὰρ σαφὴς οὕτως ἡ Διδασκαλία γίνεται
» καὶ τῶν παρὰ τὰς Ὁμωνυμίας Σο-
» φισμάτων ἐκτὸς, καὶ ῥᾳδίως ἐξελέγ-
» χεται τὰ μάτην προσκείμενα, καὶ διὰ τα-
» χέων εὑρίσκεται τὰ λείποντα, καὶ
» τά τε διαφωνούμενα καὶ τὰ συμφωνούμενα,
» μάλιστα ἐν ταῖς τοιαύταις Ἑρμηνεί-
» αις ἀκριβῶς γνωρίζεται.

† παραίνειν vitioſe in Aldin. edit.

Unicuique Rei ſuo Nomine 5
impoſito, ſic abſolvas reliquum ſermonem. Ut nec deinceps mutes nec transferas Nomen ullum, ſed perpetuo uſurpes de eadem, cui ipſe ab initio impoſueris, Re. Et 6
enim dilucida ſic Doctrina efficitur, & ab iis, quas Æquivocatio parit Fallaciis libera, & facile deprehenduntur fruſtra addita, & celeriter inveniuntur quæ deficiunt, & quæ conſonant, quæque diſſonant, maxime in hujuſmodi Expoſitionibus exacte diſcernuntur.

Utrique autem Galeni loco Auctor in Oratione illâ Interpretamen- 7,
« tum ſubjungit hoc: *Qui in erudito pulvere prorſus hoſpes & Styli Geometrici*
« *omnino imperitus non eſt, nihil aliud præcipere hic Galenum fatebitur, niſi ut*
« *Geometrarum Stylum imitari, æmulari, exprimere ſtudeat is, qui de quacunque*
« *materia aut propoſito exacta cum Perſpicuitate verba facere, hoc eſt, ambigendi,*
« *cavillandi, diſtinguendi occaſiones omnes antevertere & præcidere concupiſcit.*

Cete-

Digitized by Google

8 Ceterum quod Loco Galeni Definitionibus præfixo *adjectum* a me vides, *ex Involucro ſciſſo*, cui Titulus: DEFINITIONES PHTSICÆ, eo transtuli. Infra Titulum ſtatim: quæ quia præſuppoſitæ ſunt &c.. Sequebantur deinde aliena ab illo Titulo pariter atque a toto hoc Opere.

IV

DE PROOEMIO.

1 I MONITUM acceptum eſt *ex Scheda* anno 1643, Februario ſcripta, cui Titulus MONITA DEFINITIONIBUS PRÆMITTENDA.

2 II *ex duabus* Schedis. Nam prima Sectiuncula & ſecundæ Periodus prior in una & eadem Scheda (anni 1629, Octobr., hoc Titulo: de Definitionibus Antiſagogicis in genere) continentur, *mutatâ* tantum *ter ſecundâ perſonâ* in
3 primam. Periodus vero ultima *ex alia* Scheda eſt, ſed ejuſdem forte ætatis, *dispunctâ* tamen *voce Termini*, ſub qua Notionem Vocabuli, ſive, ut Cicero de Finib. l. 3 poſt init. vocat, *Verbi privati*, Barbare ſubjici ab Auctore in Lectionibus aliquoties admoniti fuimus.

4 III item *ex duabus* Schedis. Quæ Sectiunculam 2 ſuppeditavit, producta eſt Annotat. 2 ſectiunc. 3.

5 IV ex Scheda Titulo *Differentiarum Corp.*, & adjecto ſigno NB. Non pertinent huc, quæ Monito iſti adſcripſit: Rudem cognitionem Elementorum ſive quatuor Simplicium Corporum præſupponunt Morphitæ, ut Zabarel. l. de conſt. etiam ante libros de Cælo.

V

DE SECT. I DEF. IV.

1 Sectiunculæ 3 *pars ex hac* Scheda: Attrib. Diſſimil. *Spong.* ſive Cav. ut *Pan.*, *Pum.*, &c.. Spongioſus pro σπογγιώδης Spongiæ ſim. per Æq. Aſſ..

ADDEND. Sectiuncula 4 *accedere* poteſt hæc: 2

Quædam Attributa nonniſi reſpectu Tenuitatis Figuræ conveniunt, ut *Flexibilitas* etiam *Vitro*, & *Textilitas Auro* & *Argento* competunt, non Amianto tantum. Itaque & hæc Diſſimilaria ſunt.

Ex Scheda quæ inſcribitur *Attributorum Differentia*, *omiſſis* iis quæ poſt 3
hanc Sectiunculam in ipſa leguntur: Figuraquoque Attributum Diſſimilare eſt. At inclinatio illa in Salibus quibuſdam ſub certis Figuris coagulandi.

VI

DE SECT. I DEF. V.

S*cheda Vetuſtior*, cui Titulus *Species*, Vocabulis *Conſpecialium* & *Conſpecificorum auxit* Sectiunculam 1, duas *reliquas* ſibi quoque vindicans, ita cum 1
parte primæ in ea comprehenſas:

Corpus Corpori dicitur *Conſpeciale* vel *Diſpeciale*. Ita *Glac. Aq.* 2
eſt Conſpecifica vel Conſpecial., itid. *Pl. Liq.* ſ. F. Pl. *S.* C..

Conſpecialia ſunt *inter quæ Mut.* eſt r.. 3

Ad marginem versûs *Corpus Corpori* &c.: *Dibis.*; ad marginem versûs 4
Conſpec. &c.: *Defin.* notatum legitur.

VII

DE SECT. II PORT. I CAP. I DEF. I.

Inſerta eſt ex Scheda, cui Titulus erat: DEFIN. pro COMP. (num Com- 1
pendio? an Compendiis?) PHYS.. Vox SYNHYPOSTATICUM erat parentheſi incluſa, quæ tamen *extra parentheſin commodius* legi viſa eſt, tum quod hæc Definitio omnium Peripateticarum *prima*, vocem eam ex Capitis Titulo quaſi ſubaudiendam minus apte relinqueret, tum quod in *Portion.* 2 C. 1
Definitione 16 Vocem HYPOSTATICUM ſimiliter *extra Parentheſin* reperirem.

Deinde *pro* dictione *Eſſentialis* ſubſtitui *Subſtantialis*, quia in Polthani, 2
PARS SUBSTANTIALIS definita erat.

VIII

Digitized by Google

VIII

DE SECT. II PORT. I C. I
DEF. II.

1 Vox *Eſſentialis* a me adjecta eſt, quæ in *Scheda proxima* legebatur *in Definitionibus Principii* Synhypoſtatici (uti modo dixi) & *Partis Eſſentialis*. Hujus enim Definitio illius ſubjungebatur. P. *Eſſentialis* eſt Pars, quæ *Comp. int.*
2 *unit.* eſt, h. e. ita ut ſe invicem penetrent. Reliqua iſtius Schedæ poſſunt eſſe NOTÆ loco Definitioni huic addendæ: ADDEND.

Principium Tranſmutationis dicitur etiam *Privatio*, hoc eſt, abſentia futuræ Formæ cum aptitudine ad eandem.

3 In *alia* Scheda: P. Eſſ. dicitur, quæ *ſuæ Comp.* penetranter eſt
4 *unita*, ſive quæ *intime* præſ. eſt *ſuæ Comp.*. Sequuntur in eadem hæc: Id quod in locum intereuntis Eſſentialis Partis ſuccedit, id proximâ Tranſmutatione interire. Item id quod priori Tranſmutatione manet.

A B | B C | C D | D E.
interit interit interit
A B C.

At qui Tranſmutationem per Superinductionem faciunt, ut Fernelius in Mixti Generatione & Zabarella in Animati Generatione, neu-
5 tram Hypotheſin defendunt. De quibus ordinandis non fui ſollicitus, cum *locum commodum* qui reciperet *neſciebam*.

6 Ceterum in Sectiuncula 3 poſt dictionem Partes, vocem *Synhypoſtaticas* in Polſianis Schedis voci *Syſtaticas* minus apte ſubſtitutam tanquam *Ordinem turbaturam rejeci*. Pars enim Synhypoſtatica demum in Portion. 2 C. 1 definiri ex ordine potuit.

IX

DE S. II PORT. I C. I
DEF. IV, ejuſque NOTA.

1 Ex *recentiori* Scheda anni ſcilicet 1650, menſis Maji, expreſſa eſt Definitio, ſucceſſitque in locum hujus quæ *in Polſianis* Schedis legitur:

INHÆRENTIA dicatur, quicquid alteri ut Subjecto inexſiſtere ſive inhærere natum eſt, ita ut & *penetret* Subjectum & ab eodem *penetretur*, quodque ſi inhærere deſinat, exſiſtere deſinit. Eſtque vel Qualitas vel Modus Entis.

Quam ſine dubio *corrigi* voluit ex duabus Schedis uni Involucro, quod 2
inſcribitur IN DEFINITIONIBUS PHYSICIS CORRIGENDA, dicatis,
hoc loco quoque a curioſo Lectore non negligendis.

Prima anni 1632, menſis Novembris, Involucri Inſcriptioni repetitæ IN- 3
HÆRENTIÆ Inſcriptionem additam habet. Subjicit: 4

Non omnis Modus penetrat.

Tactus videtur eſſe modo in *Puncto*, modo in *Superficie.* 5

Fluiditas ſive Liquiditas non ineſt toti Corpori. Nec enim 6
Atomi ipſæ ſunt Fluidæ. Prædicatur tamen de toto Corpore Senſi-
li, ſicut de Copia *Arenæ* aut *Frumenti* prædicatur, quod ſit in Figu-
ram Metæ Acervabilis. Illa *Acervabilitas* ita ſe habet ut Liquidi- 7
tas. Liquidum enim eſt, quod Vaſi quidem ſe accommodat, ſed
acervari nequit, niſi in modica quantitate Guttarum.

Ex cujus Schedæ *ætate* forte *argumentum* duci poterit ſententiam meam 8
de ætate Polſiani Apographi Annotat. 1 ſectiunc. 13 propoſitam amplius confirmans.

Altera ejuſdem anni, (uti colligitur ex ♀ dici Veneris ſigno Maji 11 ad- 9
poſito), hæc continet:

Accidentia Subjectum non penetrantia *Superficies*, (*Linea*, *Punctum*), *Figura*, *Tactus*.

Bunkiani quidem Apographi *Sectioni primæ* Auctor adjecerat aliam Inhæ- 10
rentiæ Definitionem *cum Nota*:

INHÆRENTIA eſt Ens, quod alteri *Enti inhæret*, ſive inexſiſtit, 11
ab eo proprie *non ſeparabile*, ut *Tactus*, *Vicinitas*, *Diſtantia*, *Motus*.

N. *Non omnis* Inhærentia *penetranter* inhærere dicitur, verbi gratiâ 12
Tactus.

Verum Definitio in Fiſcheriis Schedis, licet auctior duabus voculis (præ- 13
ſertim Subſtantiæ) inter voculas Enti & inhæret interjectis, inducta cernitur, Notâ plane omiſſâ.

Ut finiam hanc Annotationem, NOTÆ Definitionis 4 *prior pars* eſt 14
ex eadem *Scheda*, *unde* ipſa *Definitio* fuit deſcripta, & Aſſertioni Annotat. 11
ſectiunc. 2 exhibitæ adhæret; *poſterior*, quæ ſcilicet voculam *Inhæſionem* ſub-

ſubſequitur, *Schedæ*, quam hîc *ſectiunc.* 3 ſignifico, extremo adnectitur hoc poſitu:

Inhærentia eſt ipſa res { *Inhæſio*, actus inhærendi, / *Inhæſivitas*, aptit. inh..

X

DE S. II PORT. I C. I
DEF. V.

A*ucta* eſt, præcipue quod ad Sectiunc.2, *ex Incertarum* (quas dixi Annot.1 ſectiunc.19) *Disput.at.*1 *Theſ Phyſica* 12, hac nempe: MODUS ENT. (ſive *Semiens*) alius Subſt. &c..

XI

DE S. II PORT. I C. I
DEF. VI.

1 P*arentheſis* acceſſit *ex Scheda* quæ *Annotationem* 9 orditur. Inhærentiæ
enim Definitioni eâ Schedâ comprehenſæ ſtatim adjuncta hæc leguntur:
Si *late* ſum. Inh, etiam id quod *Forma* Subſtantialis dicitur, *Inhæren-*
2 *tia* eſt; Et porro:
Utrum ſint *Inhærentiæ* hujuſmodi quæ *Potentiâ Activâ* ſint *prædi-*
tæ, quales ſtatuuntur *Formæ* Subſtantiales & *Qualitates* a Peripateti-
3 cis, id admodum *dubium*. Quæ Aſſertio, cum nihil præceſſerit de Inhæ-
rentiis Potentiâ Activâ præditis, *commode in Definitiones inferri non* potuit.

XII

DE S. II PORT. I C. I
DEF. VIII.

1 In Polt ſianis Schedis Nomen definiendum Auctor Formæ Subſtantialis Defi-
2 nitioni ſubjecerat, *Notione Definitivâ* non expreſſâ. Quam *Schedæ* cu-
juſdam *recentioris* Titulo DEFINIT. Infimæ parti ſubnexam huc tranſtuli,
Plurali tamen Numero *in Singularem* mutato, *ex regula*, quam ad Logicæ

" Hamburgenſis l. 4 c. 3 olim nobis dictabat: *Definitio fiat in Numero Sin-*
" *gulari*. *Ita* enim *magis* erit *perſpicua*, & *commodius ad* quodvis *Sin-*
" *gulare applicari* poterit.

XIII

DE S. II PORT. I C. I
DEF. IX

Vox *Naturalis* eſt *ſubſtituta* voci *Caduci*, quæ in Polſianis legebatur. 1
Quia enim Definitioni Formæ Subſtantialis ibi adjectum *Scholion*, quod 2
Corpori *Caduco* Definitiones *adſtringit*, *inductum* erat, malui expungere vo-
cem Caduci, quam ſervatâ eâ Lectoris mentem ſuſpenſam relinquere, præ-
ſertim cum jam ante in 1, 7 & 8 Definitione Corporis *Naturalis Notio* præ-
ceſſiſſet.

Accedit, quod *in Definitionibus pro Peripato* in privato Collegio Phyſico 3
1650 nobis dictatis, *unde Sectiuncula* 3 tranſlata eſt, legatur: Materia Cor-
poris *Naturalis* alia Prima &c..

SHOLION autem iſtud ne quis deſideret, adponam: 4

> De *Forma Cæli diſſentiunt* Peripatetici. Alii illud *Corpus* prorſus (1)
> *Simplex*; Alii *ex Materia & Forma Compoſitum* ſtatuunt.
>
> *Nos* jam præcipue in Corpore noſtræ Tractationi expoſito, hoc (2)
> eſt, *Caduco* verſamur. Ubi *ad Cæli contemplationem* perventum fuerit,
> *num ampliari* poſſit *Definitio Formæ*; ut & *Materiæ* Subſtantialis, ita
> ut Cæleſti conveniat, conſiderabimus.

Quod ad *Sectiunculam* 2 attinet, *ex Scheda*, cui Titulus: *Definitiones*, ac- 5
cepta eſt: MATERIA *Subſtantifica* eſt, quæ &c..

XIV

DE S. II PORT. I C. I
DEF. X
XI
XII
XIII
& XIV.

Defi-

1 Definitionis 10 Sectiuncula 2 & 3;
Definitionis 11 Sectiuncula 2;
Definitiones 12
13
14 integræ ſunt *ex Definitionibus pro Peripato* proxime ſuperioris Annotationis ſectiunc. 3 dictis, eo ordine ibi unâ alteram ſequentes

2 quo impreſſas legis. DISPOSITIONEM vero MATERIÆ *potius* quam DISPOSITIONES definire volui eandem ob cauſam, de qua Annotat. 12 ſectiunc. 2.

3 *In Scheda* Titulo hoc: *Definitiones pro Dogmatibus*, ejuſdem ætatis, cujus eſt, quæ Annotationis 13 ſectiunc. 6 indicabatur, (ut ſimiles literarum ductus docent) *Nomina Definienda* exprimuntur hæc:

MATERIA SUBSTANTIALITER SECUNDA;
MATERIA ACCIDENTALITER SECUNDA;
Materia ſufficienter Diſpoſita.

XV

DE S. II PORT. I C. I
DEF. XVI.

1 Cum Definitio 15 mentionem Actûs intuliſſet, nolui hîc omittere ACTUS Definitionem, quæ *in Theſibus ad Burgersdicii Idea Philoſophia Naturalis Diſputationem* 2, 1653 dictatis *ſecundo loco* reperiebatur, præſertim cum prima Theſis contra Diſputationis illius Theſin 14 *nihil definire* eum aſſereret, *qui definiat Formam per Actum, non ante definito Actu.*

2 *Subnexa* ibidem erat Actûs Definitioni *Definitio* Actûs Subſtantialis, com-

3 modius hîc legi viſa, ne Formæ Subſtantialis Definitionem turbaret. Eſt autem hæc:

ACTUS SUBSTANTIALIS eſt *Actus*, qui *cum Ente quod perficit, in unam coit Subſtantiam Completam.*

XVI

DE S. II PORT. I C. I
DEF. XVII.

1 *Parentheſis & Sectiunculæ* 2 *inſertæ Voces (cum* Materia Prima Subſtantialiter*) ex Plemnieis Schedis* huc tranſportatæ ſunt, ubi ad Burgersdicii Collegii *Diſputat.* 3 Theſin & *Theſis* 30:

Digitized by Google

FORMA *Subordinata* eſt, quæ cum Materia Prima Materiam Subſtantialiter Secundam conſtituit.

Et *Theſis* 31: 3

Per *Præcedentem* Formam Auctor intelligit Subordinatam Formam.

XVII

DE S. II PORT. I C. I
DEF. XVIII
& XIX.

Hæ duæ Definitiones *ex Scheda* adjectæ ſunt, cui Titulus: *Definitiones Phyſicæ.*

XVIII

DE S. II PORT. I C. II
DEF. VI
VII ejuſq; NOTA,
& IX.

Scheda recentior Definitiones hoc ordine exhibet: 1

SPERIMERE &c.. 2

TERM. MUTAT. A Q. eſt, qui *p. Mut. int.*. 3

TERM. MUT. AD Q. eſt *res q.p. M.or.*. 4

In Calef. Term. a q eſt *F.* T. ad q. eſt *C.*. 5

In Mutat. Ter. in Aq. T. a q. eſt *F. T.* ad q. eſt *F. A.*. 6

Cum *Lapis deorſ. c.*, *e. in ſup. L.* eſt T. a q., *e. in inf. L.* eſt T. ad q. 7
M. h., h. e. L..

NB deinde præfigitur iis quæ NOTAM hic conſtituunt. 8

XIX

Digitized by Google

XIX

DE S. II PORT. I C. II
DEF. VIII.

Continebat Definitionem hanc *Scheda*, Titulo *Definit. Addend.*, & *ſubjiciebatur* Definitio hæc :

MUTARI dicitur CORPUS, cujus *Attributa variantur*, ſive Attributum aliquod *priſtinum deſinit*, vel *novum incipit*.

XX

DE S. II PORT. I C. II
DEF. X
& XI.

Ex *Scheda* anni 1642, *Julii* menſis, Titulo *Definitiones Phyſicæ*.

XXI

DE S. II PORT. I C. II
DEF. XII
& XIII.

1 Ex *Plœmnicis* Schedis ad Burgersdicii Collegii Phyſici *Diſp*.3 Theſin 2,ubi *Theſis* 5 hæc legitur :

Ad doctrinam hanc (de Privatione) ex Ariſtotelis mente recte proponendam *ex lib*.1 *Phyſ. textu* 43 *Definitiones eliciendæ* ſunt duæ ſequentes.

2 *Theſis* 6:

ID QUOD FIT PER SE &c..

3 Theſis 7:

PER ACCIDENS &c..

4 Theſis 8 poteſt SCHOLION eſſe harum Definitionum : ADDEND.

Unde patet, Franconem Burgersdicium *minus recte* loqui, dum Colleg.
" Phyſ. Diſp.3 Theſ.2 dicit, *id quod per ſe fit, fieri ex ſuo Contrario*, cum

d de-

debuerit ita loqui, *Id quod fit, ex ſuo Contrario per ſe fit; ex alio* vero quovis *per accidens*. Omne enim quod fit, & per ſe fit, & per accidens fit; & omne quod interit, in aliquid per ſe interit, & in reliqua per accidens interit.

XXII.

DE S. II PORT. I C. II DEF. XIV, & ejus SCHOLIO.

1 Definitio *ex duabus Schedis* quomodo concinnata ſit, ex collatione earum cognoſcat qui cupit.

2 Altera *Loci* Titulo hæc ſubjicit:

Ferri vel *Cieri* vel *Citari* (ita Scegk. ſæpe).

Citatio, Latio, Motus Localis.

ADD. PORT. II.

3 Unde *Portionis* 2 *Definitio Phoranomica* 7 Vocabulis *Cieri* & *Citari* augeri poteſt.

4 Sequitur deinde:

VARIARI dicitur (pro eo ſæpe dicitur *Mutari*) quod *tollitur ſubſt. al.*.

5 Ita *Tur. var. cont. Loc.*, q. al. atque al. Sup. amb..

6 *Ariſtotelis verſutiam non* ſatis *perſpiciunt*, qui ipſi *objiciunt* exemplum *Turris* in Aere, *Pali* in Aqua. Nam certe *variatur* Superficies Palum, Turrimve continens, *non movetur*. (De quo amplius in Doxoſcopiis Majoribus Exercitat. de Loco).

7 Ut ſi quis Veſtem variet (alias mutet) *Mutatio* (ſive Vera ſive Apparens) eſt in eo *qui Veſtes variat*.

8 Qui *erubeſcit*, *Col.* var., ipſe *mut.* Col. n. mut. ſ. var..

9 Ita *Mat. Pr. var. F.*; *Tot. Comp. Transm.*, ipſa Mat. Pr. *mut.* r. d. ſc. *Extr.* & Denom., ſicut *mut.* is, *q. Veſt*, R. *ex.* & *N. ind.*.

10 Altera *Definitionum Phyſicarum* Titulo hæc adjungit:

VAR. dic, quod *tol. ſubſt. al.*.

11 Ita *Tot. mut.*, *Mat.* autem *var. E.*.

Tur-

Digitized by Google

12 *Turris var. Superficiem.* Vid. Tit. Locus.

13 Qui *erub., C.v., i. m..*

14 Qui *Veſtes alias ind., var.* Veſtes, ipſe *mut..*

15 SCHOLION acceſſit *ex alia* Scheda, Titulo *Definitionum Phyſicarum,*
1643 *Februar.*, ubi *Sectiuncula 2 excipit* Sectiunculam 6. *Averrois & Zaba-*
16 *rellæ loca nulla* indicaverat. *Malui* autem duas has Definitiones *propter* 10
& 11 *Definitionem Scholii vice* fungi, quam cum confuſione aliqua reliquis
Definitionibus annumerari.

XXIII.

DE S. II PORT. I C. III
DEF. I
& II.

1 In *Scheda* Titulo *Addend. Definit.* hæc legi:
CONCRETE CONTRARIA Simplicio dicuntur *Partic. Contr.*
in Poſtprædic. c. de Contr. § 10.
ABSTRACTE CONTR. dicuntur *per ſe* Contr..
2 Infra: *Expellere Formaliter* quæ ſibi ſuccedunt.
Effective.
(ex Suareſio).

3 In *Definitionibus* autem *pro Peripato* 1650 dictatis (quarum primam mentionem ſupra ad c. 1 Definit. 9 ſectiunc: 3 fecimus) Definitioni *Materia Subſtantialiter Secunda* ſubjungitur hæc *Diviſio*:
CONTRARIA accipiuntur vel *Abſtracte* vel *Concretim.*
4 Deinde:
ABSTRACTE *Qual. Qual., F. F., Inh. Inh.* Contr. dic., eaq; vel *Late* vel *Stricte.*

5 Ultima Definitio hæc erat:
CONCRETIM CONTR. dicunt. SUBST. (ſive alia SUBJ.) q. *Abſtr. Cont. per vic. inh..*

6 *Definitionis* denique 2 *Sectiunculam* 3 tranſtuli *ex Scheda* inſcripta: *Contraria Abſtracte ſumta.* Quæ præter Græca Ariſtotelis verba ex l. 12 Metaph. &c. ejuſque interpretatiunculam nihil continebat.

Digitized by Google

XXIV

DE S. II PORT. I C. III DEFINITIONIS IV NOTA.

ADDEND. NOTA accedere poteſt hæc: 1

Succeſſiones igitur *hæ* Formarum (vel quantum ad Realitatem, eamque aut Eſſentiâ Integram aut Refractam; vel quantum ad Officium Actuandi) *non* conveniunt *univoce.*

Ex *Scheda,* quæ Titulo *Definitionum Phyſicarum* hujuſmodi ſubjicit *Tabellam*; 2

Succedit Forma Formæ vel quantum ad	*Non* conveniunt *Univoce*	*Realitatem* vel *Eſſentiâ*	*Integram* / *Refractam.* Ut *in Miſti Atomis* ſuccedunt *Inchoamina trium Formarum, uni Excellentiæ expulſæ*, v. g. Inchoamina *Aeris*, *Aquæ*, *Terræ* ſuperiorib. Gradibus Formæ *Ignis* expulſis.
		Officium Actuandi	

Infra Tabellam hæc leguntur: 3

Forma Miſti ſimilis ſibi quidem eſt *in toto Miſto*, verum ejus *alia* atque alia *Pars præexſtitit* in aliis atque aliis Syſtaticis Miſti Atomis.

Quæ de Refracta Forma & de Forma Miſti ſibi ſimili hic dicuntur, *conferri* poſſunt cum c. 10 Definit. 12. 4

Digitized by Google

XXV

DE S. II PORT. I C. III
DEF. V.

1 Vocula *Late* adjecta eſt *ex Diſputationis 4 in Jacchæum Theſi 27:*
Formarum Subſtantialium Contrarietas cum *Stricte* dicta *Qualitatum* Contrarietate *Synonyme* convenire, hoc eſt, ad communem Notionem Synonymicam revocari poteſt, ſi verbi gratiâ *Late* Contrarias *Formas* dicamus, quarum *una alteri in communi Subjecto* PROXIME *ſuccedere* poteſt.

2 Erat eadem Vocula *in Definitionibus pro Peripato* Annot. 23 ſectiunc. 3 laudatis, quamvis ibi poſt Abſtracte Contrariarum Diviſionem definiantur

Late ABSTRACTE CONTRARIÆ QUALITATES, quæ *ſub eodem Genere maxime diſtant.*

XXVI

DE S. II PORT. I C. III
DEF. VIII, ejuſq; NOTA,
XI
XII
XIII, ejuſq; NOTA.

1 Auctæ ſunt hæ Definitiones partim ex *Diſputationis 4* Theſibus in Jacchæum, partim ex Definitionibus pro Peripato.

2 DEFINITIONIS VIII Sectiunculæ 1 addita ſunt illa: id eſt perim., ab., cor., *ex Definitione pro Peripato Stricte* ſive *Peremtorie* Contrariarum QUALITATUM, ubi vocis *expellunt* erant interpretamenta.

3 Sectiuncula 4 integra, ſi dictionem MUTUÆ & particulam ſive excipias, acceſſit *ex Theſibus in Jacchaeum*, 19 ſcilicet, 20, & 21.

4 Theſis 19:

Formæ *Stricte Contr.* ſ., quar. *utr. alter.* t. *eff.* t. *ſuc.* e com. Subjnata eſt *exp.*, ut *Calor* & *Frigus*.

5 Theſis 20:

Effective expellit Forma Formam, ſi illa hanc interimat, corr., abol..

 The-

Digitized by Google

Theſis 21: 6

Succeſſive expellit Forma Formam, ſi illa huic in communi
Subjecto ſuccedat, (hoc eſt, ſi illa in eo Subjecto exſiſtere incipiat,
in quo hæc exſiſtere deſinit).

Omiſi tamen, ut v[illegible] quæ *parentheſi* in Theſi 21 coercui, ex hujus capi- 7
tis Definitione 3 rep[illegible]da.

Sectiuncula 5 rurſus eſt *ex Definitionibus pro Pe-* 8
ripato. Et prior quidem ejus Periodus eſt Definitio hujus Annotationis ſe- 9
ctiunculâ 2 indicata, trigeminis tamen illis vocibus (perim., abol., corr.)
hîc orba, quippe quæ ad primam vocis expellere mentionem aptius, quam ad
tertiam Lectori occurrerent. Poſterior vero Periodus ſequebatur ibi ſta- 10
tim Definitionem quam dixi:

Commune illud Subj. com. &c..

NOTA eſt *ex Theſin Jaccbaum* 23 cum 22 (vide Annot. 25) conferenda: 11

Quædam Subſtantiales Formæ etiam arctiori Contrarietate ſibi op-
poſitæ ſunt, dum nimirum utraque alteram tam ſucceſſive quam ef-
fective expellit, licet ea *Expulſio non* eo *ſenſu ſucceſſive* fiat, *quo Mu-
tat. Succ. a Mom* diſcern..

DEFINITIO XI voculam *Improprie* & *Sectiunculam* 2 acceptam refert *De-* 12
finitionum pro Peripato recentiori Exemplari. In *vetuſtiore* enim pro *Impro-
prie* legitur *Metaphorice*, & Sectiunculæ 2 *comma ultimum* plane *deeſt*. Re-
centioris vero Definitio hæc ſtatim excipit Definitionis impreſſæ 8 Sectiun-
culam 5:

Improprie CONTRARIÆ dic. FORMÆ Subſtantiales, qua- 13
rum una deced. &c..

Mallem vero in Definitionis hujus Sectiuncula 2 *ſublatam* particulam 14
Sive & quæ eidem adhærent, NOTÆ hujuſmodi inſeri:

Improprie *etiam* Contrariæ dicuntur Formæ Subſtantiales, qua-
rum *una decedit, altera ſuccedit in eadem Materia, nec* tamen *utra-
que ſuccedere* ſemper nata eſt.

Ita enim particulæ Sive aliam ſignificationem ab ea quam hactenus in 15
Definitionibus obtinuit, tribui nil opus eſt.

ADDEND. Addi etiam poteſt SCHOLION II *ex Phœnnicis Schedis*, ad Diſputationis 16
ſcilicet 3 Theſin 10 Theſis Auctoris 34:

Peripaterici, quando *Formam Subſtantialem Formæ Subſtantiali* (1)
dicunt eſſe Contrariam, de *Contrarietate improprie* dicta intelligi
„ volunt. Ideo Burgersdicius ſæpius negat *Formas Subſtantiales eſſe* (2)
„ *Contrarias*, ut Diſput. 8 Theſi 4, Diſp. 14 Theſi 5, nimirum proprie
dicta Contrarietate.

DEFI-

Digitized by Google

17 DEFINITIO XII *ex eodem* recentiori exemplari eſt, (vetuſtius enim exempla non ſubjicit) niſi quod pro REMOTE ibi legatur *Late.* Vide Annotat. 25.

18 DEFINITIO XIII, ejuſque NOTÆ *Periodus prior* reſpondent *Theſi in Jacchaum* 18 & 17. Periodus vero *poſterior ex Definitionibus pro Peripato* accepta, proxime ſequitur Improprie Contrariarum Formarum Subſtantialium Definitionem.

XXVII

DE S. II PORT. I C. IV.
DEFIN. I
II
III
& IV.

1 Quicquid hic adjectum reperis, id omne eſt *ex Scheda* hac Inſcriptione: *Definitiones Dogmatibus inſervientes*, ubi hoc ordine leguntur hæc:

MATERIA TRANS. dicitur Corpus Natur. alter. C.N., ſi ut hoc or., illud int. nec.ſ..

2 MAT. TRANS. PROX. dicitur A ipſius B, ſi *B* fiat ex *A*, ſive ſi Formæ A ſuccedat Forma ipſius B in com. Mat. Im..

3 MAT. TR. REM. dicitur A ipſius D, ſi A ſit Prox. Mat. Tr. ipſius B, & B Prox. Mat. Tr. ipſius D.

4 Vel ſi *A* quidem ipſius *B*, aſt *B* ipſius *C* & *C* ipſ. *D Mat. Tr. Pr.* ſit, & tum quidem A REMOTIOR dicitur MAT. ipſius C quam ipſius D.

5 Mat Prox. Tranſ. *Animal.Perf.* eſt *S. utr. Sex.* ex ſ. Gal., vel *S. M. Fem.* ex ſ. Ar..

6 Quare autem quorundam *Commutatio* a me facta ſit, in promtu eſt cognoſcere.

7 Addi etiam poteſt Definitioni 1 Sectiuncula 3 hæc: ADDEND.

Sive, cujus aliquid manet in Corpore Naturali genito, & aliquid interit.

NOTA.

Digitized by Google

ADDEND. NOTA vero adjiciatur iſta: 8

At Corporis *Artefacti* Materia Tranſiens eſt, cujus ***aliquid manet*** in (1)
Artefacto, aliquid *ſeparatur*.

Ita *ex Lana* fit *Pannus*; ex Panno *Pallium*. (2)

Item *ex Corio Corium*; ex Corio *Calceus*. (3)

Quæ omnia *Scheda* anno 1642 ***non major*** (continet enim Diſputatio- 9
nis ſecundæ de Principiis Corporum Naturalium 1642 habitæ impreſſas aliquas Theſes) Notâ tamen Sectiunculam 3 ibi antecedente, exhibet. Exempla jungit hoc poſitu:

Lana —— *Pannus* —— *Pallium*.
Corium — *Corium* —— *Calceus*.

XXVIII

DE S. II PORT. I C. V
DEF. VII
& VIII.

Scheda cujuſdam ***extremum*** duas has Definitiones comprehendit, ***Definitionis*** Titulo ſupra eas poſito.

XXIX

DE S. II PORT. I C. VI
DEFINITIONIS I NOTIS
DEFINITIONE II
III
& DEFINITIONIS VI SCHOLIO.

NOTÆ hæ & reliqua *ex Schedis duabus* anni 1619, Martii menſis, quibus 1
Titulus eſt ALTERATIO.

NOTÆ I Sectiunculа 1 (ubi tamen deeſt particula etiam) ſequitur ibi 2
Sectiunculas Notæ hujus reliquas, quemadmodum NOTA II Definitionem 2. Quam Definitionem excipit Definitio ALTERATIONIS PRIMARIÆ. Hanc vero noſtrum SCHOLION Definitioni 6 annexum.

Digitized by Google

XXX

DE S. II PORT. I C. VI
DEF. IV.

1 Ex *Theſibus de Elementis ad Burgerſdicii Ideam* 1653 dictatis, a Schedis Au-
2 tographis prætermiſſam, *in Fagetiis Apographis* reperi. Eſt autem Theſis 9:

PEREMTORIAM ACTIONEM (docendi causâ) voco, qua *Qualitas* Per. &c..

XXXI

DE S. II PORT. I C. VI
DEF. V
& VI.

1 Suppeditavit has Definitiones *Scheda*, de qua jam diximus ad c. 1 Def. 8. *Recentior* eſt, ut apparet ex Theſi 1 in Burgerſdicii Collegii Phyſici Diſputationem 2, quam inter Annotationis hujus ſectiunculam 11 & 12 interpoſitam Auctor diſpunxerat. Titulus eſt DEFINIT..

2 Continet vero præter Definitiones etiam Qualitatis Diviſiones, aliaſque de ea Aſſertiones iſto ordine:

3 QUALITAS eſt *Inhærentia extra Corporis* Naturalis *Eſſentiam* poſita, quæ tamen *Perfectionem* aliquam *tribuit*. (*Inducta* tamen cernitur in ſchedâ vox *Perfectionem*).

4 Qualitas eſt vel Activa vel Iners.

5 *Activa* vel *in quævis* Corpora agit, vel in *Senſus* tantum, vel *Subſtantiam* cui inhæret *perficit*.

6 Quæ *in quævis* agit, vel Locomotiva eſt vel Alteratrix.

7 Locomotiva, ut *Gravitas* & *Levitas*; item *Vis* a Movente Externo *impreſſa*.

8 ALTERATRIX vel Peremtoria eſt vel Perfectiva.

9 PEREMTORIA, quæ *Contrar. int. ſim.* in ead. M. *prod.* &c..

Digitized by Google

PERFECTIVA quæ, &c.. 10

Secundum Peripateticos *nulla* Qualitas eſt *Iners*. Nam *ſaltem* 11 *in Senſum Tactûs* agere putatur, ut *Gravitas*, *Levitas*, *Aſperitas*.

Qualitas *Iners* apud Peripateticos videtur eſſe *Raritas* & 12 *Denſitas*.

XXXII

DE S. II PORT. I C. VI

DEF. IX.

Vocabula hæ: *Formaliter, Interne, Productive* ſunt ex Scheda *Vetuſtiore*, 1 cui Titulus: HUMECTATIO, EXSICCATIO.

Alia *Materialis*, ſeu *Externa*, ſeu *Commiſtiva*, quæ fit cum *Tranſitu* 2 *Humoris* ex uno Humectato in aliud.

Eſtque Senſibilis vel Inſenſilis. (confer Sect. 2 Port. 2 C. 2 Def. 18.) 3

Alia *Formalis*, ſeu *Interna*, ſeu *Productiva*, quæ fit *Alteratione Ariſtotelicâ*. 4

Seu quæ fit *Annihilatione Siccitatis*, & *Enihilatione Humiditatis*. 5 Per Enihilationem intelligit Productionem e Nihilo.

XXXIII

DE S. II PORT. I C. VII.

Ex duabus Schedis hoc caput coaluit, alterâ vetuſtiore, alterâ recentiore 1 partim Apographâ Meâ anni 1651, partim Auctoris Autographâ.

DEFINITIO I, II, NOTA ejus, Definitio III, & ex IV Sectiuncula 1 & 2 *in* 2 *Mea* Scheda totidem verbis & eodem ordine reperiuntur. *Nota* tamen *nomen præfixum non* habet ei Periodo, quæ Definitioni 2 annectitur, uti nec Autographa.

Definitionis IV igitur Sectiuncula 3 tranſcripta eſt *ex Vetuſtiore*, ubi 3 hæc:

CO-

Digitized by Google

COHÆRERE dicuntur, quorum un. *quom. moto* Motu inſequitur etiam alterum Pulſionis Motu, ſive.

4 Quæ Particulæ ſive adjicere voluerit, equidem certo ſcire nequeo. Poſt duorum verſuum ſpatium legitur:

Ut ſi *Funis Caput* ſit **beklemmet.**

Compreſſio.

Knipen.

5 SCHOLII *Sectiuncula* 1 eſt *ex* Scheda *recentiore Autographa*, in qua Definitionis IV Sectiunculæ 1 ſubjicitur. Sectiuncula vero 2 ex *vetuſtiore* proxime adhærens antecedentibus iſtis imperfecte ſignatis.

6 Definitionis V Sectiuncula 1, exceptâ Parentheſi, eſt *ex* recentiore *Autographa*. Sectiuncula 2 ex *Mea*, ubi tamen poſt vocem trahuntur legitur vox *ſequuntur* Parentheſi incluſa. Sectiuncula 3 & 4 iterum ex *Autographa*.

7 De cetero, *nolui* inſerere, *quæ* Scheda *vetuſtior* præter ſuperiora continebat, tum quod *Continui vox* ibi *aliter* ſumenda ſit, quam hoc Capite definita eſt, quippe nullum Corpus Naturale Continuum eſt, tum quod *de Cohærentiæ diverſitate nihil diſtincti* doceatur.

8 *Non omnia*, inquit, quæ *Continua* ſunt, ut *Aqua*, *cohærent*, *nec* omnia *quæ cohærent*, *Continua* ſunt. Et *magna* eſt *diverſitas Cohærentiæ* tum quod *Gradus*, tum quod *Modos* ſive Circumſtantias attinet.

9 *Neque* inferri in Definitiones debuere, quæ *Recentioris* ſuæ *extremo* adſcripſerat.

10 ,, Cicero de Fato. *Majus eſt has Contortiones Orationis, quam*
,, *Signorum ortus obitusque perdiſcere.* Lamb. p. 4915.

11 Conſerere manum, manus, prælia, pugnam.

12 Conſerte, Contexte.

XXXIV

DE S. II PORT. I C. VIII
DEF. I
& II.

Definitio I & Definitionis II Sectiuncula 1 *Plœnnieis* Schedis debetur. 1
Theſis enim 31 contra Burgersdicii Collegii *Diſputationis* 2 The- 2
ſin 16 hæc eſt:

Rarefactio alia Interna eſt, alia Externa, quæ etiam ſecundum *Situm* dicitur.

Theſis vero 33 contra eandem Burgersdicii Theſin, complectitur Defini- 3
tionem 1 & ſequentis, *exceptis* vocibus ſive *Interne*, Sectiunculam 1.

Voces autem: ſive *Interne*; & Sectiuncula 2; item 3 acceſſerunt *ex Sche-* 4
da anni 1619, Februarii menſis, quæ inſcribitur DEFINIT. PHYS. In ea 5
ita legi:

CONDENSARI INTRINSECUS ſive *Interne* dicitur CORPUS, quod eandem Mater. &c..

Subjunguntur deinde ſola Nomina Definienda: 6

INTRINSECUS DENSIUS dicitur,.
EXTRINSECUS DENSIUS.

XXXV

DE S. II PORT. I C. VIII
DEF. III.

Voces: INTRINSECUS CORPUS, &: eandem Materiæ Copiam, ut & Secti- 1
uncula 2 integra debentur iterum *Plœnnieis* Schedis.
Theſi enim 34 eidem ejuſdem Diſputationis Theſi oppoſita hæc eſt: 2

INTRINSECUS RAR. dic. CORP., quod cand. Mat. Cop. ſub *majore Extenſ.* hab..

Sive, quod *minor*. Mat. Cop. &c.. 3

Sed vocula *Penetrative* eſt *ex vetuſtiore* Scheda, anni ſcilicet 1622, Mar- 4
tii menſis, cui Titulus RARUM, DENSUM. Definitur enim in ea 5

Pene-

Digitized by Google

Penetrative Rarum, quod *eand.* Materiæ Cop. hab. ſub *maj.* *Extenſ.*.

6 Sive, quod *minor.* Mat. Cop. hab. ſub *æquali* Extenſ..

7 Ceterum *in alta* Scheda, cui Titulus *Definitiones pro Peripateticis*, *eadem* Intrinſecus Rarioris Corporis Definitiones ex Intrinſecus Denſioris Definitione intelligendæ leguntur.

XXXVI

DE S. II PORT. I C. VIII
DEF. IV
ejus SCHOLIO I, II,
& NOTA.

1 Voces INTRINSECUS & *Penetrative* in hanc Definitionem *ex iisdem* Schedis, ex quibus in proxime priorem, translatæ ſunt.

2 Quippe in Schedis Plœnnieis Theſi 34 adhærebant hæc:

INTRINSECUS DENSIUS contra.

3 In Autographa altera Definitiones *Penetrative Rari* ſequebantur hæc:

Penetrative Denſum contra.

4 Ego vero particulam *contra explicavi ex* Scheda Annotationis 35 ſectiunculâ ultimâ *producta*, ubi ita poſita legitur gemina Definitio cum Interne Rarioris Definitione.

5 Corpus *Interne* DENSIUS eſt, quod *plus Mat.* ſub *ead.* *Ext.*;

6 Sive, quod *eand. Mat. Cop.* ſub *min.* Extenſ. compl..

7 Corpus *Interne* RARIUS contra.

8 SCHOLION I in Scheda, *unde* vox *Penetrative* accepta eſt, ſtatim excipiebat Definitionem Penetrative Denſi. *Omiſi* tamen vocum *ſe Penetrant* ibi additam *explicationem* (in eodem Spatio exſiſtunt) addendam potius capitis 1 Definitioni 3. **ADDEND.**

9 SCHOLION II ex duabus Schedis vetuſtioribus effectum eſt.

10 *Altera*, incerti anni, cui Titulus; RAREFACTIO, hæc continet, quæ Sectiunculam 1 & 2 formarunt.

Dubito valde, utrum *Ariſtoteles* Raref. & Condenſ. Quantitativam probaverit, cum eam *int. Mot. Sp. non* tec.. &c..

 Rare-

Digitized by Google

Rarefactio }
Condenſatio } { Quantitativa, ſeu Extenſiva alii dicitur eſſe in Prædicamento Quantitatis. 11
{ Figurativa ſeu Situalis, cum cogito *Fumum*, ut *Spongiam* vel molem *Automati relaxatam*.

Altera anni 1629, menſis Junii, Titulo *Raritatis Internæ* ſive Actupotentiali ſubjicit hæc: 12

"eam expreſſe & ſat. dil. docet Ar. l. 4 Phyſ. t. 84 *ἡμεῖς δὲ λέγομεν ἐκ*
"*τῶν ὑποκ.*, id eſt, ex Hyp.n.de M.P.p.*dic.*, *eand.M. ſineac. alt.M.*, *ſ.*
"*ex F.C.*, ex D.R., *ex P.M.* &c..

Ariſtoteles hoc loco expreſſis verbis non meminit Denſi & Rari. Quamobrem *interpretatus* ſum *Parvum* & *Magnum* per Rarum & Denſum. Quomodo ipſum *Auctorem* interpretatum reperio *in ſuo Ariſtotele*. Ad cujus marginem cum plurima Obſervationum eximiarum nobis reliquerit, (vix enim cuiquam Ariſtotelem æque diligenter, nemini certe eo judicio lectum auſim dicere), optarem ſane in unum volumen conduci, omnibus Ariſtotelem cum fructu lecturis mirifice profuturum. 13 14

NOTAM exhibet Scheda, cui Titulus: *Addenda Definit, Phyſ.* 15

XXXVII

DE S. II PORT. I C. VIII
DEFIN. V, & ejus SCHOLIO,
VI,
VII,
VIII,
IX & SCHOLIIS II.

Omnia hæc *ex 5* Schedis anni 1621, menſis Martii, quæ Signis ſuis & pagi- 1
narum numeris cohærebant, *totidem verbis* ſunt expreſſa, niſi quod *de*
meo acceſſerunt vox SCHOLII ter adpoſita, & Definitionis IX *Parentheſis. Or-* 2
do quoq; *idem* ſervatus *uſq.* ad Definitionis IX SCHOLII I Sectiunculam 2.

SCHOLII enim I Sectiuncula 2 debetur paginæ 5, cui aliquot Centra, & 3
ex iis Peripheriarum Arcus deſcriptos appinxerat.

SCHOLION vero II paginæ 3 extremo & paginæ 4. 4

Digitized by Google

XXXVIII

DE S. II PORT. I C. IX.

1 DEFINITIO I eſt *ex Scheda*, cui Titulus *Definit. Phyſ.* Continebat etiam Obſervationem de Thomiſtis & Averroiſtis inter ſe de Thomæ & Averrois ſententia ſæpe litigantibus, ad Faſciculum qui inſcribitur Ariſtoteles relegandam.

2 II *ex alia* Scheda.

XXXIX

DE S. II PORT. I C. X DEFINITIONIS III SCHOLIO.

SCHOLION accedere poteſt ex Schiedarum *Poltſianarum Autographo* Definitioni Miſti Vernaculi ibi ſubjectum : ADDEND.

„ *Comminutionem Elementorum in Minutiſſimas Partes non ſemper neceſſariam eſſe ad Miſtum generandum*, putant Conimbricenſes l. 1 Gen. &Corr. c. 10 quæſt. 1 artic. 2.

XL

DE S. II PORT. I C. X DEFIN. VI.

S*chedâ*, cui Titulus geminus; alter *Definit. Phyſ.*, alter *Mixtio*, integram Definitionem exhibet.

XLI

DE S. II PORT. I C. X DEFINITIONIS XIV SCHOLIO.

Tranſcriptum eſt *ex Scheda*, quæ inſcribitur FORMA MISTI.

XLII

Digitized by Google

XLII

DE S. II PORT. I C. X DEFINITIONIS XVIII NOTA.

Ne *qua Propoſitio* præter morem noſtrum *Definitioni Reſolutionis Miſti per Emerſionem* (prima enim eſt cap. XI) *proxime præmitteretur*, neve Aſſertio *de quadruplici Elementi Notione*, quam Quadruplex Miſtio gignit, nimis *differretur*; *per Similitudinis particulas connexui*, quæ aliquo intervallo in Poltſiano Apographo disjunguntur, quemadmodum in Tabulæ Annotationi 2 adjectæ columna ſecunda eſt cernere.

XLIII

DE S. II PORT. I C. X DEFIN. XXI.

Tranſlata eſt *ex Scheda Veteris*, cui Titulus: QUALITATES { PRIMÆ / SECUNDÆ, *extrema parte*.

XLIV

DE S. II PORT. I C. XII DEFIN. II.

Sectiuncula 1 & 3 *ex Scheda*, cui Titulus: *Definitiones*, ubi hæc:

TEMPERIES ACTIVA dicatur Pars &c. 1

TEMPERIES PASSIVA ſimiliter. 2

XLV

Digitized by Google

XLV

DE S. II PORT. I C. XII

DEF. III.

1 Sectiunculæ 1 quædam Fagetiis, (quas hic Sectiunculâ 3 pleniores deprehendo quam Autographas), quædam Plœnnieis Schedis, quædam utriſque accepta referenda ſunt.

2 In *Fagetiis Theſis de Elementis* 10 hæc legitur:

Elaborativam Alterationem appello, qua Calor & Frigus *Humiditatem* & *Siccitatem ceu Materiam elaborant*, (cum Zabarella loquor), ita ut *Secundæ Qualitates* inde *exoriantur*, *Tenuitas*, *Viſcoſitas*, *Mollities*, *Pelluciditas*, & earum *Contrariæ*.

3 In *Plœnnieis* ad Burgersdicii Collegii Diſputationem 17 Theſis 8 eſt:

Elaborare ACTIVÆ *Paſſivas* dicuntur ſecundum Zabarellam, cum ex iis Qualitates Secundas, nimirum *Raritatem*, *Denſitatem*; *Tenuitatem*, *Craſſitiem*; *Mollitiem*, *Duritiem*; *Liquabilitatem*, *Friabilitatem*, *Fiſſilitatem* & ceteras producunt. Zab. l. c. .

4 Libri & capitis numerum ex Zabarella voluit vacuo iſti ſpatio adjicere, ſive fuerit locus aliquis ex iis, quæ Poltſianarum Autographi margini adpoſita Sectiunculam 2 formarunt, ſive fuerit Scholii Sectiunculæ 3 extremo productus.

5 Sectiunculâ 3 *adhæret* in *Fagetiis Theſi* modo *propoſitæ* his verbis:

Noſter Auctor *Fictionem* & *Form.* vocat.

Digitized by Google

XLVI.

DE S. II PORT. I C. XIII.

Tres iſtæ Definitiones totidem verbis, & eodem ordine leguntur *in Schedis Plœnniis*, ad Burgersdicii Collegii Diſputationis 4. Theſin 12 1
Theſi 27 incluſæ.

Eſt autem *Theſis* 27 hæc: 2

Auctor multa inculcat *de Fortuna* & *Caſu* & *Efficiente per Accidens, nullâ* tamen *præmiſſâ Definitione.* Nos igitur pauculas ſubjiciemus.

Efficientis per Accidens Definitiones nullâs ſubjecit. Quippe in *Logica* 3
Hamburgenſis l. 5 c. 14 § 52 & ſeq. accuratiſſime de Efficiente per Accidens tradidit. Quos Paragraphos etiam eo tempore, quo hanc Burgersdicii Diſputationem abſolverat, publice nobis interpretabatur.

XLVII.

DE S. II PORT. II PROOEMII DEFINIT. XVII.

Sectiuncula 2 *ex Autographi non dictatis* (quorum jam Annotat. 1 ſecti- 1
unc. 14 memini) tranſcripta eſt. *Paginâ* enim 10 Autographi poſt Definitionem hanc ſubdiderat:

Ovi in Aqua Orbita modo *ſtrictior* erit, modo *latior.*

Quæ *p.* 12 *apertius* expreſſerat, ubi huic Sectiunculæ præmittit iſta 2
Rubricâ ſcripta:

Nondum debebam hæc *attingere*, ſed diutius Principiis conſtituendis immorari. Nihil adhuc dixi de Centro Gravitatis. Verum
NB. *neſcio* an poſſim mihi *de vobis* promittere eam *patientiam.* *Multi* 3
enim hodie ita *docent* Philoſophiam, ut doceant *per montes reptare*, *priusquam in plano* incedere queant, imo *volare.*

Secti-

4 Sectiunculæ 1 quædam *imperfectius ſignata* ſubjungit, ſectiunculâ, quæ ſequitur, 5 iterum Rubricâ ſcriptâ.

5 *Motus* tamen *unus* eſt, ſed *ex tribus* conſolidatus, & *Orbita Solida una.* Etiam *Terra* triplici Motu mota unam deſcribit Orbitam.

6 1 *Motus Centri Gravitatis*, qui *fieret* in Recta *Perpendiculari*, *niſi Inæqualis Fluctuatio Aquæ* concurreret.

7 2 *Converſio imi* & *ſummi*.

8 3 Converſio *dextræ*, & *ſiniſtræ* partis. OVUM enim IN Aqua SALSA jacet non Perpendiculariter, nec Transverſim, ſed *Oblique*.

9 4 *Prætervectio ob Impetum*, uti vel in Lancibus, ſi unam deprimas vel leniter.

10 5 *Reditus* ſive Reciprocatio *Converſionis*.

11 INÆQUALIS AQUÆ FLUCTUATIO dimovet Centrum Gravitatis Ovi a Recta Perpendiculari. Eſt autem Inæqualis iſta Fluctuatio

12 1 quia *Centrum Gravitatis non* eſt *idem* ſemper *cum* Centro *Figuræ* ob Inæqualem Denſitatem, & per Conſequens Gravitatem Partium Corporis.

13 2 *Figura non* eſt *Sphærica*, ideoque Inæqualiter diſtant Extrema Corporis a Parietibus Vaſis.

14 3 *Paries* ipſius *Vaſis non Æqualiter* eſt *Rotundus*.

15 4 *Ovum non imponitur*, *ut Centrum* ejus *Æquali Diſtantia* diſtet *a Pariete*.

16 *Ad marginem* e regione ſectiunculæ *6 Diagramma* repræſentat Ovum in Aqua Salſa, adſcripto nomine Aquæ Salſæ. E regione vero ſectiunculæ 11 hæc leguntur:

17 Dum *Ovum Aquam* Loco *pellit*, Aqua *alliditur Parieti* Vaſis & ab eo *repercutitur*.

XLVIII

DE S. II PORT. II PROOEM. DEFIN. XVIII & RELIQUIS.

Ut *Pulſus*, *Tractio*, & *Vectio* hic definirentur, Portionis 2 Capitis 4 Definitionis 3 *Nota* requiſivit, a quibus *vicinæ* Definitiones, ſcilicet, 20 & ſimiles *earundem Schedarum* divelli non debuerunt. 1

XVIII Definitionis igitur Sectiuncula 1 ſumta eſt *ex* Schedæ *recentiſſimæ*, anni ſcilicet 1656, menſis Martii, pagina 1 cui Titulus MOTUS AB ALIO. Quas Schedas, credo, partem voluit eſſe *Introductionis* ſuæ *in Phyſicam* ſub extremum vitæ meditatam. 2

Sectiuncula vero 2 iterum *ex Non dictatis* Prælectionum Phyſicarum, 3

XIX 4

XX &

XXI *ex iisdem*. 20 tamen Definitio proxime ibi ſequitur Definitionis 18 Sectiunculam 2.

XXII Sectiuncula 1 & 3 in Schedæ *recentiſſimæ* pag. 1 Definitionis 18 Sectiunculam 1 excipiunt. 5

Sectiunculæ 2 *in Non dictatis* Prælectionum adhærebat alius Definitionis (ejuſdem Nominis) *rudimentum* hoc: 6

SiB ad Penetrationem Dimenſionum declinandam ideo movetur quia C movetur.

XXIII etiam partim ex *recentiſſimæ* p. 1, partim ex *Non dictatis*. 7

In illa poſt Truſionis Definitionem legebatur hæc: 8

PROP. v. *Exp*. d. C a B, ſi *B* cá *Celer. m.*, ut *B* a C per Q. *ſep.*, *fer*. t. *perg*. i. *C*.

In his iſta: 9

Projici ſ. *Exc*. d. B a C, ſi B prim. Velociter trud. a C &c..

XXIV in *recentiſſima* ſic ſe habet: 10

Mechanice Trahi d., quod in *Mot. ſeq*. r., a q. *trah*.

Ut ſi q. *Cat*. aut *Fun*. trah *r. ann*.. 11

At in *Non dictatorum* Scheda: 12

PROTR. ſ. *Mechan. Trahi* d., quod *trud.* &c. exemplo omiſſo.

SCHO-

13 SCHOLION ejus particulâ enim cohærebat *in recentiſſima* exemplo Mechanicæ Tractionis.

14 XXV, & ejus

SCHOLION *recentiſſimæ* paginæ 1 & 2 debetur, Scholio quoque Scholii nomen ibi expreſſum habente, Definitionis tamen Sectiunculâ 4 Scholio annexâ.

15 *In Non dictatis* eandem forte Notionem voluit ſubjicere Nominibus iſtis:

Attrahi ſive *Phyſice Trahi.*

16 XXVI, & ejus

SCHOLION; ut &

XXVII, &

17 COROLLARIUM in *recentiſſimæ* pagina 2 exhibentur, neque Scholii tamen, neque Corollarii nominibus expreſſis. Corollario imæ paginæ adſcripto verſus ſiniſtrum latus jungebantur hæc: *Volutatio* eſt *Deflexio.*

In Non Dictatis Definitionis 24 Sectiunculæ 2 ſuccedebat Vectionis Definitio talis:

18 VEHI d. B a C, ſi *B* aut *inſideat*, aut *incluſum* ſit *Trudenti C.*

XLIX

DE S. II PORT. II C. I

DEFIN. II.

1 Numerus *Pluralis* hîc rurſus mutatus eſt a me *in Singularem.* Vide quæ ad S. 2 Port. 1 C. 1 Def. 8 ſectiunc. 2 dixi. Pro illis: ſe cum alia *occulat* legebatur *in Fiſcheriis* ſe invicem *occulant.*

2 (In poſterum non amplius hæc Nominis Definiendi Mutatio notabitur).

Digitized by Google

L

DE S. II PORT. II C. I
DEFIN. XII.

Vocula *Exacte* & *Parentheſis* debentur Schedæ *Vetuſtiori*, cui Titulus: SI- 1
MILARIA. Subjicitur: 2

" *Quæ a Platone Primigenia, ab Ariſtotele Similaria vocata ſunt, Æs,*
" *Ferrum, Caro, Nervi, Cartilago, Adeps; ea omnia Temperamento con-*
" *ſtant.* Gal. l. quod Animi Mor. Temp. c. 3 init..

Nos Primigenia dicimus *Exacte Similaria.* 3

" Ib. T*emperiem* ſtatuit *Formam omnium Similarium.* 4

" *Anima Ratiocinatrix Temperatura Cerebri eſt.* 5

Alii Schedæ Vetuſtiori eodem Titulo Galeni locum adſcripſerat; quæſie- 6
ratque, num in Græco eſſet

πρωτογενὴς an *πρωτόγονος.*

LI

DE S. II PORT. II C. I
DEFIN. XVI & ejus NOTA.

Sectiuncula 3 & NOTA ſunt *ex Scheda* anni 1629, menſis Maji, Titulo *Defin. Phyſ.*. Quod tamen in Nota poſt dictionem Morphitarum legitur, de meo addidi, ne quid per Morphitas intelligeret, Lectori *ἀσυνέτῳ* lateret.

LII

DE S. II PORT. II C. I
DEF. XVII.

Sectiunculam 3 ſuppeditavit *Scheda* hoc Titulo: *Exempla Permiſtionis Spontanea.* Unicum tamen hoc ex Plinio tantum continebat.

LIII

Digitized by Google

LIII.

DE S. II PORT. II C. I.
DEF. XVIII.

1 Ex *Scheda*, cui Titulus: *Definitiones*, acceſſere Sectiunculæ 1 vocabula æquipollentia *Extran.* ſive *Extrinſecus f.*, item; ab Externo (Extrario) aliquo Agente, per ſive a me bis connexa.

2. Sectiuncula 3 & 4 *ex eadem* ſunt.

3. *Antecedebat* vero Miſtionis Extraneæ Definitionem iſta:

MISTIO SPONTANEA cum *Atomi ſeſe* invicem *commiſcent.*
Ut *Aqua* & *Sal.*

4 *Extremo* Schedæ hæc continebantur:

5 *Extrarius* eſt, qui *extra* eſt: al. *Externus.*

6 *Extraneus*, qui ex *alia* *Terra* eſt.

7 " *Extraria Lux* Lucret.

8 „ *Vir Externus* l. 7 Æn. id eſt *Extraneus.*

LIV.

DE S. II PORT. II C. I.
DEFIN. XIX.

1 Cum Polſtianarum *Autographum* ad Diacriſeos Definitionem Rubrica in margine notata hæc haberet: *Metaſyncriſis definita obiter in Aſſertione* 7 (ſcilicet Sectionis 1); cogitavi non præter Auctoris conſilium futurum, ſi hoc loco quid Metaſyncriſis ſit, *ex duabus Schedis* paginarum numero cohærentibus, *curatius* paulo explicarem, præſertim Definitione 20 Metaſyncriſeos Definitionem flagitante.

2 *Pagina* 1 Titulus eſt METASTNCRISIS, cui hæc ſubjiciuntur ex Joannis Scapulæ Lexico fere petita:

Μετασυγκρίνω recorporo, miſcellæ (lege miſcellum aut miſcelli)

3 Corporis ſtatum præter naturam ſe habentem inſtauro. Hinc
Μετασύγκρισις, quam ſæpe irr. Galenus.

4 " Paul. Ægin. l. 3 c. 63: ἐν μὲν τοῖς Παρ. παρηγ., ἐν δὲ τοῖς Δικλ. μετ. Αἱμ. vel
" Εὐφ. Ἀλφ., Πυρεστ., Αιαφ., Ἀλώπ., Σικ., Δρώπ., Κλιώρεις, &c. Vide Locum.

Ex-

Digitized by Google

Exſcripſit Auctor hunc Æginetæ locum ex Græca Baſileenſi editione, 5
quæ 1538 ex Hieronymi Gemuſæi recognitione prodiit. Pro Κλιάσεσι 6
omnino legendum ἢ λειώσεσι, quomodo etiam ante Albanus *Torinus* Vito-
durenſis legiſſe videtur, cum verterit: *aut Levigationibus.* Facile enim
ἢ λειώσεσι potuit a Librario corrumpi per κλιάσεσι, ſi eadem, quæ Vocalis η
cum ι connexæ eſſe ſolet (ῃ), Conſonæ κ Figura fuerit, qualis in Baſileenſibus
Codicibus olim impreſſis frequens occurrit.

Sequuntur deinde in pag. 1 hæc: 7

Μετασυγκριτικὰ Medicamenta, quæ exiguos Meatus in priſtinam Symmetriam reſtituunt. Als wan man ein Ding umbp. &c..

» Μετασυγκριτικὴ Δύναμις apud Dioſcor. l. 4. 8

An apud Dioſcor. l. 6 exſtet Ἰδιοσυγκρισία. 9

An Ἐπίκρισις ſit approbatio, an vero judicium. 10

Pagina 3 (pagina enim 2 huc non pertinet) continet Definitionem, cui 11
» ſubjungitur Æginetæ loci pars uſque ad Λιάσ., & ex Dioſcoridis l. 4 Μετα-
» συγκριτικὴ Δύναμις iterum annotatur.

» Produxi locum ex c. 157, *Verſione Ruellii* nonnihil *caſtigatâ*, qui Μεταπο- 12
» ροποιῆσαι ſtricte nimis verterat *Meatuum Laxitatem alio transferre.* Quem-
» admodum & Μετασυγκριτικὴν Δύναμιν *Vim Extractoriam ex alto* expoſuit,
quam rectius *Vim Translocatoriam* ſive *Transpoſitivam* dixiſſet.

» *Neque* placet Jani Antonii *Saraceni* liberior ſimul vocis Μεταποροποιῆ- 13
» σαι interpretatio: *ſummæ Cutis Meatus relaxando Corporis Habitum mutari,*
qui alias Ruellii Verſionem liberiorem emendaſſe videri voluit.

Digitized by Google

LV

DE S. II PORT. II C. II
DEFIN. VI.

1 Sectiuncula 3 *ex Scheda*, quæ inſcribitur *Definitiones Addenda*, Cui Definitioni ſubjiciebatur:

Ita CONTINUE LIQUIDUM dicitur.

2 Dein poſt aliquot verſuum ſpatium:

Sunt quidem *Corpora* quædam, quæ *Locum explere* queant, ea tamen omnia *Semiordinata* tantum, verum moveri Congeries eorum nequit niſi admiſſo Vacuo.

3 Vix poſſum adduci, ut credam *feſtinantius* Auctorem ſcripſiſſe, " Corpora quæ Locum explere queunt, Semiordinata tantum eſſe, qui *ſex* " *Octahedra* & *Octo Tetrahedra Locum Solidum exacte implere* demonſtrat in " eximia Diatriba de Stœcheoſi Geometrica 1634 in Gymnaſio noſtro habita, typiſque impreſſa.

LVI

DE S. II PORT. II C.II
DEFINITIONIS XI SCHOLIO
& DEFINIT. XIII.

1 Illa Scholii: ſolo Fr. v. C. ſ., & Definitionis 13 *Parentheſis* ſunt *ex Scheda*, quæ Definitionum *Syndiacriticarum Rudimenta* in *Tabella* repræſentat, quæ non inutiliter hac Annotatione adjici viſa eſt.

Digitized by Google

Ad Part. 1 *Annot.* 56 *de S.* 2 *Part.* 2 C. 2 *Definitionis* 11 *Scholio & Def.* 13.

Corpus *Inflammabile per ſe*, ut *Spiritus Vini*; 2
- addito *Ellychnio*, ut *Oleum*, *Spiritus Terebinthinæ*.

CORPUS *Permanens* 3
- *Conſiſtens*, id eſt Stabile,
  - *Durum*,
  - *Molle*.
- *Fluidum* (*fluit* / *quieſcit*) 4
  - *Aer*, ſolo Frigore vel Calore Senſilis eſt.
  - *Liquor* Viſu & Tactu Senſilis. 5
    - *Pinguis*, qui Flammam nutrire poteſt;
    - *Humor*, ut *Aqua* & *Aquei Liquores*;
    - *Metallicus*, ut *Hydrargyrus*.
- *Fluxum*, 6
  - *Flamma*,
  - *Halitus* ſive Exſpiratio.
    - *Simplex*, 7
      - *Vapor*, cujus Congelamen eſt Humor;
      - *Nidor*, cujus Congelamen eſt Liquor Pinguis;
      - *Fumus*, cujus Congelamen eſt Corpus Conſiſtens, ſcil. Sal Volatile.
    - *Mixtus*.

CORPUS *Fixum* 8
- *Volatile* ſive Halabile,
  - *absque* Flamma
  - *non ſine* Flamma.

Digitized by Google

9 *Congelamen.*

10 Pars *Hypoſtatica* in Hypotheſi Syndiacriſeos.

Syſtatica.

11 Legebantur etiam circa Schedæ medium hæc parte aliqua corrigenda:

Nullus *Liquor* adeo Fluidus eſt, quin aliqua ex parte *ſe terminet*, uti

1 *Superficies protuberans*,

2 *Guttæ* Aquæ *in* Superficie *Pulverulenta* aut *Pingui.*

LVII

DE S. II PORT. II C. II

DEF. XIV

XV

& XIX.

1 Definitionis 14 Sectiuncula 2, Definitio 16, & Definitio 19 adjectæ ſunt *ex*
2 *Scheda* anni 1619, menſis Februarii, cui Titulus DEFIN PHYS.. Continet
iſta ex parte imperfecta:

Definitiones Phyſicæ ita inſtituantur, *ne* quam *Aſſertionem* tacite cuiquam *obtrudamus*.

3 Ita *Sanguinem*, dum *in Venis* eſt, & *ex Vena* pertuſa exſilit, *Humorem* dicimus, dum vero *Concretus* eſt, non amplius Humor dicitur.

4 Ita *Aurum* dum *Liquatum* eſt, *Liquorem* dicimus.

5 Sententiam enim ſuſpendimus, utrum Aqua a Glacie, Sanguis Liquidus a Concreto.

6 AER HUMIDUS dicitur, qui *Vaporibus* (Aqueis) *miſtus* eſt.

7 CORPUS Conſiſtens HUMIDUM dicitur, quod *Humore permiſtum* eſt.

8 UVIDUM d.q. *in Sup. H. aſp.* e..

9 HUMOR eſt *Liquor*, qui vel mera *Aqua* eſt, vel *majori ex Parte* Aqua.

10 Aliter. Humor eſt Liquor, qui vel *totus* vel *majori ex Parte in Vaporem* reſolubilis eſt.

11 Ita *Lix.*, *Mur.*, *Jusc.*, ſunt H..

12 HUMECTUM, Humidum.

13 HUMECTARI dicitur, quod *Humore* imbuitur.

14 IRRIGARI dicitur CORP. CONS., quod *Liq. imb.*, ut *Spong. Ol.* (*Hydrarg.* n. ir. ſ. *corr. Met.*).

LVIII
DE S. II PORT. II C. II
DEFINITIONIS XXIII SCHOLIO.

Scholion hoc debetur *Schedæ*, cui Titulus in extremo ſuo: *ad Definitiones* 1
Empiricas ſive Syndiacriticas. Subjungebatur ibi Scholio:

Hæc Actio ratione *Continuitatis* { *Unitio* / *Diviſio*. | *Figuræ* { *Tenſio* / *Flexio* / *Plasmatio* ſive Formatio.

LIX
DE S. II PORT. II C. II
DEFIN. XXIX
& XXX.

In *Plænnieis* Schedis *Theſis* hæc ſunt 32, contra Burgersdicii Collegii *Diſputationis* 2 Theſin 16. Confer Annotationis 34 ſectiunculam 2 & 3.

LX
DE S. II PORT. II C. II
DEFIN. XXXI
& XXXII.

Vocabulum EXTRINSECUS eſt *ex Scheda ſupra* (Annotationis 34 ſecti- 1
unc. 4 & ſequentibus) productâ. *Externe*, & *Exterius* vero *ex alia* An- 2
notationis 35 ſectiunc. ult., & Annot. 36 ſectiunc. 4, indicata, ubi ante Cor-
poris Interne Denſioris Definitionem legebatur gemina hæc:

CORP. *Exterius* DENSIUS.

Externe Denſius eſt, quod *plus Vacui* includit.

Vel, quod plus *Aeris* includit. 3

Pro Denſius omnino *legendum* RARIUS, Externe Denſius enim tum Vacui 4
tum Aeris minus includit.

LXI
DE S. II PORT. II C. III
DEFIN. I
II ejuſque NOTA
III
IV ejuſque NOTA
& V.

In Poltſianarum Autographi *Non dictatis*, eodem Ordine & iisdem fere ver- 1
bis leguntur quinque hæ Definitiones, & Nota Definitionis 2, niſi quod De-
finitio 1 voce *Deſcendit* & 2 ejus Contradictoriâ *non* deſc. per me aucta ſit;

NOTA

NOTA vero Definitionis 2 iſta: an *Forma*, ut Recentiores, debeat *Scheda* huic *imperfectæ*:

Grave Sponte in
Leve non alio Fluido ——— Violent..

2 (*abſtrahendo* utrum id fiat a *Generante*, an *Forma*, an *Terra*, ut Recentiores) item *Fluido* ipſo.

3 Craſſum Conſiſtentiâ (Subſtantiâ)
Tenue Conſiſtentiâ (Texturâ).

4 Inter Definitionis 3 Sectiunculam 2 & 3 legebatur *in Non dictatis*:

Lentum ſi *Liquidum* fuerit.

5 Et poſt Definitionem 4:

Quid vero Promte adhæret?

6 NOTA autem Definitioni 4 adhærens eſt *ex Scheda*, cui Titulus: MONITA *de Definitionibus*, ubi per particulam *item* ſubjungebatur exemplo hujus Moniti:

Obſervabiliora Attributa *primum* expedienda ſunt.

7 *Pondus* ſive Præponderantia Obſervabilior eſt quam *Velocitas Deſcensûs*.

LXII

DE S. II PORT. II C. III DEFIN. VI ejuſque NOTA, VII VIII IX X.

1 DEFINITIO VI partim ex Non dictatorum pagina, quæ proxime præcedentes Definitiones continebat, partim ex Scheda alia ejuſdem fortè ætatis effecta eſt.

2 *In Non dictatis* notabatur; *Internus Motus* ad marginem horum:

FLECTI d. CORP., cujus *Figura*, ut *Partes* inter ſe eundem quidem *Ordinem* undiquaque *retineant*.

3 *In* altera *Scheda*, cui Titulus: *Flecti vide G. Agricol.*, iſta leguntur:

FLECTI d. CORP. Figurâ Tenue, cujus *Long. Dimenſio* Figuram ſuam *mutat*.

4 NOTÆ *Periodi* duæ *priores in eadem* Scheda junguntur Definitioni, quibus imperfecta Tenſionis Definitio adjicitur:

TENDI dicitur RETENSILE CORPUS, quod ſive *Flexu* ſive *Rarefactione* ſive *Condenſatione*, ſive.

Digitized by Google

Reliqua vero Periodus per igitur a me annexa eſt, a *Non dictatorum* Folio, 5 cui Titulus *Definitiones Attributorum*, ſuppeditata.

Definitionum VII & VIII *Prædicatamea* ſunt, ſolis Subjectis ſive Nominibus 6 Definiendis in iſto Folio conſignatis.

Definitiones IX & X vero integras in Summitate ſua *idem* Folium exhibet, 7 Ordine tamen Definitionum inverſo. Sequebantur deinde poſt Flexilis Vocem Definiendam, & Notæ Periodum ultimam hæc;

RIGIDUM

FRIABILE

SEQUAX *Lorum, Catena.*

Attributa quæ non ſimul intenduntur vel remittuntur, *diverſa* 8 ſunt, & diverſas Cauſas habent, ut *Leptomeria* & Subſtantiæ Tenuitas. Vide tex..

Ariſtoteles l. 4 Phyſ. Fer. & Plumbum. 9

Ceterum *ex Scheda Vetere*, quæ Attributi Similaris & Diſſimilaris 10 Definitiones continet, accedere poteſt Definitionis ultimæ Sectiunculæ 2 poſt

ADDEND. vocem *Cruſtoſum* hæc *Parentheſis* πλακώδες, Schieferecht.

Legebantur ibidem præterea iſta: 11

Fiſſile quidem omne eſt *Fibroſum* vel *Cruſtoſum*. Sciſſilitas tamen vel *Fiſſilitas*, ſi *Similare* Attributum ponatur, *non* includit *repugnantiam.*

LXIII

DE S. II PORT. II C. IV DEFIN. IV.

Πῆγμα eſt *ex Scheda* anni 1629, menſis Septembris, cui Titulus duplex, 1 ſuperior *Definit.*; inferior in extremo CONGELAMEN.

In ſummo hæc erant: 2

Πῆγμα CONGELAMEN HALITUS dicatur id *Corpus in quod proxime mutatur Halitus*, quam primum (lege ut primum) Halitus eſſe deſinit.

In imo iſta: 3

4. Cic. *Congelo*, id eſt, Concreſco Frigore *Neutraliter*. At Columella *Congelor Paſſive*. Ergo licet ita loqui: *Congelat Frigidus Aer Halitum, Fumum, Vaporem.*

LXIV
DE S. II PORT. II C. IV
DEF. V
& VIII.

1 Definitionis 5 & 8 *Parentheſes* Schedæ proxime *indicatæ* debentur, ubi inter ea quæ exhibuimus hæc interjecta ſunt:

FUMUS eſt *Halitus in* Fuliginem ſive *Salem Volatilem Congelaſcens.*

2 VAPOR eſt *Halitus in Humorem* Concreſcens.

3 Ita Ariſtoteles Καπνὸν & Ἀτμίδα.

4 *Non idem Specie Halitus, neque* eadem Specie *Fuligo* oritur, *ubi* exempli gratia *Ligna* Specie *diverſa concremantur.*

5 At Definitionis 5 Sectiuncula 2 *Corollarium* fuit *ſecundum Diſputationis de Definitione Motus Ariſtotelica* ſub Auctoris præſidio a Bernhardo Varenio (ſive potius Farenio) Ultſenſi, 1642, menſe Novembri hoc in loco habitæ.

LXV
DE S. II PORT. II C. V.

1 Cum inter Nondum propoſita ſive dictata Figuræ Summariæ Definitio reperiretur, ex tribus aliis Schedis eandem augere volui. Porro autem cum de Superficie Compendiaria dictum eſſet, de Exquiſita quoque quæ tres iſtæ continebant non omittenda fuere.

2 *Nondum propoſitorum* Scheda hæc de Figura Summaria habet in I DEFINITIONEM illata:

Figura Summ. (Fig. *Conf.*) CORP. d., quæ *diſſimulatis* partic. Superficiei *Difform.* intelligitur.

3 Verbi gr. *Columna* F. d. *Cyl.*, aut *Curt.*, *diſ.* i. *Str.*.

4 Fig. *Scapi* &c..

5 *Altera,* quæ ejuſdem videtur ætatis, Definitioni I Sectiunculam 3, & Definitioni II *Parentheſin* ſuggeſſit de hiſce:

Si ea eſſet *Proportio Auri* ad *Argentum* in *Denſitate*, quæ eſt in *Gravitate, Uncia* Auri & Argenti eſſent *ejuſdem Magnitudinis* Diſtinctæ, ideoque tantundem in Vaſe Aquæ ſuperfuſæ admitterent (niſi forſan Cavernas in Argento ſtatuas præter Poros).

6 Definitio.

Figura { *Confuſa* / *Diſtincta.*

Magnitudo { *Confuſa* / *Diſtincta*, ut ſi *Pumicis* aut *Sp.* &c..

Digitized by Google

RELIQUA hujus Capitis debentur *Schedis* duabus *recentioribus*. 7
Prima Titulo DEFINITIONUM PHYSICARUM hæc ſubjungit: 8
SUPERFICIES COMPEND eſt, quæ *Subſt*. Corp.&c..
Sive eſt ultimus Term. Corp. abſque *Poris*, *Cav*., *Scr*., *Col*., 9
Aſp. intellecti.
SUP. EXQU. eſt ea quæ *Comp*. &c.. 10
Superf.ſ.pro Per. C, &c.. 11
Perimeter Corporis Compendiaria. 12
“ *Superficies non habet Entitatem niſi Modalem*. Cartes Metaph. p. 289. 13
Altera Titulo SUPERFICIEI COMPENDIARIÆ iſta: 14
“ *Superficies*, quæ *ſingulis Part*. Corp. Senſ. eſt *immed. circumpoſita*, ut loquitur *Carteſ*. in Reſp. quartis p.288, hoc eſt, quæ *componitur* &c..
Sub finem ſuum Geometrica hæc continet: 15

Perimeter vel eſt { *Linearis*, qui vel *Linea* eſt vel ex *Lineis*.
{ *Superficiaria*, quæ vel *Superficies* vel *ex Superf*..

Cubi Perimeter conſtat *ſex Quadratis*. 16
Pyramidis quatuor Triangulis. &c.. 17

ADDENDA
ANNOTATIONI I.

Sectiunculâ 1 pro *Quinque* lege *Septem*.
Sectiunc. 5 adde poſt Plœnniæ: Meæ & Fagetiæ.
Poſt Sectiunculam 22 hæc inſere:

MEÆ *eaſdem Theſes* quas Plœnniæ exhibent, ab Auctore nec recenſitas, nec auctas, fideliter tamen a me exceptas. Maximâ interim Sect 2 Port. 1 *Capitis* 7 parte auctiores ſunt quam Plœnniæ. Illius enim Capitis Definitiones anno 1651, cum Burgersdicii Collegii Phyſici Diſputationem 5 publice explicaret, ad calamum nobis publice dictavit, ceſſante jam Collegio iſto Diſputatorio privato, cui Plœnnniæ Schedæ potiſſimum ſerviebant. 23

FAGETIÆ deniq; a Joanne *Fageto* meo Geferſtorpate deſcriptæ, & ab ipſo mecum communicatæ continent *Theſes* anni 1653 *ad Burgersdicii idea & Collegii Phyſici* partem, *paucis* tamen *Definitionibus* inſtructas 24

Corrige dein numeros Sectiuncularum, & in ultima pro *duabus* lege *quatuor*.

FINIS ANNOTATIONUM AD PARTEM I.

Digitized by Google

ANNOTATIONES SPECIALES

AD

PARTIS II SECTIONEM I

DE

DOGMATIBUS PROTO-PHYSICIS.

II

DE SCHEDIS

EX QUIBUS HÆC SECTIO EST DESCRIPTA.

1 AUTOGRAPHÆ Schedæ hic iterum vel Continuæ fuerunt vel Continuis Addendæ.

2 CONTINUÆ hujus Sectionis *pleraſque* Aſſertiones complectuntur, quæ ſtatim Definitiones ut hic excipiunt.

3 RELIQUIS VAGIS comprehenduntur Aſſertiones vel *ante Continuas ſcriptæ*; ſed *pauciſſimæ*, vel *poſt* Continuas, ut Continuis adderentur, certo Faſciculo incluſæ, ſub Aſſertionum Præteritarum Titulo.

4 APOGRAPHÆ SCHEDÆ huic Sectioni inſervierunt *pauciores*, quam *præcedenti* Parti, nimirum Poltſianæ, Incertæ, Ploenniceæ, Meæ & Fagetiæ, quas ſingulas repete ex Annotatione Speciali 1 ad Partem 1. Nunc pauca tantum de ſingulis monebo.

5 POLTSIANÆ Schedæ *dictatæ* eſſe conjiciuntur iisdem argumentis quæ ante attulimus ad Partem 1 Annotat. 1 Sectiune 6 & 9. Nam quædam & hic *addita*, vel aliter *mutata*, a *Librarii ingenio* proficiſci *non* potuerunt, addita ſunt, verbi gratiâ, Cap. 12 Aſſertionis 9 ſectiuncula 8 &c., & Aſſertionis 11 Scholion 1 integrum.

 Deinde

Deinde eadem Vocabula (Συγκρίσεως & Διακρίσεως) & vocem Τεκμή-ριον in cap. 12 Aſſert. 19 *Græcis Characteribus* expreſſit Librarius, quæ Auctor Latinis.

Ceterum *Vitioſius* quædam *omiſit ab Auctore* tamen ſigno fere ſemper *indicata*, ut ex Autographo, quod non videtur adhibuiſſe, cum relegit, ſupplerentur. 6

INCERTARUM Aſſertiones *Phyſicas omnes* hic habes: *Logicas* ſive Didacticas Generales, (ex quibus tres ſunt Corollaria Diſputationis 5), quatuor, *Metaphyſicas* duas, & *Rhetoricas* duas Corollaria Diſput. jure hinc *excluſi*. 7

PLOENNIEAS quoque *omnes* hic habes, *præter* eas, quæ vel ad *Logicæ Generalioris* Doctrinam, vel *Doxoſcopias Phyſicas Specialiores* pertinent, quas, partim inter *Doxoſcopias* Logicas, aut Doxoſcopiarum Phyſicarum reſiduum, ut jam Annotationis Generalis Sectiuncula 21 dixi, olim reperies. 8

MEÆ *ſemel & iterum* Plœnnieas *emendant*. APPENDIX vero *integra*, quam addi Auctor voluit, iisdem d betur, 1653 publice *dictata*. 9

Sed & *Theſes de Forma Subſtantiali*, 1650 privatim circa Collegii Phyſici, de quo ad Partem 1 Annotatione 1 ſectiuncula 21, initium dictando exceptæ, uſum aliquem præbuerunt. 10

FAGETIÆ novam Annotationem hic non requirunt. 11

Quæ *ad Zabarel* Com. in Phyſ. l. 1 t. 62 (p. 226) *Margini* adſcripſerat, inſeri voluit C. XI Aſſertioni V. 12

II

DE DISTINCTIONE HARUM ASSERTIONUM.

Cum de recenſendis Prælectionibus Phyſicis Auctor cogitaret, *Solvit* Joannem FAGETUM, Domeſticum tunc ſuum, Aſſertiones hujus Sectionis *ad* certa *Capita referre*. 1

Supereſt enim adhuc Scheda, quæ Sectionem hanc in *ſeptem* diſtributam *Capita* ita ordinavit ſecundum Apographum Polſſianum: 2

Cap. I *De Modo Sciendi Phyſico* I, II, IV, VIII, III, IX, X, Scholion XImæ (& forſan V, VI, VII). 3

II *de Principiis Corporum Naturalium* XIII, XV, XVII, XXXVII, XXXVIII, XXXIX (& f. XLII) XLVII, XI, XII, XIV, XIX, XX, XXI, XXII, XVI, XVIII. 4

III

5 III *de Tranſmutatione Actupotentiali* XXIII, XXIV, XXVIII, XLIII, XXV, XL, XLI, XLV, XLIV, XLVI, XXVI (XLII).
vel etiam XXIII, XXIV, XXVIII, XLIII, XXV, XXVI, XL, XLI, (XLII) XLV, XLIV, XLVI.

6 IV *de Elementis* LXVIII, LVI, LVII, LVIII, LXI, LIX, LX, LXII, XLIX, LXX, LXIII, LXXIV, LXXI, LXXII.

7 V *de Qualitatibus Elementaribus*, LXVI, LXVII, LXXIII, LXXV, LXXVI, LXXVIII, CXVIII, CXIX, CXX, LIII, LXXX, LXXXI, LXXXII, LIV, LV.

8 VI *de Mixtione* (*V, VI, VII*, vel ad Caput *I*) LXXXIII, CXI, CXII, XC, CXVIII, CXIX, CXX, LXXXIV, LXXXV, LXXXVI, LXXXVII, LXXXVIII, LXXXIX, XXX, XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV, XXXV, XXXVI (XXVII), XCIII, LXXIX, XCI, XCII, LII, (XLVIII), L, LI, LXIV, LXV, LXIX, XCIV, XCV.

9 VII *de Putredine*, XCVI, XCVII, CII, CIII, CIX, CX, CXIV, CXV, CVIII, CXVI, CXVII, XCVIII, XCIX, C, CI, CIV, CXXVII, CXXVIII, CXXIX, CXXX, CXXXI, CXXXII, CXIII, CVII, CV, CVI, CXXIV, CXXV, CXXVI, CXXXIII.

10 *Interjecto* deinde *ſpatio* hæc ſubjecit: Aſſertio LXXIII, LXXV, LXXVI, LXXVIII, CXVIII, LIII, Zabarella lib. 1 de Qualit. Element. cap. 3 & 4.

Quomodo ego ordinaverim, ex ſequentibus Laterculis Curioſus Lector cognoſcet.

ORDO ASSERTIONUM SECT. I. SECUNDUM SCHEDAS POLTSIANAS IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN POLTSIANIS REPERTUS.
PROOEM.	
II	I
V	II
VII ex parte	IV
VIII ex parte	III
XI	VIII
Conſectar. 1	Coroll. 8vx.
2	—
XIII ex parte	X
Scholion	Scholion xiiix.
CAP. II	
XVII	XV
XIX	XVI
XXII	XVII
XXIV	XXXVII
XXV	XXXVIII
XXVI	XXXIX
XXVII	XLVII
CAP. III	
II	XII
Scholion	Scholion.
III	XIV
Scholion	Scholion.
IV	XIX
V	XX
VI	XXI
VIII	XXII
X	XVIII
CAP. V	
I	IX
II	V
III	VI
IV	VII
Scholion	VI

ORDO ASSERTIONUM SECT. I SECUNDUM SCHEDAS POLTSIANAS MPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN POLTSIANIS REPERTUS.
VI	LII
VII	XXVII
CAP. VIII	
I	XIII
CAP. XII	
I	XXIII
II	XXIX
III	XXIV
IV	XLIII
Scholion	Scholion
IX	XXVIII
XI	XL
Scholion 1, 2	Scholion
XII	XLI
XIII	XLV
XIV	XLIV
XV	XLVI
XVI	XXV
XVIII	XLII
XIX, XX	XXVI
CAP. XIII	
II	LXVIII
VII	LVI
VIII	LVII
IX	LVIII
X	LXI
XI	LXXII
XII	LIX
CAP. XIV	
I	LX
II	LXII
III	XLIX

ORDO ASSERTIONUM SECT. I SECUNDUM SCHEDAS POLTSIANAS IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN POLTSIANIS REPERTUS.
VI	LXX
VII	XLVIII
VIII	LXIII
CAP. XV	
V	L
VI	LI
VIII	LXXIV
XII	LXIV
XIII	LXV
CAP. XVI	
III	XXXV
IV	XXXVI
VI	XXXI
VIII	XXX
IX	XXXIII
XV	LI } Sectionis ſecundæ.
XVI	X } Sectionis ſecundæ.
XVII	LII } Sectionis ſecundæ.
XVIII	XXXIV
XX	XXXII
XXI	XCIII
XXIII	XCII
XXIV	XCI
CAP. XVII	
I	LXVI
II	LXVII
III	XC
IV	LXXXVII
V	LXXXVIII
VI	LXXXIX
VII	LXXIII
Nota	Nota
VIII	LXXV
IX	LXXVI
X	LXXVII

ORDO ASSERTIONUM SECT. I. SECUNDUM SCHEDAS POLTSIANAS IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN POLTSIANIS REPERTUS.
XI	LXXVIII
XII	LXXXIV
XIII	LXXIX
XIV	CXVIII
XV	CXIXI
XVI	CXX
XVII	LXXXIII
XVIII	CXI
XIX	LIII
XX, XXI	CXII
XXII	LXXX
XXIII	LXXXI
XXIV	LXXXII
XXV	LIV
XXVI	LV
XIX	LXXXV
XXXI	LXXXVI
CAP. XIX	
II	LXIX
IV	XCIV
V	XCV
VI	XLIV Sectionis ſecundæ.
CAP. XX	
III	XCVIII
IV	XCIX
VI	CIV
VII	CVII
CAP. XXI	
II	C
III	LXXI
CAP. XXII	
V	XCVI
VI	CXXV

ORDO ASSERTIONUM SECT. I SECUNDUM SCHEDAS POLTSIANAS IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN POLTSIANIS REPERTUS.
VII	XCVII
IX	CXIV
X	CI
XI	CXIII
XIII	CII
XIV	CIII
XV	CXXI
XVI	CXXII
XVII	CXXIII
XVIII	CXXIX
XIX	CXV
XX	CX
XXI	CIX
XXII	CVIII
Scholion I	Scholion I
II	II
III	III
XXIII	CXVI
XXIV	CXVII
XXVI	CV
XXVII	CVI
XXVIII	CXXIV
CAP. XXIII	
I	CXXVIII
Scholion	Scholion
II	CXXX
III	CXXXI
Scholion	Scholion
IV	CXXVII
V	CXXXII
VI	CXXVI
CAP. XXIV	
I } II }	CXXXIII
Scholion I	Scholion I
II	II

III

DE CAUSIS NON CONTINUATARUM ANNOTATIONUM AD HANC SECTIONEM.

Cum Lectorem *ſatis cognoviſſe* exiſtimem, *quomodo in Schedis verſatus* fuerim, & præterea *nimis extenderentur* Annotationes, præſertim cum *parum* illarum *tædium* aliis jucundioribus *Obſervationibus* vel *Correctionibus minui* poſſit, *quam* forte in Annotationibus *ad Sectionem II* factum eſt, *malui* hic *abrumpere*, quam nimis in hujuſmodi ſcrupuloſus fieri.

FINIS ANNOTATIONUM AD PARTIS II SECT. I.

ANNOTATIONES SPECIALES

AD

PARTIS II SECTIONEM II,

DE

SPECIEBUS SIMILARIUM.

I

DE SCHEDIS

EX QUIBUS HÆC SECTIO EST DESCRIPTA.

1 AUTOGRAPHÆ Schedæ *Continuæ ſequuntur Partis 2 Sectionis* 1 *Aſſertiones.*

2 Continuis *acceſſerunt* ex Autographis aliis, præſertim autem ex *Faſciculo Foſſilium* Hiſtoriam complexo, *pauca Aſſertiones, cum* quibuſdam *Scholiis,* huc pertinere mihi viſæ.

3 *Caput* vero *penultimum* de Gypſite & Gypſo, *ex Epiſtola* quadam *ad* Clariſſimum Virum, Laurentium *Eichſtadium,* volui huc transferre, quod
4 ejuſdem etiam cum ſuperioribus capitibus erat argûmenti. Præſtat enim in hujuſmodi libro, id eſt, digeſto, talia legi, quam inter Epiſtolas digerenda
5 inveniri. De hac autem Epiſtola iterum ſuo loco dicendum erit.

6 APOGRAPHÆ hic nullæ adhibitæ ſunt, præter POLTSIANAS, Autographis Continuis reſpondentes.

7 Quas *dictatas* eſſe probant hic, *Nomina* quædam *vitioſius ſcripta*, quam ſcribi potuiſſent, ſi Librarius ex Autographo, nemine dictante, deſcripſiſſet, quod præcipue apparet *ex Lapidum Diviſione gemina*, quæ proponitur cap. 20.

Ne attingam, *plurima* in Poltſianis reperiri *addita*, quæ in ipſarum Autographis non comparent. In quorum numero eſt capitis 9 aſſertionis 1 ſectiunc. 8 integra, item cap. 10 aſſert. 4 integra, & cap. 20 dicta modo *Diſtributio Lapidum utraque.* 8

II

DE DISTINCTIONE HARUM ASSERTIONUM.

Cum *Poltſianum Exemplar, Titulo,* quem *Impreſſum* hæc Sectio in fronte gerit, & *Autographum,* Titulo *Aſſertionum Secundarum,* (qui apparet ter in fronte trium Schedarum, quæ caput 14 fere integrum continent), Aſſertiones hujus Sectionis *a prioribus* Aſſertionibus *ſepararent,* non præter Auctoris mentem novam Sectionem hic conſtituero. 1

Deinde, cum *priorem* partis 2 *Sectionem in capita* voluerit dividi, ut ad illam Annotatione 2 dixi, hujus quoque Sectionis Diviſio ab Auctore non neglecta fuiſſet, ſi propoſitum, de quo eadem Annotatione, non mutare voluiſſet. 2

Quamvis *hac Sectio ſatis* bene *Ordinata* fuerit, *Ordo*que ipſe ab Auctore cap. 4 *præſcribatur,* ut *pauca* circa eum *immutare* opus habuerim, quemadmodum ex Tabella ſubjecta apparebit. 3

Quod ſi hanc Sectionem *per minores partes,* ſive fruſta, ut vocat Seneca ep. 89, concidere placuiſſet, potuiſſem ita diſtinxiſſe, ut 4

Portio 1 Generaliora de Speciebus Similarium complexa eſſet. Quo pertinuiſſent 5
Cap. 1 de Similaris Corporis Speciebus in Genere,
2 de Foſſilis Corporis Speciebus,
3 de Simplicis Foſſilis Speciebus,
4 de Ordine tractandi Species Similaris Corporis.

Portio 2 Specialiora. Et hujus quidem 6
Tmema 1 de Metalli Speciebus,
2 de Lapidibus Igni invictis,
3 de Sale (medio modo ſumto) docuiſſet, *capitibus* ſcilicet *ſex* ſequentibus: 7
1 de Salis Speciebus in Genere,
2 de Nitro,
3 de Sale Petræ,
4 de Vitrioli Speciebus,

5 de

5 de Aluminis Speciebus,
6 de reliquis Salibus.
8 4 de Pinguedinibus
capitibus his *ſeptem*:
1 de Sulfuris Speciebus,
2 de Arſenici Speciebus,
3 de Bituminis Speciebus in Genere,
4 de Bitumine Liquido & Concreto,
5 de Bitumini Cognatis,
6 de Lapide Fiſſili,
7 de Terris Pinguibus & Lætaminibus.
9 5 de Lapidibus,
capitibus tribus:
1 de Lapidis Speciebus,
2 de Gypſite & Gypſo,
3 de Calce viva Laodiceaſi.

10 *Cetera*, quæ hic a me *mutata* ſunt, *ſuis locis* ſingula indicabo.

11 Aſſertiones autem has in Laterculo ſiniſtro non comparentes, X, XLIV, LI, LII, Sectioni primæ intuli.

Ad Partis 1 Sect. 2 Annot. 2 de Diſtinctione harum Aſſertionum:

ORDO ASSERTIONUM SECTIONIS II SECUNDUM POLTSIANAS SCHEDAS IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.
CAP. I	
I	I
II	II
CAP. II	
I	III
II	IV
CAP. III	
I	V
II	VI
III	VII
IV	VIII
V	IX
VI	XI
VII	XII
VIII	XIII
IX	XIV
X	XV
XI	XVI
XII	XVII
XIII	XVIII
XV	XIX
CAP. IV.	
I	XX
CAP. V	
I	pars XXII
SCHOLION	SCHOLION
II	pars XXII
III	XXI
CAP. VI	
I	pars XXIII
II	pars XXIII

Digitized by Google

ORDO ASSERTIONUM SECUNDUM SCHEDAS POLTS. IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.
CAP. VII	
I	XXIV
II	XXV
III	XXVI
IV	XXVII
V	XXVIII
VI	LIV
VII	XXIX
VIII	XLI
CAP. VIII	
I	XXX
II	XXXI
III	XXXII
SCHOL. I	SCHOL. I
II	— II
IV	XXXIII
SCHOL. I	SCHOL. I
II	— II
III	— III
IV	— IV
VI	— V
V cum SCHOLIO	XXXIV cum SCHOLIO
VI	XXXV
VII	XXXVIII
VIII cum SCHOLIO	XXXIX cum SCHOLIO
IX cum SCHOLIIS III	XL cum SCHOLIIS III
CAP. IX	
I	XXXVI
II	XXXVII

ORDO ASSERTIONUM SECUNDUM SCHEDAS POLTS. IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.
CAP. X	
I cum Scholio	XLII cum Schol.
II	XLIII
III	XLV.
IV cum Scholio	XLVI cum Schol.
V	XLVII
VI	XLVIII
VII	LIII
CAP. XI	
I	XLIX
II	L
III	LV
IV	LVI
Schol. I	Schol.
V	LVII
VI	LVIII
VII	LIX
CAP. XII	
I	LX
II	LXI
III	LXII
IV	LXIII
V	LXIV
VI	LXV
CAP. XIII	
I	LXVI
II	LXVII
III	LXVIII
IV	LXIX
V	LXX
VI	LXXI
VII	LXXII
CAP XIV	
I	LXXIII

Digitized by Google

Ad Part. 2 Sect. 2 Annot. 2 de Diſtinctione harum Aſſertionum.

ORDO ASSERTIONUM SECUNDUM SCHEDAS POLTS. IMPRESSARUM.	ORDO ASSERTIONUM IN HIS SCHEDIS REPERTUS.
II	LXXIV
III	LXXV & LXXVIII
SCHOL.	SCHOL. LXXVIII
IV	LXXVI & LXXVII
V	LXXIX
CAP. XV.	
I	LXXX
II	LXXXIII
III	LXXXVIII
CAP. XVI.	
I	LXXXI
II	LXXXII
III	LXXXIV
IV cum SCHOLIO	LXXXV cum SCHOLIO
V	XCVIII
VI	LXXXVI
VII	LXXXVII
CAP. XVII	
I	LXXXIX
II	XC
III	XCI
IV	XCII
V	XCVII
CAP. XVIII	XCIII
CAP. XIX.	
I	XCIV
II	XCV
III	XCVI
CAP. XX.	
I	XCIX
II	C
III	CI
VI	C I
VIII	CIII

III

DE CAPITIS I ASSERTIONE III.

Ex *Scheda vetuſtiore*, quæ Inſcriptionem, *Species* Rerum *Inanimatarum*, 1
verbo finito ſtatim jungit, ſunt priores 2 Sectiunculæ, una *cum 3a prima Periodo.*

Altera enim ex alia eſt, quæ ſub Titulo *Aſſertionis de Lapidibus* hæc ex- 2
hibet:

Silex Igne l. & n. l. *d.* S..

Arena fit tum *e Saxo Arenario*, tum ex [*Fluoribus*]. G. Agr. l. 7. c. 16.

Prius de Arena, Pulvere, *Sabulo*, *Glarea* (Fragmentis).

IV

DE CAP. I ASSERT. IV.

Suppeditavit hanc Scheda, cui Titulus *Protophaſes.* In qua poſt Pro- 1
tophaſin iſtam, quæ prima eſt hujus Capitis:

Originis Diverſitas Speciem *non* variat,

leguntur hæc:

Vſ. id. n. f. G. a. S. *conv.*.

Chryſocolla quæ vid. *Ærug. Sp.* & eâ, quæ *ex Ærug. & N. & Urin.*, 2
vel et. *ex Ærug. & Ur.*, item *ex Nativa.*

Quis ſcit *an omnes* Chryſocollæ (alles Berggrün) *ejusdem* 3
ſint *Speciei* ?

4

Æs corrodi poterit vel ab {
Aceto,
Urina,
Spiritu Sulfuris,
Spiritu *Salis*,
Spiritu *Bituminis*,
}

Veri-

5 Veriſimile eſt, quod *Artifices nominare* voluerit, qui Chryſocollâ
6 utantur. Cum vero appareat, hanc Aſſertionem ad Georgii Agricolæ de Nat. Foſſil. 3 c. 29 ipſi meditatam, *adjecit illa ex Agricola: Pictores utuntur*, item *&*
7 *Luteâ herbâ tingitur.* Quæ autem *de Succis Æs corrodere natis* adjicit Auctor, invenies hujus Sectionis c. 3 aſſ. 4, ſectiunc 12 & 13.

8 *In alia* Scheda hæc reperio, *unde* huic Capiti *addat qui volet*: ADDEND.

Marmor Factitium, Chalcanthum Factitium.

9 *Nativi & Factitii Differentia non* variat *Speciem.*

10 *Ars* enim nil confert rei, niſi quod *applicat* res Naturales, agentes patientibus, Sympathiâ vel Antipathiâ erga ſe affectas.

11 *Uſus* rei, quem homini præbet, *Genus non* conſtituit.

12 Ut ſi *Similaria Vegetabilibus orta dirimam in Coloramina.*

13 *Ortûs Differentia non* variat Speciem. *Margaritæ, BeZoar, Calculi Renum* & *Veſicæ, Oculi Cancri.*

14 *Attributa dant* Speciem.

15 Ut ſi hæc *Lithoſtea* dicas *Corpora inter Oſſa* & *Lapides mediam* habentia Conſtitutionem.

V

DE CAP. III ASSERT. XIII.

Sectiunculæ 2 *Ultima Periodus* nata eſt ex his verbis, quæ Auctor *Autographi* ſui, quod hanc Aſſertionem continet, extremitati ſummæ adſcripſerat:

Aqua ita *Metallum* foret.

VI

DE CAP. III ASSERT. XIV.

1 *Tota* hæc Aſſertio huc a me tranſlata eſt *ex Scheda*, in Faſciculo de Metallis reperta, cui Titulus: LAPIDIS DEFINITIO, ubi præterea hæc extant;

Προσθήκη, it. Πρόσθημα, *Additio*, Additamentum. Scap.. *Latinum* tamen *non puto Ad..*

ADDITAMENTUM nimirum Latinum non eſſe putat. Nam & inter 2
Barbara vitanda collocat in Schedis ad Latinam linguam pertinentibus, ubi tamen videtur dubitare, cum addit:

Vocabulo tamen hoc utuntur *qui* alias *puritati ſtudent.* 3

Quamobrem nec ipſo abſtinuit Sectionis hujus c.12 aſſ.6 ſectiunc. 1 & 3.

Cauſam reponendi inter Barbara, neſcio an hanc *habuerit*, quod *con-* 4
tra Analogiam Verbalium a Supinis ortorum formatum putaverit.

Cum enim *in reliquis* Verbalibus, in *mentum* exeuntibus, *inter pri-* 5
mam Supini literam, & *tum*, ultimam Supini Syllabam, Syllaba *men* interjiciatur, verbi gratiâ,

in tertiâ Conjugatione			
	ex *alitum*	fit	*alimentum*,
	incretum		*incrementum*,
	ſtratum		*ſtramentum*, &c.
in ſecundâ	ex *monitum*		*monimentum*, vel *monumentum*,
& additâ vocali			
	ex *doctum*		*documentum*;
in quarta	ex *munitum*		*munimentum*,
	nutritum		*nutrimentum*;
in prima	ex *incitatum*		*incitamentum*,
	jutum		*jumentum*,
	ſacratum		*ſacramentum*, &c.;
& *hic* ſimiliter			
	ex *additum*		addimentum

ſingi, nec integram Syllabam *ta*, *ante* Syllabam *men*, contra Analogiam adjici *debuiſſe* credidit.

„ Sed uſurpat *Cicero* in oratione pro Sextio c. 31: *Interceſſit Ligus iſte,* 6
„ *neſcio quis, Additamentum inimicorum meorum.* Et *Auctor* ſecundæ oratio- 7
nis vel *epiſtola* potius *de Rep. ordinanda ad Cæſarem*, (quiſquis ſit, antiquus
„ certe eſt) c.17. *Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus, ſicut*
„ *in ſtatua, præter nomen nihil eſt Additamenti.* Iterumque c. 19 fin.: 8
„ *Homines Nobiles cum paucis Senatoriis, quos Additamenta factionis ha-*
„ *bent.*

Præterea potuit *a* verbo quodam *obſoleto* Frequentativo *Additare*, ad 9
Analogiam reliquorum, factum eſſe *Additamentum.* Quemadmodum a Frequentativo uſitato *incitare* eſt *Incitamentum.*

Ceterum Scheda hæc continet etiam capitis 10 aſſertionem 7 & 9. 10

VII.

VII

DE CAP. IV ASSERT. I.

Sectiunculæ *a comma ultimum*, ut & Sectiuncula 5 & 7 integræ *ex* Scheda hac *Anepigrapha* acceſſerunt:

Metallorum Theoria præcedit non tantum, quia ſimplicior, *cum* eorum q.h. *n.d.q.p.*.

Sed & ideo, quia *non a. m. M.S.*, uti T., L., & B..

At quia &c..

VIII

DE CAP. IV ASSERT. II.

Tota hæc eſt ex Scheda *Inſcripta* TERRÆ, quæ *Autographis* hujus Sectionis *adjacebat*, *numero* tamen *nullo* cum reliquis cohærens. Continebat eadem Capitis 8 Aſſertionis ultimæ Periodum primam.

IX

DE CAP. VI ASSERT. I.

1 In Sectiuncula 2 *addidi* voculam *prope*, ut Cavillationi minus ſeret obnoxia Aſſertio.

2 Neque enim *Auctorem latuit*, Baptiſt. *Portam* Magiæ natur. l. 4 c. 25 fin. te-
" ſtari, ſe *vidiſſe* Amiantum *neri Venetiis*.

3 Accedit, quod Olaus *Vormius* Muſei ſui hiſtor. l. 1 ſection. 2 c. 7 refert, ſe
" *a Petro Burdelotio, Reginæ Suecicæ Archiatro, Lanam ex Amianto, Fibris lon-*
" *gioribus prædito, confectam, Funem itidem ex hac Lana contortum dono acce-*
4 " *piſſe*. Idem ante ibidem *modum* proponit, *quomodo ex eo Lina poſſint fieri,*
" *quem* cum ipſo *amicus communicavit, qui magni quidem ſecreti loco tenuerit,*
" *pro certiſſimo tamen venditarit.*

5 " Et tamen hic: *Modus quo ex eo fiant Lina, jam penitus ignoratur.*

6 Mihi quoque *amicus* retulit, vidiſſe ſe *Flensburgi* 1654 *fruſtum Mappæ ex Amianto* contextæ.

X

DE CAP. VII ASSERT. V.

Mutavi hic *Nominis definiendi* Numerum *pluralem in ſingularem*, ſimiliterque vocum, quæ ad illud referebantur, Numeros. Vide quæ dixi ad Partem 1 Annotat. 22.

XI

DE CAP. VII ASSERT. VI.

Ex Scheda *Vetuſtiore* eſt, cui Titulus SALIS SPECIES. 1
Addita præterea ibi hæc:
Saccarum verius Gummi eſt quam *Sal*. 2
Sed *forſan* omnia *Gummia Sales* ſunt.

XII

DE CAP. VII ASSERT. X.

Ex *Scheda, quæ caret Inſcriptione*, ſumta eſt tota, *excepto* ſectiunculæ 1 *commate primo*, quod ad orationem ſupplendam requirebatur.

XIII

DE CAP. VIII ASSERT. I, ET SCHOLIO I.

Aſſertionis hujus Sectiunculæ 4 *ultima Periodus debetur* una *cum Scholio* 1 *Schedis duabus*, *Rudimenta* quædam capitis præſentis continentibus, Titulo NITRI. 1
In *Prima* Scheda reperiuntur iſta: 2

Nitrum

Nitrum { *Candidum, Fuſcum, in* Candido *Purpureum.* / *Ægyptium, Spuma* ejus *amarior.*

3 Quædam *Foſsilia vix amara* ſunt, quale eſt durum & pellucidum illud, *ex quo Borax* conficitur. (Ideo alii non ex Nitro, ſed ex Lapide Boracem fieri ſcribunt).

4 *Chalaſtraum* in amaro ſalſum eſt.

5 *Halmirhax ſalſum* eſt. (hoc ego *vix Nitrum* puto).

6 *Hinc* colligo, *Nitrum* fuiſſe *ſimile Sali Fagino* vel *Querno*, qui Sales etiam amari ſunt & abſterſorii.

7 *Ex Braſſica, Beta, aliisq;* Nitroſis Plantis *extrahatur Sal*, is erit Nitrum, vel Nitrum ex eo ſeparari poterit.

8 *Neque Veterum Nitra* fuerunt *ejusdem Speciei.*

9 *Altera* Scheda hæc continet cum Scholio:

„ *Thomas Jordanus Aquam Lacûs Zeizienſis Nitroſam decoctione inſpiſſatam,* adhuc tamen *pellucidam & fulvam,* ſive Falernam deprehendit.

10 Is *Color* eſt etiam in *Lixiviis e Cineribus Fagi* aut *Quercûs.*

11 *Nitrum* in *Igne nec crepitat, nec* eo *exſilit,* ſed inflatum *intumeſcit.*

12 *An fundatur* in Igne &c..

13 *Non* itaque *caremus Nitro, cum* non plura *Attributa annotarint* Veteres, niſi quædam *accidentaria.*

XIV

DE CAP. VIII ASSERTIONIS I SCHOLIO II.

1 Suppeditavit *Scheda* hæc, cui Titulus NITRUM:
Nitrum aliud alio *purius.*

2 *Puriſſimum non* fuiſſe Chalaſtræum (CHALASTRICUM). Quamvis enim candidum, tamen non pure amarum, ſed *ſalſedine mixtum* erat. Hoc *ex Lacu Nitr. in Cl. Mac.*

Chalaſtra fuit *in lit. ſin. Therm.. Ax.* en, fl. inter Chal. & Th. &c.. Strabo. 3

Chalaſtram. etiam in *litore iſto* ponit Plinius. 4

Sed de Clytis &c.. 5

XV

DE CAP. VIII ASSERTIONIS I

SCHOLIO III.

Ex Schedâ *Vetuſtiore*, cui Titulus NITRUM, & *Recentiore* quæ proxime antecedentis Schedæ pars dimidia, & prior eſt, Scholion hoc, *ſuppletis quæ deeſſe videbantur*, coaluit. 1

Vetuſtior hæc exhibet: 2

« Nitrum quod HALMIRHAGA *Græci vocant*, ut loquitur Plinius, *num* ἁλμύῤῥαξ, ἀναλμύῤῥαξ, & num ab acino, an a perrumpendo appellari debeat, an vero ἁλμυῤῥαγὶς ut τυχοῤῥαγὴς appellandum a perrumpendo.

An ea, *quæ præter Plinium* ſcribit de eo *Georgius Agricola*, ex conj. & n. e. c., an ex a. a.. 3

N. ῥάξ ῥαγὸς, acinus (Weinbär). 4

Videtur fuiſſe illud Nitrum *Aciniforme* förnicht. 5

Q. A., (id eſt, Quærendum amplius), in epigr.. φιλόῤῥαξ in epigr. de Sophocle, pro ῥάξ item πυκνόῤῥαξ *denſus acinis* in epigr.. Ea derivata a ῥήγνυμι quæ terminantur in ῥαγὴς, paſſive ſignificant. 6 7

Recentior hæc continet:

« *Exiguum Nitri fit apud Medos caneſcentibus ſiccitate convallibus, quod* « *vocant Halmirhaga* ſive quod ſalſum & acinorum inſtar concretum, ſive quod ſalſum erumpat. Plinius. 8

Μικρόῤῥαξ *parvos acinos habens*. Plat. lib. 8 Leg.. 9

Ὀμφακόῤῥαξ acerbacinus epigr. lib. 1. 10

Φιλόῤῥαξ epigr. de Soph.. 11

Signa quædam *Accentuum* Auctor *aliis Syllabis* adſcripſit, quam ego ex Codicibus impreſſis edi curavi. 12

Digitized by Google

XVI

DE CAP. VIII ASSERTIONIS III SCHOLIO I & III.

1 Scholii 1 Sectiuncula 2 & 4. ut & Scholion 3, *ex Scheda Recentiore* acceptæ ſunt.

2 Exhibet autem dictas Sectiunculas ſub Titulo NITRI inter hæc:

“ Plin. lib 31 cap. 10. *ex Quercu cremata nunquam multum factitatum eſt,*
“ *& jam pridem in totum omiſſum.*

3 Ergo non omiſſum, quod viribus non reſponderet, ſed *quod paucum inde* fieret, & aliunde haberetur ejus copia.

4 *Haberi* adhuc forſan *poſſet ex L. M. c. Ch. ſ. Th.*. Vide Plin..

5 MATTHIOLUS Conſtantinopoli ſibi miſſum habuit *legitimum Nitrum.* Vide quoque ejus epiſtolas.

6 *Batuere ulcera*, id eſt, verberare. Plin. l. 31 c. 9..

7 Scholion autem 3, cui conſignando Matthiolus occaſionem dedit, ad frontis latus dextrum exſtat totidem verbis, niſi quod pro *uſurpaſſe videntur* ibi ſit *uſurparunt.*

8 “ In Plinii enim vulgatis exemplaribus lib. 31 c. 10 in fine legitur: *Sal Ni-*
“ *trum Sulfuri concoctum in Lapidem vertitur.*

9 Sed *locum corruptum* arguerint eadem fere verba libri 36 c. 26 fine repe-
“ tita, voce Nitrum mutatâ in Vitrum. *Vitrum*, inquit, *Sulfuri concoctum fer-*
“ *ruminatur in Lapidem.*

10 *Vetus* quædam inſuper *lectio* a Daleſcampio annotatur: *ut Sale Nitrum.*

11 In Indice, qui Geleni editioni adjectus eſt, leges: *Sal & Nitrum Sulfuri concoctum in Lapidem vertitur.* Quæ lectio mihi placet præ vulgari, niſi hanc per Aſyndeti figuram defendere malis.

12 *Auctor* quoque in Scheda, quæ Propoſitiones de Nitro ex Plinii l. 31 c. 10 collegit, *Sal & Nitrum* legendum *conjicit.*

13 Pintianus hic *tacet.*

XVII

XVII

DE CAP. VIII ASSERTIONIS III SCHOLIO IV.

Ex *Scheda*, quæ inſcribitur NITRI USUS: 1
“ *In Vitreis Arenis f.* & o.i. Ph.S.&c.l. t.P., item *in G. & H.*
“ *Arenæ miſcebantur tribus partibus Nitri.* 2
Hodie &c.

XVIII

DE CAP. VIII ASSERTIONIS IV SCHOLIO IV.

Sectiuncula ejus 2 in Scheda, neſcio, cujus ætatis, ſubjiciebatur iſtis, quæ 1
ſuperioribus fere Aſſertionibus comprehenduntur:
Spuma Nitri Ægyptii videtur *puriſſimum* fuiſſe Nitrum. Nam
Chalaſtræo deficit puritas amari Saporis, *Ægyptio* deficit *Candor*. Erat 2
“ enim Cinereum ſive *Fuſcum*, ut loquitur Plinius.
” *A Medicis expetitur maxime Amarum*, teſte G. Agric.. 3
Aphronitrum eſt *in Candido Purpureum*, ideoque nec hoc *purus* Sal 4
videtur.
Forſan *Cand.* &c.

XIX

DE CAP. IV ASSERTIONIS IV SCHOLIO V.

Debetur *Schedæ*, quæ inſcribitur NITRUM. *Addita* hic a me præter *Verſionem* ſunt iſta: vocant. Adſcribam tantum *locum*.

XX

XX

DE CAP. VIII ASSERTIONIS IV SCHOLIO VI.

1 Sectiuncula ejus 3 *ex Scheda, ejusdem* cum proxima *Inſcriptionis*, huc eſt
translata, quæ *loco Platonis, qui* Aſſertionis 8 *Scholion* integrum fere *con-
ſtituit*, hunc ex eodem (Platone) ſubjungit his verbis:

& paulo ante, p. 1067, ubi de Miſt. El.:

" τὸ μὲν Ἐλ. &c.. (videtur igitur etiam *Pingu. N.tr.*).

2 Additur deinde:

" (Ibidem *Nitrum* & *Salem* vocat Ἡμιπαγὲς (Σῶμα) *Semiglaciale*,
" *Semiconcretum*.

3 Sectiuncula 4 *pro* voce *prorſus* recepit *fere*. Non enim Proſper *Alpinus*
prorſus de Nitro tacet, quando l. 4 de Ægypt. Medicina c.15 (circa medium)
4 *Nitri Rubri meminit*. Locum integrum adſcribam:

" *Primus harum* (Peſtilentium) *Febrium ita peractis diebus*, (Clyſtere, Sca-
" rificatione Surarum, & Potione Medicata), *ad Inunctionem totius Corporis*
" *accedunt, Cute quippe leniter perfricatâ, atque poſtea calidâ Inunctione inun-*
" *ctâ, natura ad Cutim expulſionem eo auxilio maxime adjuvantes. Inunctio-*
" *nem vero ex Oleo Amygdalarum amararum cum* NITRO RUBRO, *quod* NA-
" TRON *appellant, parant.*

5 " *Fuerit* hoc Nitrum, quod *a Colore Terræ Rufum in Ægypto exire*, ſcri-
bit Plin l.31 c.10.

6 Eo confidentius autem hanc particulam (fere) ſubſtitui, quia *Auctor
ipſe* alibi locum hunc *annotaverat*, ubi tamen in prænomine Alpini calamus
aberravit, cum Petrum vocet, quem Proſperum debuerat appellaſſe.

XXI

DE CAP. VIII ASSERT. VII.

Sectiunculæ 1 comma 2 *ex abundanti* interjeci, in gratiam Lectoris minus
attenti, & Aquas Nitroſas ab Halinitroſis diſtinguere non ſatis docti.
Interim *nunc malim expunctum*, ne legem, quam ſemel mihi in Recenſione

Digitized by Google

hujus Operis præſcripſi, de non adjiciendo facile interpretamento ullo, migrare opus habeam.

XXII

DE CAP. VIII ASSERTIONIS VIII SCHOLIO.

Quia Auctor *locum Platonis in Scheda, de qua* jam *Annotatio* 20 dixit: (Plato, ubi Saporum differ. in Tim. expl. (p. 1070): 1

„ *Τὰ δὲ τούτων ῥυπτικὰ*, &c.,

fere integrum Græce deſcripſerat, & e Lectoris commodo futurum videbatur, Platonis verba exhiberi, præſertim, cum & *Ficini* & *Cornarii Verſiones* Platonis *mentem*, quam & Galenus indicavit, *non* ſatis *clare exprimant*, Cornarius quædam etiam depravet; adjeci locum una cum *nova* illorum & antecedentium verborum *Verſione*.

Cornarius illud *τούτων* retulit *ad aliud*, neſcio quid, quod ad *φλεβίων* re- 2
„ ferendum fuerat. Vertit enim: *Quæ hæc extergunt*, pro quo debuiſſet di-
„ cere: *Quæ has extergunt*. Et hic *rectius Ficinus*.
„ Deinde verbum *προσεπιλαμβανόμενα*, in quo haud parva vis videtur 3
„ eſſe, Ficinus Latine reddere *neglexit*, contentus priora vertiſſe: *ſi ultra mo-*
„ *dum id faciant*. *Cornarius* vero obſcurius: *ſi inſuper quid aſſumant & corripiant*.
„ In *reliquis* quoque quædam *diſtinctius a me* eſſe poſita, manifeſtum fiet 4
Verſiones comparantibus.

XXIII.

DE CAP. VIII ASSERTIONIS IX SCHOLIO I.

Sectiunculæ 1 addidi ex Jordani loco iſta: *in Hodoninenſi territorio, omni carentis ingreſſu vel effluvio*, quæ Lacum Zeizienſem expreſſius ob oculos ponerent.

Digitized by Google

XXIV

DE CAP. VIII ASSERTIONE X.

1 *Prima Periodus* unde ſit, jam indicavi *Annotat.* 8.
2 *Alteram* Sennerti epitomæ Phyſicæ l. 5 c. 1 ſectioni 8 Auctor adſcripſerat:
At Abſt. v. m. in S. F. & Clavell. q. N..

XXV

DE CAP. X ASSERTIONIS VII SCHOLIO.

1 *Autographæ* Schedæ, quæ Aſſertionem, Scholion præcedentem, continet, *extremo* hæc adhærebant:
In Geom. inf. Figurar., in Ph. *inf. Min.*, Pl., An. *Sp.* inf Cr. arg..
2 Et *margini* circa verſus Aſſertionis illos: & multiplices receſſus &c.; ordine concurrentibus, &c.:
Infinitæ ſunt *Minerarum Species*.
3 Ceterum hoc Scholion etiam Aſſertionem 6 illuſtrare poteſt.

XXVI

DE CAP. XI ASSERTIONIS IV SCHOLIO I.

1 Illa: &, cum Alumen abſolute dicitur, intelligitur, adjecta ſunt *ex Scheda vetuſtiore*, quæ ALUMINIS Titulo hæc ſubjicit:
„ *Cum Alumen abſolute hodie dicitur, Alumen Rupeum intelligitur, quod ma-*
„ *xime vulgare eſt, & Cryſtalli more lucidum, ſpiſſum & durum.* Renod..
2 Plinii præterea *locum* ſubnectere volui, quoniam *ad Cæſalpini* l. 1 de Metallic. c. 21, e regione hujus loci Pliniani a Cæſalpino producti, in Codice ſuo hæc notaverat:
Antiquis igitur *ignota* fuit *ars Alumen ſeparandi*.

XXVII

DE CAP. XI ASSERTIONIS IV SCHOLIO II.

Suppeditavit Scheda, quæ Titulo ALUMINIS hæc ſubjicit: 1
Rupeum ut fiat, fuſe deſcribit Andr. *Matthiolus præter* Georg. *Agricolam*.
Concreſcit in *quernis Capſis*. 2
affuſo Punici Mali Succo non nigreſcit, ſed magis pellucet (niteſcit). 3
Matthiol.
Bartol. Maranta verum *L.* & S. & *R.* P. *p.o.* id Matth. & Cæſalpinus 4
probant.
Item *Lucas Ghin.* in Ilva inſ. *Liquidum* Al. rep. 5

XXVIII

DE CAP. XII ASSERTIONIS IV SCHOLIO.

Ex *Scheda*, quæ inſcribitur SODA, &, ad Titulum Salis Alkali in Mine- 1
ralibus quærendum, Lectorem remittit. Complectitur hæc: 2
Videtur *medium* ſive ambiguum quid eſſe *inter Cinerem* & *Salem*, ſicut etiam *Cinis Clavellatus*, (hoc eſt, qui fit e Clavellis Vaſorum Cineres Infectorios continentium).
Nam Cinis eſt, quia proxime fit *ex re Combuſta*, ſc. Anthyllide, vel Cla- 3
vellis (Stäbe), cum *alius Sal e* C. a. a. e. ſ *e*.
Sal eſt, quia *totus in Aqua ſolubilis* eſt. 4
Priorem hujus Schedæ *partem non inſerendam duxi*, quia *vetuſtior vi* 5
deatur, quam hujus capitis *Aſſertio* 1 eſt, qua Sal Sodæ & Sal Cinerum Clavellatorum ex Salium claſſe non ejiciuntur.

XXIX

Digitized by Google

XXIX

DE CAP. XII ASSERTIONIS V, SCHOLIO.

In Codice Georg. Agricolæ, 8vâ (ut vocant) formâ, ad verba illâ l. 5 de Nat.
» Foſſil. c. ult.: *magis Salſus eſt, quam Amarus* (Sal Vitri), hæc notaverat; ideo Glaßgalle Germ. f. d.,

XXX

DE CAP. XIII ASSERTIONIS I SCHOLIO.

In *Schedaſic* legitur:
Ut *Oleum Oleag.*, *ad* rel. *Olea*;
Ita *Sulfur*, *ad* rel. *Pingu. Aq. gr.*,
Sal Veſc, *ad rel.* Sales.

XXXI

DE CAP. XIV ASSERTIONE V.

1 *Parentheſin*, quæ *Ribuli* nomen exprimit, *adjici debuiſſe*, fidem feceris *Scheda*, Aſſertionibus his coæva, ſub Titulo AQUARUM AMARARUM iſta exhibens:

» *Sandaracham* & *Auripigmentum Aquas Amarore inficere*, ſcribunt G. Agric. & G. Fall., verum omnes ex unius *Vitruvii auctoritate*. Qui l 8 c. 3 *Fonticulum*, *qui per venas Sandarachæ labitur*,
“ *Amariſsimum reddi* ſcribit.

2 *Non* ſtatim ſignificat, *ab* ipſa *Sandaracha* hunc *Amarorem* oriri:

3 Exploranda ea res fuerit.

 1 *miſcea-*

1 *miſceatur parum Auripigmenti cum multa Aqua*, & *guſtetur.*

2 *exploretur Aqua Lacûs Zeizienſis* in Moravia.

Alius præter Vitruvium etiam *Auctor* hujus Hiſtoriæ eſt. 4

Id inde colligo, quod G. *Agricola Rivulum*, ſive Fonticulum 5 *nominat*, Vitruvius nullum ejus nomen ponit.

Quær. in *Strab.*, *Plin.*. 6

Sed *nec in Strabone, nec in Plinio* Hiſtoriam reperio. 7

Agricola nomen *ex Mela* aut Solino, (nam & hic Exampeum vo- 8
cat), expreſſit l. 1 de natura cor. quæ eff. ex Ter. c. 9.

" *Herodotus rectius* forſan Ἀμαξάμπαιον appellat, qui Scytharum 9
" linguâ ita vocari ſcribit, & Græce per Ἱρὰς ὁδοὺς interpretatur. Ut non poſſim ſentire cum Clar. Viro, qui nuper in Herodoto ex Mela reſcribendum voluit Ἐξάμπαιον, cum potius Mela, junior multo Scriptor, verum nomen corrupiſſe videri poſſit.

Ceterum *nec Herodotus, nec Mela, nec Solinus Sandarachæ* me- 10
minerunt. Neque, qui nomen Rivuli reticent, Pauſanias l. 4 ſive Meſſenic. (p. 285, verſ. 4 & ſeq. Vechel. edit. 1613), & Stephanus in Hypani.

XXXII.

DE CAP. XV ASSERTIONE IV.

Ex *Scheda, Aſſertionibus*, ut puto, *coacta*, eſt, quæ Titulum BITUMINIS 1
gerit.

" *Falloppio* vero crediderim *oppoſitam*, qui, loco ad marginem excuſo, *nul-* 2
" *lam materiam reperiri*, ſcribit, *quæ poſſit accendi & ardere in Aqua*, *præter-*
" *quam Bitumen*.

XXXIII

Digitized by Google

XXXIII

DE CAP. XVI ASSERTIONIS V SCHOLIO.

E*x alia ejuſdem* cum proxime præcedente & *Tituli* & *Ætatis*.

XXXIV

DE CAP. XVIII SCHOLIO.

Adhæſit unius ex *Autographis* Continuis *extremo*, totidem, ſi excipias, ſe habet, verbis.

XXXV

DE CAP. XX ASSERTIONE III.

1 In *Vetuſtiore* Scheda, quæ inſcribitur PULCRITUDO, ita reperi: *P. n. in P. nec* in *Av.* &c. *D.* f., q. op. e., e. *n.* in *G.*, (Piſces Pulcri ſunt, *Anthiæ, Thymalus*).

2 *Thymallum malui* excudi duplici l, quomodo in *Æliani* l. 14 Hiſtor. Anim. c. 22 Codicibus Græcis ſcribitur, & *Ambroſii* Hexaem. l. 5 c. 2.

XXXVI

DE CAP. XX ASSERTIONE IV.

1 Aſſertionis 4 Sectiuncula *ultima ex duabus Schedis* coaluit, cum iſtius loco *in Continuis* tam Autographis quam Apographis hæc legerentur:

Plura

Digitized by Google

Plura quadruplicis hujus Diviſionis *vitia* detegent *Aſſertiones ſequentes.*

Quæ cum detecta non ſint, merito *omiſi.* 2

Illa vero: *neque G. n n p*, ſubjunguntur Aſſertioni 5, una cum Aſſertionis 8 prioribus duobus commatibus, eâdem Schedâ, cui Titulus ASSERTIO DE LAPIDIB., comprehenſæ. In ipſa præterea hæc reperio: 3 4

In Fibris inveniri { *pellucere* / *nitere* / *non pellucere.*

Reliqua ſuppeditavit Scheda ſub ASSERTIONIS Titulo hæc continens: 5

1. *Magnitudo* & *Exilitas non* faciunt *Specificam Differentiam* in *Lapidibus*,

cum *grandes* inveniantur S*maragdi*, *Topazii*, *Jaſpidis*, *Onychis* Magnitud..

2. Ita *Marmorum* Particulæ pro *Gemmis*. Agr. l. 7 Foſſil. c. 8. 6

XXXVII

DE CAP. XX ASSERTIONE V.

U*nde ſit, dixi* proxime præcedentis Annotationis ſectiuncula 3.

XXXVIII

DE CAP. XX ASSERTIONE VI.

Adhæſit *Autographi*, quod Aſſertionis hujus Capitis 1 partem continet, extremo.

XXXIX

XXXIX
DE CAP. XX ASSERTIONE VIII & X.

1 D*e prioribus* duobus *commatibus dixi* Annotat. 36. (*Ultimum* eſt ex extremo
Schedæ, unde c. 3 aſſ. 14 accepta eſt, Aſſertionem hanc ita proponentes
MAGNES magis *differt a* rel. *Lapidibus*, quam H. a B. A.).
2 Aſſertio 10 proxime *ibidem* antecedit.

XL
DE CAPITE XXI.

1 T*otum* hoc Caput *ordinavi*, & jam Annotat. 1 ſectiunc. 3 & 4, *cur ex Epiſtolâ*
Auctoris, anno 1636, 24 Februarii, *ad* Laurentium *Eichſtadium*, Medicinæ Doctorem & Phyſicum tunc Stetinenſem, perſcriptâ, huc *tranſtulerim* ſignificatum, Lector, memineris.
2 Clariſſimus hic Vir pro eximia ſua humanitate, Exemplar Literarum a ſe
3 adſervatum *mecum communicavit*, ut cum noſtro Exemplari conferrem. Ex collatione autem Exemplarium deprehendi, quod Auctor Epiſtolam abrumpere coactus fuerit, ubi illam tranſmittere voluit.
4 *Adponam* igitur *ex noſtro Exemplari*, parum ad tranſmiſſum mutato, *Epiſtolæ partem* integram, quæ Aſſertiones iſtas tum continet, tum illuſtrat, ut ſi-
5 mul Lectori conſtet, qua ratione in ordinem redactæ a me fuerint. Et ut promtius de hoc conſtet, annotabo *circa finem* Annotationis, *ad quas Aſſertiones & Aſſertionum partes* ſingula Epiſtolæ *retulerim*, quæ quidem eo re-
6 ferri commode potuerunt. Verba vero Epiſtolæ huc pertinentia ſunt iſta:

GYPSUM *an in Montibus inter Oderam & Ycrum* (üſer) ſitis reperiretur, quærenti mihi, *reſponderas*, Gypſum eſſe *plerumq; Factitium* quid.

7 *Reſpondi, quæſiviſſe* me non de Calce Lapidis, ſed *de Lapide*
ipſo, *quem* ego, Georgium *Agricolam* l. 5 Nat. Foſſil. c. 7 *imitatus*,
8 *Gypſum nominaſſem*. Itaque excuſans quaſi, & corrigens Homonymiam meam, Lapidem me intellexiſſe ſignificavi, materiam Gypſi, quem *Gypſiten* alioquin *appellare ſolitus* eſſem.

9 Hæc tu ita *accipis*, quaſi *profecta a Neoterico* Scriptore, Veterum
10 non ſatis obſervante. Παιδομαθεῖς *vu eſſe*, vel *nos*, vel *Rivulos noſtros*, hoc eſt, *Catachreſi* Græci vocabuli, Pueros jubes eſſe nos, qui a *Senili* Veterum quaſi Auctoritate pendeamus.

Digitized by Google

Ego exiſtimo, *debere* potius *nos eſſe Senes*, quippe *qui fruamur* 11
eorum, qui olim fuerunt, *Pueritiâ* quaſi: *&* *Scientiam noſtram Fluvio*
comparandam, ex Obſervationibus, tam Veterum, quam Recenti-
um, quaſi Rivulis collecto. Si quid a Veteribus accepimus rude, con- 12
fuſum, dubium, id noſtrâ operâ expoliendum, diſtinguendum, con-
firmandum.

Quod ad caſum præſentem attinet, Georgium *Agrico-* 13
lam, quem alias in Foſſilium Hiſtoria omnibus Antiquis antepono,
in hoc *non laudo*, quod communi *Gypſi nomine* complexus & *Lapi-*
dem & *Calcem* ejus, ſub unum Genus redigit, *ac* ſi quis *Lapidem Cal-*
carium, & *Calcem* ejus communi *Calcis* nomine *inepte* complecteretur.

Sicut eundem *probo*, quod excogitato novo Vocabulo, 14
(ὀνοματοθετεῖν enim eſt Philoſophi), *Halinitrum* ſive Salem Petræ *a*
Nitro diſtinguere voluit, *modo* ſatis *demonſtraſſet*, Salem Petræ noſtrum
a Nitro Veterum *Specie differre*. *Quid Bellonius*, quid *Matthiolus* 15
in epiſtolis hac de re, *non ignoro*.

Galenus non diſtinguit inter γύψον ἀκεκαυμένον & κεκαυ- 16
μένον.

Græci, quantum ego ſcio, γύψον ſemper *in feminino genere* 17
uſurpant. Ita Theophraſtus lib. de Lapidib. in fine, Galenus &
Dioſcorides citatis a te locis, Ægineta l. 7 lit. γ, Aetius l. 2 c. 52.

Deinde Græci *Participio Paſſivo non præfigunt* α ςερητικὸν. 18

Galenus primum περὶ τῆς γύψου abſque additamento, deinde 19
" περὶ γύψου καυθείσης agit. *Titulus* περὶ γύψου κεκαυμένου, (quod
" in recto caſu eſt γύψον κεκαυμένον), *non* eſt *authenticus*. *Prior* 20
γύψος Galeni dici poſſet γύψος ἡ καυθεῖσα, ἢ ἡ κεκαυμένη, ἢ
ἄκαυςος.

Verum, ſi vel maxime ita ex Galeni ſententia diſtinguamus, 21
nihil tamen ad præſens negotium *pertineret*, *nec* tamen *Homonymias*
evitaremus.

Nam

Digitized by Google

22 " *Nam Gypſum* non uſtum, ſive Gypſum CRUDUM *Gale-*
ni, non eſt Lapis, quem ego GYPSITEN, (Analogiam ſecutus), ap-
23 pello, ſed *Calx Lapidis Ignie ſubterraneo facta*. Quod conſtat *ex ver-*
" *bis* πήγνυται καὶ λιθοῦται βραχεῖα. Ita Aldinum exemplar. Le-
24 " gendum βραχεῖσα. Quæ ſententia repetitur ab Aetio, capitulo
25 " citato. *Item* λιθώδης γίνεται καὶ σκληρὰ πηγνυμένη.
26 " *Item* ἐπενόησα δεύειν αὐτὴν &c., quæ non Lapidi, ſed Calci Lapidis
27 " conveniunt. Γύψος μὴ Κεκαυμένη Galeni eſt Gypſites, (ſive
Lapis Gypſatius), ſemel uſtus.

28 " *Gypſum* USTUM *Galeni* eſt *Gypſites bis uſtus* , aut Calx
Gypſitæ foſſitia, iterum per artem uſta, ſicut Calx ex ruinis ædifi-
ciorum.

29 Quod ſi *Gypſites* recte *Gypſum* dicitur, *eodem jure* id nominis me-
30 rentur tum *Alabaſtrites*, tum *Specularis Lapis*. Ideoque *verum* re-
tulit, qui *Gypſum in montibus circa Oderam* naſci mihi narravit.

31 " *Svenckfeldius*, *dum* LAPIDEM SPECULAREM *Gypſi extre-*
" *mitatem* ſibi videri ait, *nihil* certi aut *diſtincti* loquitur.

32 Id autem, quod ego maxime *diſcere velim*, hoc eſt, *utrum Gypſi-*
" *tes*, hoc eſt, *Lapis, qui in Gypſum coquitur*, ut Plinius loquitur, ſive
GYPSUM EBURNEUM Georgii Agricolæ, e quo crudo ſigilla &
ſimulacra fiunt, ſit *Specie diverſum* quid *ab Alabaſtrite*, aut mollio-
33 re Marmore, & quo jure. *Color* certe & *Maculæ non prohibent*, quo
minus *reliqua Marmora cum Candidis eodem Genere* ſtuantur.

34 *Latini Gypſum* dicunt *neutro genere*, *Calcem* tamen Lapidis
potius, quam Lapidem intelligentes, ut ex Plin. l. 36 c. 24, & Vitru-
vii lib. 7 c. 3, Columella, & aliis conſtat.

35 Aſſertionis 1 ſectiunculam 1 exhibet hujus Annotationis ſectiun-
cula 13;

ſectiunculam 2, Annot. ſectiunc. 22, 32 & 34.
ſectiunculam 3, Annot. ſectiunc. 29.

36 Aſſertionem 2 continent hujus Annotationis ſectiuncula 20, 22,
23, & ſeq. uſque ad 29.

Aſſer-

Digitized by Google

Aſſertionem 3	ſectiuncula 32 & 33.	37
Aſſertionem 4 deniq;	ſectiuncula 32.	38

XLI

DE CAP. XXII.

Suppeditavit Scheda, cui Titulus geminus: *Aſſertio.* TERRA.

XLII

DE EPILOGO.

Adjicere volui, ne perirent, quæ *extremo Autographa* Schedæ adſcripſerat, cap. 2 Aſſertionis 2 partem, & c. 3 Aſſertionem 1 comprehendenti.

FINIS ANNOTATIONUM AD PART. II SECT. II.

Digitized by Google

ANNOTATIONES

AD

PARTIS II SECTIONEM III

DE

PLANTIS.

I

DE CAUSIS, OB QUAS PRIORIBUS SUPERADDITA FUERIT HÆC SECTIO.

1 Quamvis,impreſsâ fere Partis ſecundæ Sectione ſecundâ, mecum
conſtituiſſem, paucas tantum Phytoſcopicas ASSERTIONES
jam IMPRESSAS, & *in Diſputatione de Axiomatibus Phyſicis*, in
Gymnaſio noſtro 1652 propoſitâ, COROLLARIORUM *vi-
cem* functas, Appendicis loco Parti ſecundæ annectere, quod, in Auctoris
SCHEDIS de Plantis, Doxoſcopici argumenti parum aut nihil repertum iri
2 ſperabam; accidit tamen, *poſtquam* Experientiſſimo *Bunkio*, Amico opti-
mo, in ipſis curis & conatibus proferendi in publicum, quicquid Auctor de
Plantis conſcripſit, *vita* præclare quidem, ſed mature nimis, *ponenda* fuit, ut,
capeſſitâ a me parte iſtarum curarum, cum excuterem haſce Schedas, *pluri-
ma* offenderim, quæ a Prælectionum Phyſicarum opere *haud aliena* futura
videbantur, unde integra fere hæc Sectio nata eſt.
3 Cum enim proxime PRÆCEDENS SECTIO *de Speciebus Similarium*
Opiniones examinaverit, Argumento Operis convenienter junguntur cum
Sectione priore, quæ in hac *tertia* de Plantarum, *Diſſimilarium* Corporum,
4 Speciebus digeſta reperiuntur. Quibus *pauca* quædam de Plantis *alterius
Argumenti* acceſſerunt.

Digitized by Google

Neque vero exiſtimo, hanc Sectionem prioribus ſuperadditam præter AU- 5
CTORIS CONSILIUM, quod celare haud poſſunt tum *Corollaria*, quæ
modo dicebam, tum *Inſcriptiones* hæ in diverſis Schedis occurrentes: *Diſpu-
tationes Botanicæ*, Diſputationes *Phytoſcopicæ*, *Theſes Botanicæ* 1648 Maji
menſis, (vide, ad Fragm. 3 Portion. 1 C. 18 Aſſ. 2, annotationem), *Corollaria
Phytoſcopica*, (v., ad Fragm. 1 C. 1 Aſſ. 1, annotationem), Diſp. *de Speciebus
Plantarum*, (v., ad Fragm. 3 Portion. 1 C. 9 Aſſ. 1, annotationem), *Correctiones
Specierum*, & ſimiles.

II

UNDE SIT, DESCRIPTA HÆC SECTIO.

Præter Auctoris SCHEDAS AUTOGRAPHAS *Inordinatas*, APOGRA- 1
PHÆ hic deſcriptæ ſunt, quas item Inconditas majori ex parte reperi,
Incertæ, Velandiæ, & Bunkianæ. Singulæ non magno arctantur numero.
INCERTÆ deſcriptæ ſunt ex Schedis, ut conjicio, *Vetuſtiſſimis*, nec am- 2
plius comparentibus, ab eadem *indocta manu*, cujus Collecta quædam A-
pographa Phyſica ex Quercetano, aliiſque ſervamus.
VELANDIÆ circa annum forte 1632 a Voldeko *Velando*, Ferdenſi Veſt- 3
falo, deſcriptæ ſunt, *inter* omnes Jungii *Diſcipulos præcipui nominis*, qui ſi ſu-
perfuiſſet, (quod ipſe Jungius fateri cogebatur), in Mathematicis facile
tanti Doctoris ſui Doctor futurus fuiſſet. Sed lento ac pertinaci Phthiſeos
malo paulatim conſumtus, cum ab anno 1633 in aliquot Academiis non ſine
ſumma laude vixiſſet, anno ætatis 18 nondum exacto, Hamburgi 1641 diem
ſupremum obiit. Expreſſæ autem ſunt, (trinæ quandoque eodem exemplo), 4
vel *ex Schedis Patavii* ab Auctore collectis, (ut fidem faciunt *Autographa ſu-
perſtites, de Naſturtio Indico non* recte *Naſturtio dicto*; de *Ricini Flore non Mu-
ſcoſo*; de *Jacea Flore non Aphyllo*; & de *Arboribus Semine carere creditis*); vel ex
aliis non multo *Junioribus*. *Auctor unam* & *alteram* relegendam, & *emen-* 5
dandam duxit.
BUNKIANARUM, quæ *plurimam* hujus *Sectionis partem* a Doctore *Bun-* 6
kio ruditer, &, mortuo jam Auctore, *digeſtam* continent, mentionem facere
opus non haberem, ſi Scheda, *unde Fragmenti 1 C. 1 Aſſertio 9*, & c. 2 Aſſert. 1
ſectiuncula 2 pars, & 3 pars transſcriptæ ſunt, in manus meas, quamvis ſedu-
lo quæſita, venire potuiſſet.

De

7 De cetero, ſi Autographas Schedas Papyro ſuæ affigere maluiſſet Bunkius, quam deſcribere, valde mihi levaſſet *laborem*, quem recenſitæ & *cum Autographis collatæ* omnino *duplicarunt*.

8 Ex IMPRESSIS olim Diſputationibus COROLLARIA adjeci PHYTOSCOPICA, quarum Annotationis 1 ſectiuncula 1 & 5 jam meminit.

9 In ſui TABERNÆMONTANI MARGINE quæ de hoc argumento *adſcripſerat*, huc quoque tranſtuli. *Pauciſſima* tamen ſunt.

10 *Pauciſſima* item inſerui ex MEIS ANNOTATIS in Collegio Phytoſcopico 1651 privatim habito.

11 Denique cum Bunkius noſter VELANDI AUTOGRAPHAS Shedas cum ipſius Apographis jam miſcuiſſet, neque reperirem Apographarum omnium Autographas, ut de quibuſdam dubitare neceſſe haberem, utrum Velandus earum Auctor eſſet, an Jungius; Velandi forte Autographas ali-

12 quas operi huic additas crediderim. Quoniam enim Velandus Medicinæ operam dabat, *annotaverat* quædam, *cum in Academia Roſtochienſi & Lugdunenſi* viveret, de Plantis, quæ poſt mortem ejus ad Jungium tranſiere.

13 Veruntamen tum *Scriptura* in his apparens *Celerior*, & inde Inelegantior; tum non infrequentes Velandi *Quæſtiones* ſive Addubitata, tum *Propoſitum* Notandi, tum *Excerpti* Auctores, *diſcriminarunt* fere ipſas ab *Apogra-*

14 *phis*, ubi vel Roſtochii vel Lugduni nulla erat facta mentio. Quibus adde quæ *Auctori adverſantia* in iiſdem Autographis leguntur.

15 Verbi gratiâ illa, cui Titulus: *Spina Plantarum*, Fragm. 3 Port. 2 C. 1 Aſſertioni 5 repugnat:

›› *Ononis Spinoſa cum Non ſpinoſa* videtur *ejuſdem Speciei.*

16 Ejuſd. Portionis C. 18 Aſſertioni 2 adverſantur hæc:

›› *Tilias* Marem & Feminam *Specie differre non* puto. Quod autem
›› *Tilia* ſit *Infrugifera*, *per Accidens* fieri, tumque *Marem* dici.

17 Sed corrigit deinde Sententiam:

›› Verum Tilias Marem & Feminam *omnimodo* inter ſe *differre*
›› *Plinius ait* l. 16 c. 14.

18 Quæcunque autem ex Velandi Autographis Operi huic *acceſſerunt*, in *Exemplis* fere *Aſſertionum* quærenda ſunt, cui uſui, ni fallor, nec ab Auctore, ſi digeſſiſſet, fuiſſent ſubtracta.

19 Atque hæc ſint dicta de iis, quæ Sectionem hanc efficiunt. *Singula* ſuo loco in *ſequentibus* Annotationibus *expreſſius* erunt indicanda.

Digitized by Google

III

DE DISTINCTIONE HUJUS SECTIONIS.

Sectionem integram partitus ſum in FRAGMENTA QUINQUE, quo- 1
modo appellare volui, partim, quia *Schedæ non* erant *Continuæ*, partim,
ne Fragmenti tertii Subpartitiones Inconcinniores eſſe viderentur, ſi Fragmen-
ti *Vocabulo* ſubſtituiſſem vocem *Portionis*, qua jam ante Partis 1 Sectionem 2
partitus fueram. Commodius enim Vocabulum, quam eſt Portionis, vix
occurret.

Involucrorum autem *Inſcriptiones* reperi ſeptem. 2

1 SPECIES PLANTARUM UT CONSTITUENDÆ. 3

2 DIFFERENTIÆ A SPINIS, VILLIS. Item Indifferens ad { Spinas / Villos. 4

3 FLORUM DIFFERENTIÆ CONFUSE COGNITÆ. 5
Flos STAMINEUS, LANUGINEUS, MUSCOSI.

4 DE GENERATIONIBUS, UBI SEMEN NON ADFUISSE PU- 6
TATUR.

5 GENERATIONES PLANTARUM EX HETEROGENEIS. 7

6 SEMINE CARENTIA. 8

7 ARISTOTELIS DE PLANTIS DOGMATA. 9

Quibus adjicere poteris *Schedarum* Inſcriptiones *ſuo loco* deinceps me- 10
morandas.

Cum vero Sectio hæc potiſſimum doceat, quantum in Plantis digerendis 11
hactenus peccaverint Phytoſcopi, *præmiſi Generalia* DE PLANTÆ SPE-
CIEBUS CONSTITUENDIS, quæ Fragmentum 1 exhibet, Specialioribus,
ut Lex Didactica, quoad ejus fieri poteſt, nos progredi jubet.

Et quoniam *uſus Nominum apud Philoſophos* tantum *ſecundarius* eſt, 12
Fragmentum DE PLANTARUM NOMINIBUS *ſecundum* merito locum
tenuerit.

Dehinc illuſtribus Exemplis commodum videbatur ob oculos ponere, 13.
quam, vel Plantas *conferre* cum Plantis, cum quibus debebant, *neglexerint*,
vel *ſeparatim ſpectatarum Partes* tum *falſo negarint*, tum *confuſe cognove-
rint*.

Dum

14 Dum Plantas cum Plantis, cum quibus debebant, conferre negli-
gunt, vel *ad Eandem* Specierum *Claſſem Diverſas Species* referre, vel *Eaſdem*
Novâ Claſſe excogitatâ a ſe *divellere* conſueverunt.
15 Itaq; Fragmenti II *duas* feci *Portiones*. Ac I quidem DE PLAN-
TIS HOMONYMIS, II de RELIQUIS PERPERAM HETERONYMIS
16 inſcribere volui. *Reliquis*, inquam, quia jam ante in Portione 1 *quarun-
dam* ad 2 Portionem quoque referendarum in tranſcurſu quaſi facta erat
17 *mentio*, quas bis repetere nolui. Vide Portion. 1 C. 1 Aſſert. 1 ſectiunc 2 & 3;
& Aſſert. 7. Item C. 3 Aſſert 1 ſectiunc. 2; Aſſert. 3, ſectiunc. 1. Iterum
C. 4 Aſſert. 1 ſectiunc. 1 &c..
18 *Titulus Generalis* hujus Fragmenti exſtat in ora Schedæ, unde Por-
tionis 1 C. 16 Aſſert. 3 ſectiunculæ 4 & 5 expreſſæ ſunt: SPECIEI UNITAS,
ʹΟΜΟΕΙΔΙʹΑ NEGLECTA, quo nullum inveni alium aptiorem conti-
nendo utramque Portionem.
19 *Portionis* I Titulum, *commodum præ* iſtis: *Falſæ Species; Corrigen-
da in Speciebus*; *Specie Falſa Convenientia* &c., ſuppeditarunt tum Titu-
lus Schedæ de Tribulis: HOMONYMIA PLANTARUM, tum Coroll.
Phytoſcop. 7, 8, 9, quæ vide ad C. 8 Aſſert. 1, C. 10 Aſſert. ult., item C. 3 Aſſ. 3
20 ſectiunc 3, 4 & 5. Quem confirmavit Scheda de Malo Perſica, cui Titulus:
SPECIES CORRIGENDÆ, ſive NOMINA POTIUS, cum ante ibidem
Specierum Correctionem definiviſſet his verbis: *Specierum Correctio* intelli-
gitur, *cum ad Genera debita* referuntur..
21 Portionis II Titulus ex C. 3 Aſſert. 2 ſectiuncula 2 acceptus eſt.
22 Utriuſque vero Portionis *Capita Alphabeti Ordine* digeſſi, quo
nullus, *hac* quidem Specierum *Confuſione*, poterat magis idoneus excogitari.
23 *Nomina* autem, quibus vel Diverſiſſimæ Plantæ conveniunt, vel
Eædem Species diſcrepant, potiſſimum *ad* Caſparis *Bauhini Pinacis Titulos*
24 accommodavi. Hoc inſigni enim opere in aptiores quoque quam hacte-
nus factæ fuerant, Claſſes, non raro tamen hallucinatus, Plantas voluit dige-
rere.
25 Et hæc de Fragmenti III Diſtinctione dicenda habui.
26 Accedo ad Fragmentum IV, PARTES QUARUNDAM PLANTA-
RUM, tum FALSO NEGATAS, tum CONFUSE COGNITAS, conſidera-
tione ſua complectens, legendum omnino *poſt Fragmentum* III, quod *Inte-
gras Plantas*, certe *plerarumque maxime Conſpicuas Partes junctim* ſpectatas
propoſuit.

Digitized by Google

Ordior a FOLIO, quod *ab Auctore potiſſimum reſpici* Fragmenti 1 C. 2 Aſſert. 1 ſectiuncula 2 docuit. 27

Folium CAULIS, *hunc* FLOS, & *Florem* denique SEMEN, ut *Natura* fert, ita hic Doctrinæ *Ordine* excipit, etiam *in Iſagoge Phytoſcopica* olim edenda *ſervato*. 28 29

RADICEM *ultimo* loco locavi, tanquam Partem ſemper *abditam*. Vide iterum Fragm. 1 C. 2 Aſſert. 1 ſectiunc. 3. 30

Fragmentum denique DE VITA PLANTARUM a me inſcriptum, & *poſtremum* locum *abſtruſâ* ſuâ *doctrinâ* merito ſortitum eſt. 31

IV

DE FRAGM. I PROOEMIO.

P*ars prior Scheda* debetur huic: 1
Niſi in c. *G.* & *S.* c. r. *redig.*, non pro l. h. v. i., *inf.* erit *ſtudium* Botanicum. *Int.* a. i. abhorret.

Reliqua Corollariis Phytoſcopicis, initio harum Annotationum dictis, 1 ſcilicet, 2 & 3. 2

1 Difficile adm. r. Phytoſcopiæ ſtud. v. a. *d. P. a.*. 3

2 Ejus diſcrep. &c.. 4

3 Hinc *infinitum* quaſi red. hoc *ſtud.*. *Int.* a. hum. infin. *fugit* &c.. 5

V

DE FRAGM. I CAP. I.

1 Aſſertio 1 *ex duabus Schedis* concinnata eſt.
2 Sectiuncula 1 ex Scheda , in cujus fronte legebantur hæc: contra Scaligerum.

3 Sectiuncula 2 ex Scheda, quæ hæc continebat:

Φρυγανικῶν Theophr. l. 7 Hiſt. c. 10, l. 3 Cauſ. c. 24. Præſtat n. S. & C. a. & d.

Herbam *Multicaulem* { *Perennis.*

Herbam *ab imo Ramoſam* { *Perennis.*

Herbam *Unicaulem* { *Perennis.*

4 Ita *Frutex* erit Arbor *Multicaulis*, & *Arbor* erit *Planta Unic. Per.*.

5 His adhærebant quædam contra Theophraſtum notata, quæ alias rectius producentur.

6 *Mutanda* autem quædam hîc fuerunt, ſi verba per feſtinantem Calamum *Contradictione implicita* Operi inſerenda non ſunt.

7 Ergo *pro* illis: *Frutex* erit Arbor *Multic.*, ſubſtituo: *Fr. e. Planta Multic., Perennis.* & pro *Herba* repoſui generalius vocabulum *Plantæ, Iſa-*
8 *goges Phytoſcopicæ* capitis 10 paragrapho ultimo *congruenter.* Ibi enim Auctor ita:

Planta Perennis ſolo Stipite Folia gerens, ſi *ſingulari* ſit Stipite, *Arbor*; ſi *Multicaulis*, ſive Multiſtipes ſit, *Frutex* dicitur.

9 Aſſertio 2 eſt ex Scheda, cui Titulus CREMIUM, *ejusdem*, credo, propter Scripturæ ſimilitudinem cum illis, unde eſt Aſſertio 1, *ætatis*.

Prin-

Digitized by Google

Principium Aſſertionis legitur *ita* locatum: 10

" CREMIUM Scaliger Exerc. 139 ***cum Arbore convenire*** ait
" p. 465, quod *Trunco* eſt *Singulare*, ſive Unicaule. Item p. 464, Sti-
" pite Singularem Naturam Cremio tribuit. Cremia ait eſſe AL-
" THÆAM p. 464, AGRIMONIAM p. 465. Utraque autem eſt Multis.

Deinde: 11

Tab. expreſ.. &c..

Ad marginem ſiniſtrum ab imo verſus ſummum leguntur iſta: ab imo Caule Ramoſa, non tamen Fruticoſa videtur dici poſſe. Quæ forte de Althæa capienda ſunt, de qua *jam* idem *dixit* ſectiunculæ 4 Parentheſi. 12

Aſſertio III *in Scheda paulo aliter* formatur. 13

Utr. pl. C. ex *cod. O.R.*, *an* ex *vic.* tantum. 14

Si ex v., tum F. *ab* A. non *d.*, n. ſ. *m.* & *m.*. N. & A. e R. S. e.. 15

Hæc ergo ulterius *obſervanda* ſunt. 16

Aſſertio IV ex quatuor *diverſæ*, ni fallor, *ætatis* Schedis compoſita eſt. 17

Primæ Titulus: ARBOR, FRUTEX. Cui ſubjiciuntur iſta: 18

THEOREMA HINC FIAT.

Magna ſolum ex parte fruticat LENTISC., ***multis ab una R. Stol.*** (ergo Πολύκαυλ☉) *&* *Virg.* &c.. Cluſ, item Lob. Adv. p. 412. ***Fallitur & f.*** &c.. (NB. Stolones reciſi promovent Arboream 19 Magnitudinem ejus Caudicis, qui relinquitur. Sed Cymæ, h. e. Cacumina Caudicum majorum & adultiorum, reſectæ promovent Multitudinem Stolonum, & inhibent ab Altitudine Arborea.

Ad marginem dextrum aliud NB. e regione hujus Theorematis 20 ſignabatur, in quo item *recentius ſcripta* ſectiuncula 1 & 2, (exceptâ tamen 1æ Parentheſi), reperiuntur. At eodem calamo in fine ejuſdem paginæ, voce Plantæ tantum a me insertâ.

Secunda


Digitized by Google

21 „ *Secunda* ex *Incertarum* aliqua eſt. Ὁ δὲ Μύῤῥ. μ. α., ε ibid.. Ergo &c Ad
22 marginem erat Titulus: GENERA IV SUMMA PLANTARUM. Exſtat autem illud de Myrto in Theophraſti I. expreſſo.
23 *Tertia* ex Scheda, quæ inſcribitur: SPECIBS PLANTARUM.
24 Ilex Coc. c.c. in F.o..
25 ‹‹ RUTA *Cult. elev. ad A. d.*, *ſi ſc. R.* &c. *&* *Fl. c. defringantur*, uti Tabernæmontanus tradit.
26 *Quarta* inſcribitur: contra SPECIES PLANTARUM.
27 Non Ruta tantum, ſed & SALVIA c. in A. g. &c..
28 Cui *gemina* fere *hæc* eſt, quæ Aſſertionem hanc *augere poteſt*:

Arbor { *Natura*
Arte. Planta hic annua, alibi perennis & Arbor eſſe poteſt, ut ROSMARINUS, Ruta Herodis.

Si ſit *annua, non* eſt *Arbor*, ut *Muſa*.

29 Aſſertio V ex Scheda eſt, quæ inſcribitur: FRUTEX. *Addiderat* tales fere *Icones Arboris, Serpentis Arboris, Fruticis.*



Arbor | Serpens Arbor | Frutex.

Aſſertio VI *variis* debetur Schedis. 30

Sectiuncula 1 & 2 ex Schedâ, quæ inſcribitur: *Plantæ Diviſio in* AR- 31
BOREM, HERBAM *an Specifica.* Cui ſubjiciuntur iſta: MELONES *in Peruv.* &c. Lauremb. p. 73. Quæ ibidem *de Thure, Myrrha, Pipere* ex Lauremb. p. 72 Auctor adjecit, *huc non* pertinent. Male autem 32
Lectoris ſui commodis conſuluit Laurembergius, quod Acoſtam, unde iſta hauſta deprehendo, nominare neglexerit.

Sectiunculas 3, 4, 5 de RICINO *tres* Schedæ *Autographa* & unâ *Apographa* 33
ſtabiliunt.

Prima, quæ inſcribitur: Eadem *Planta* hîc *Arbor*, illic *Herba*, id eſt 34
Annua, hæc eſt:

Κίκι ἢ Κρότων, Ricinus, Dioſcoridi Δένδρον dicitur, *μικρᾶς Συκῆς μέγεθος ἔχων.* Lobel. Adverſ.: vix alibi quam in Hortis 35
videre eſt. *Ann.* eſt *nec rediv.* (h.e, ne R.q. &c.). At Cluſ. *in mar. Bæt.* &c.. Bellonius item *in Creta* magnas Ricini Arbores ſe obſervaſſe ſcribit. Item *Curcas* Arbor in America, nimirum in 36
Nova Hiſpania, *Species Ricini* videtur tum *Monardi*, tum *Cluſio.* Nam & *Semen* & *Oleum* &c. reſpondent.

Secunda *Patavina*, cujus *exemplum Velandia* quoque Titulo *Vivacitas* 37
exhibet, ſub Titulis: *Generalia Botanica, Vivacitas, Arbor, Herba*, hæc complectitur:

An. nec rediv. in Germania ſtirps eſt Ric., perficitur eodem, quo ſata eſt, anno. *Semen auctumno* maturatur. In *calidis* regio- 38
nibus *multos* reſtat *annos, atque in tant. excr. alt., ut ad conſc. eâm ſcalis opus quandoque ſit*, uti tradit P. Bellon. l. 1 Sing., Dod., Lobel. adv..

Tertia Titulo: *Differentia Annua & Reſtibilis* ſecundum *regionum* tem- 39
peramenta *variat*, eadem repetit.

Reliquas Inſtantias in Schedis confuſas *Alphabeti ordine digeſſi.* 40

Sectiuncula 7 ex parte, 10 & 12 integræ debentur Schedæ quæ in- 41
ſcribitur: Inſtantiæ contra Species, recentioris ætatis, hæc exhibenti:

Herba

Herbæ cum Arboribus vel Fruticibus.

41 Onagra —— NERION, alibi *Frut.*, alibi *trab. ad. ſ.*

ſ. Anton.,

CHAMÆNER.

Epilob.

43 EBUL. —— SAMB.

Gr. Χαμ. Ἀκτη.

differt.

an Caulis Singularis? *Virgæ m. a R.*

" *Caul. Simpl.* tr. Cæſ.

Bijug. Fr. in *utr.*

In Utr. Fr. *Fl.* i..

44 De *Sambuco* & *Ebulo duæ aliæ* etiam.

45 Una habet hæc: PRÆDICAMENTIS BOTANICIS *obſtant* Muſa *Arbor annua*, Sambucus-Ebulus.

46 Altera quæ inſcribitur *Species Plantarum*, iſta: Ebulus *per omnia Sambuco ſimilis*, niſi quod *annua* Planta eſt.

47 Sectiunculæ 7 ex parte, 9, 11, 18 & 19 integræ, formatæ ſunt ex alia, cui Tituli: *Arbor, Herba; Magna diverſitas magnitudinis in Plantis ejusdem Speciei.*

48 Tithymalus Helioſcop. Herba.

TITHYM. *Arbor.* &c..

" ANCHUSAM *Arbor.* P. Alpin. Anchuſam eſſe &c..

" Car. *Arboreus.*

CYAN. &c..

49 Sectiunculam 8 repræſentat tertia ſub Titulo: *Herba Arboreſcentes.*

50 Sectiuncula 13 & 16 ſunt ex Scheda quarta, ſubnexæ iis, quæ hîc ſectiunc. 27 ex eadem produxi.

51 Sectiuncula 14 debetur Schedæ, de qua hic ſectiunc. 45 dixi.

52 Sectiunculam 15 partim ex eadem, partim ex hac Apographa Incerta expreſſi, unde Aſſertio unâ & alterâ ſectiunculâ augeri poterit:

53 ›› Scripſit Theophraſtus LACTUCAM *grandeſcere in Arboris* ADDEND.

›› *æmulationem.* Jul. Cæſ. Scalig. (Exercit. 139 fin.).

„ Theophraſtus habet id. Μαλάχη MALVA, Τεῦτλον BETA, 54
„ Ἄγνος AMERINA, ΠΑΛΙΟΥΡΟΣ, Κίττος HEDERA ὁμολογου-
„ μένως ταῦτα γίνεται Δένδρα, καί τοι Θαμνώδη ἐςίν l. 1 c. 5.

Scaligero credo obvium ſe dedit, cum illa ſcriberet, *locus* ex Hiſt. 55
Plant. l. 7 c 4, qui *Auctori non ſuccurrit*:

„ Τῶν δὲ Πλατείων (Θριδακινῶν)
„ οὕτω τινὲς Πλατύκαυλοι γίνονται,
„ ὥς τ' ἐνίους φασι καὶ Θύραις
„ χρῆσθαι Κηπευτικαῖς.

Inter Latas (Lactucas) adeo quædam Laticaules fiunt, ut aliquos dicant & pro Oſtiis uti Hortorum.

Plinius Nat. Hiſt. l. 19 c. 8 circa initium ita ex Græco convertit. 56
« *Lactuca*, inquit, *Genus Unum Laticaulis, adeo, ut Oſtiola Olitoria ex his facti-*
« *tari prodiderint.*

Ceterum & *alia Incerta*, quæ inſcribitur, *Speciei Unitati non ob-* 57
ſtant, hæc exhibet Germanica:

Baummeſſige Größe/ und Krautmeſſige Kleinheit hindert nicht die Gemeinſchaft der Ahrt in Rauten/ Baumwieſenkleh oder Bär-rauten/ Geiß-Weinkleh / Bappeln.

Sectiuncula 17 in Scheda ejuſdem cum ea, de qua hîc ſectiuncu- 58
la 41, ætatis, ſic exhibetur:

Herba	Frutex
PORTULACA Hortenſis.	Portulaca Marina, HALIMUS, *Ramis Lignoſ. Radix*, imo t. &c.

Aſſertionis VII ſectiunculæ 1 pars unde ſit, ex Annotationis hujus ſecti- 59
unc. 45 repetendum. In eadem & ſectiuncula 2 continetur, & 3 exceptis *qua-tuor ultimis vocibus* a me *adjectis*.

In *vetuſtiore* Scheda, cui Titulus, *Genera Plantarum*, ſectiunculæ 1 *reli-* 60
quum legitur, *non indicato* tamen *Oviedi loco*, Muza, (ſic Arabica vox rectius exprimitur, evitatâ ſimul quæ per ſ introduceretur Homonymiâ), quamvis ſub Platani nomine, deſcriptionem exhibente pleniorem ceteris, Auctori lectis. (Gulielm. Piſo enim nominari potuiſſet, non minus diligenter deſcribens Muzas Hiſtor. Nat. & Medic. l. 4 c. 21).

ADDEND. MUSA ſive Ficus Indica (creſcit in India, Ægypto, Gvinea, 61
Braſilia, Canaria) *annua* eſt *Planta*, h. e. Caule an. & ſ. t. f., *Radice* tamen *pereuni*, *Punicæ* tamen attingit *magnitudinem*.

Ficus

62 *Ficus* Indica nomen *omiſi* propter ſectiunculam 2. *Natalia Muza* loco *addat* qui volet. Quod *de magnitudine ad Punicam* comparatâ Auctor addit, *ex incerta Theophraſti deſcriptione* apud Cluſium hauſerit.

63 *Alia Vetuſta* inſcribitur: *Arbor non eſt Species*, cujus iſta ſunt:

Arbores non-Arboribus valdè *cognatæ*, ut *Pithaja*, *Tunæ*. Lobel. adv. 454.

64 Aſſertionis VIII Sectiuncula 1 eſt ex Schedâ, ſi non anno 1634, certe poſt hunc ſcriptâ. Continet enim Scheda ſimul partem exercitii ſtyli, a diſcipulo

65 quodam, eo anno exhibiti. Item ex hac, unde & 2 & 4, ejuſdem credo ætatis, cujus hîc ſectiunc. 9 memini;

Obſervandum, an omnes HERBÆ *ante Caulem præter* prima *Bina Folia*, proferant *plura* Folia.

1 forſan *prima Bina Folia* non Rad. ſ, &c.

2 in *Alſine* & multis aliis nulla apparent hujuſmodi Folia, ſed *tantum* in illis, *quæ Caulem ſero* prod., ut T. &c..

3 *non* exiſtimo in omnib. *Bina* provenire, ſc. iis quæ S*igil*. prof. F..

66 Sectiunculæ 3 Scheda inſcribitur *Herba Notio*.

67 Sectiuncula 4 *ex duabus* eſt tranſcripta.

68 Una ἀνεπίγραφος:

Caules. Herbarum qui *antic*. *F*. op. D. H. Scaligeri, ut T*uſſil*..

69 Altera ἐπιγραφὴν habet hanc: *Herba Notio ſec. Scaligerum*.

Caulis interd. *ant*. *F*., ut in *Tuſ*.. Obſ. &c..

70 Ceterum in *Incerta Apographa, adverſus Guilandinum*, hæc leguntur; quæ cum *ex parte obſcurius* propoſita videri poſſint, contextui ingerere non auſus ſum:

Anfalſum eſt, quod ait Jul. Cæſ. Scaliger, Stirpes quaſdam emittere *Bina Folia*, *priuſquam Caulem*, quia Folia illa Caudici adhærere videntur? *A. O*.. Non negandum tamen, Folia Radicalia emitti ante Caulem vel Caules.

 Ipſe

Digitized by Google

Ipſe *Guilandinus* fatetur implicite, *Herbarum* quarundam *Radices* emittere *prius Folia* quam Caulem. *Ergo* per aliquod *tempus* conſiſtet *Stirps* illa in *ſola Radice*, ideoque erit Κύημα eadem ratione, qua Alternans Κύημα eſt Κύημα. 71

De *Tritico* teſtatur Experientia, ſi *Culmi* atterantur, vel *reſecentur*, Radicem denuo *novos* Culmos *fruticare*. 72

Deinde Triticum ſurgit *Culmo multiplici*, ergo, 73

Autographa quoque ſed recentior ſub Titulo *Theſium* habet iſta ad hanc Aſſertionem facientia: 74

„ *Herbam* ab Arbore, Cremio, Frutice diſtinguit Scaliger, eo
„ diſcrimine, quod *præter Bina prima Folia e Seminis Pulpa prodeuntia*
„ (quid ſi e Bulbo vel Talea?) *plura immediate e Radice producit Folia*
„ (non mediante Stipite) p. 465.

Tribuatur itaque *nomen* aliquod *commune* tribus iſtis, verbi gr. Planta Radice non Folioſa ſive Ἀφυλλόριζος, ut Herba ſit Ῥιζόφυλλος, ſive ante Caulem Folioſa. 75

Aſſertio IX expreſſa eſt *ex Bunkiana.* 76

Aſſertio X in *Schedâ* proxime *ante Bunkianam nominatâ* ſequitur ea, quæ inde producta ſunt. 77

At ea *quæ C.* &c..

ADDEND. Aſſert. 8.

Herba proprie dicta, quæ *Stipitem poſt Folia*, Stipitem vel Stipites { *eodem anno* / anno *ſequenti* / admodum *ſero*, ut *Umbilicus Veneris.* } 78

Aſſertio XI debetur Schedæ *Apographæ Incertæ*, quam modo dixi. 79
Verum hoc potiſſimum objici Guilandino poteſt, ſi Simplicitas & Mult. &c..

Aſſertio

80 Aſſertio XII effecta eſt *ex duabus Autographis*, quarum una ſub Inſcriptione hac: *Corollaria Phytoſcopica*, continet ſectiunculam 1 uſque ad Δεύτ. & 3; altera Patavina ἀνεπίγραφος 2dam inter hæc:

81 *Ruellius tribus* tantum *Summis Generibus* Plantarum Naturam comprehendit, *Arboribus*, *Fruticibus*, *Herbis*.

Ariſt. l. de Pl. hiſce 4, *Arborib.*, Fruticib., H., O.

Theophraſtus Arb., *Frut.*, *Suffrut.* & *Herbis*.

82 ORDINEM harum Aſſertionum quod attinet, *a Vocabulis abjiciendis* orſus, progredior *ad Arborem & Fruticem*, ab his ad *Herbam*, id eſt a Plantis Perennibus ad non Perennes, ſive *a magis apparentibus ad minus* apparentes. *Quomodo* Auctor *Folia*, tanquam Partes magis apparentes, *præfert ceteris* Plantæ Partibus, Fragm. hujusc. 2 aſſ 1 ſectiunc. 2.

83 Accedit, quod *Arborum non ita multæ Species* ſint, uti Herbarum. *Qualis ratio* Auctori etiam *in Ordine Similarium* placuit Part. 2 Sect. 2 c. 4. aſſ. 1 ſectiunc. 3.

84 Multitudinis ſingularum Partium & *Magnitudinis* argumenta in præſens non tangam.

VI

DE FRAGMENTI I CAP. II.

1 Aſſertionis I ſectiuncula 1 *ex Autographa, media* credo *ætatū*.

2 Sectiuncula 2, ſi excipias comma ultimum, eſt *ex Patavina*, quæ *ex Spigelii Methodi Herbariæ* l. 1 c. 55 & 56 has Propoſitiones collegit, nonnihil ab Auctore interpolatas:

3 " *Species*, quæ *inter multas Genere participantes media* eſt, *prius* " *oſtendenda* (vel quæ eſt frequentior iis in locis).

4 " *Plantæ perfectæ prius quam imperfectæ* oſtendendæ ſunt, quia *ob* " *Partium Varietatem* facilius diſcernuntur.

Eædem

" Eædem *Florentes* oſtendendæ ſunt, quia *Superiora* Plantarum 5
" *Genera* ex *Flore* & *Fructu* pulcre conſtituuntur ſecundum Cæſalpi-
" num. (Ego autem *potius* Fol. &c..
" *Hortos Hiemales voco Libros, in quibus Plantæ ſiccæ Chartis agglu-* 6
" *tinatæ conſervantur.*

Comma vero *ultimum* & ſectiunculæ 3 pars unde ſint, jam dixi anno- 7
tat. 2 ſectiunc. 6. Pars vero, quæ *de Seminibus* eſt, *a me formata* fuit, ex Scholii ſubjecti ſectiunc. 2, *Generalior* nempe Propoſitio ex Specialiore.

Autographam tamen hanc *reperio*: 8

Quæritur, *utrum Folia* (Samb), *an Flores* ſint *potiores* in Planta. *Illa Durabiliora*, *Hi Pulcriores*, *Teneriores*. Nam *Semen non* poteſt 9
eſſe *Finis*, niſi petamus Principium.

Quædam Plantæ *Semen* habent *ſine Flore*. Ita quidam toti 10
dediti.

Quædam *Florem* habent *ſine Semine*. *Naturaliter nulla. 11

Quædam *Florem ſejunctum a Semine*, ut in *Corylis*, ne quis pu- 12
tet, gaudium Venerium eſſe potiſſimum.

Sectiuncula 4 & 5 exceptis Parentheſibus debentur *huic Autographæ*: 13

Floris & *Semin.* ſ. *magis* cogn. arguit S. &c..

Parentheſes vero iſtas, ut Auctor intelligeretur, accepi *ex duabus Schedis*, 14
Obſervationem de Potamogetone continentibus, quas circa idem tempus, quo proxima, ſcriptas tum literarum ſimiles ductus, tum atramentum idem ſignificant. Hoc autem admonendus es, Lector, Potamogetonem Dodonæi intel- 15
ligi, quæ *altera* eſt *in editione Latina vetuſtiore* anni 1583. Quæ enim 1616 au- 16
ctior prodiit, ejus Potamogeton *altera Anguſtifolia* Auctoris videtur reſpondere, quemadmodum *Incubans* reſpondet *primæ* utriuſque editionis.

SCHOLION eſt *ex quatuor Autographis diverſæ*, ut videtur, *ætatis*. 17
Sectiuncula 1 ex qua accepta eſt, *Corculum Seminis* inſcribitur. 18
Sectiuncularum 2, 3, 4, 5 Scheda *ἀνεπίγραφος* hæc eſt: 19
Quom. Cæſalpin. Fic. in Ord. &c..
Utrum etiam Corc. G. *Samb.* (q. T. in uno Ac.) ſ. d. vergat.
Sectiuncula 6 excipit imam in eadem (*Corcul, Sem.*). 20
In *Pulpa* lat. Sem. *Berb.* &c..
Sectiunculæ 7 *initium ex eadem*: 21
In *Tomento* Pop. *Nigra*.

Sed

Sed *reliquum ex alia*, vel anno 1635, vel certe poſt id tempus ſcripta (impreſſas enim Theſ. aliquas Hagemeieri continet). Titulus ei: *Planta Mas, Femina*, ubi de Populo Nigra:

22 Seminibus adeo parvis, ut viſ: &c.. Confer quæ infra dicemus ad Fragm. 4 C. 4 aſſert. 7 ſectiunc. 16, & 17.

Sectiuncula 8 ex alia anni 1648 menſ. Junii, ubi hæc:

In nonnullis ob Exilitatem ægre diſcernitur Sit. Fl. c. Fr., ut in *Syr. Car.*, ubi *Per.* &c..

23 Aſſertio II in *Autographâ paulo aliter* formata eſt:

Dum Medici in Pl. n. & ſub Gen. digerend.
modo F. c. ut in *Moly* V. Bauh.
modo præf. *Od.* & S., ut in *Botry M.* &c.,
eſt Soph. &c.
Inter *Valerianas* refert C. Bauh. aliquot Sp. *Inod.*

24 Aſſertio III *ex variis* Schedis coaluit. Sed abrumpendę & hic ſunt Annotationes.

25 Pauca tantum dicam de Fragmentis Reliquis.

VII
DE FRAGMENTO II

Pleraq; Schedæ ſunt *Autographæ* hic; *Velandiæ* tamen *duæ* etiam adſunt.

VIII
DE FRAGMENTO III

Uſurpatæ hic fuerunt *pleraque Autographa*, *Patavina* & *alia*, *pauciſſima* ex iisque in *Collegio Phytoſcopico excepi*.

IX
DE FRAGMENTO IV

Plurima Schedæ hic ſunt *Autographæ*, *multæ* etiam *Velandiæ*.

X
DE FRAGMENTO V.

1 Aſſertio I eſt *ex Velandia* Scheda *Apographa*.

2 II ex *duabus* itidem *Velandiis Apographis*, quarum una inſcribitur *de Plantarum vi diſcretiva in Attractione*, & continet ſectiunculam 1, 2, 3, 4, excepto ultimo commate, 6, 7 ſi excipias exempla, 14 præter Parentheſin primam a me factam, cum in Scheda l. 3 ſimpliciter indicaretur, & denique
3 ſectiunc. 15; altera, ſub Titulo *de Plantarum Excrementis* una cum Signo manûs, ſectiunculam 5 & 4tæ comma ultimum, & repetitâ ſectiunculâ 6, & 7mæ parte, ſectiunculam 8, 9, 10, 11, 12 & 13 exhibet.

SCHOLII ſectiuncula 1 & 2 in *Apographa proxime dicta* annectuntur Aſ- 4
ſertionis præcedentis ſectiunculæ 13.

Autographa, cui Titulus: *Plantarum meminit Ariſtoteles in lib. de Anima-* 5
libus, *ætatis*, ut videtur, *recentioris*, locum ex l. 2 Part. An. repetit, & ſecti-
unculis reliquis abſolvitur. *Involucrum* autem ejus & ſequentium inſcri- 6
bitur: ARISTOTELIS DE PLANTIS DOGMATA.

Aſſertio III ex *Autographa ejusdem* cum præcedente *ætatis*, quæ Titulo: 7
Plantarum in parvis Naturalib. meminit Ariſtoteles, ſubjungit hæc:

“ L. de Vita c 1 (551 C) *Radices Plantis ſunt Oris loco.* C. 2 de *Apo-*
“ *phyteuſi*, ut & l. Long. Vitæ c. ult.

L. Long. Vitæ in fin., ubi *male red.* *Cauſ.* LONG. &c. 8

SCHOLII ſectiuncula 1,2,3,4,5 eſt ex *æquali* prioribus *Autographa*, cui Ti- 9
tulus: *Plantarum Vita.*

Sectiuncula 6 in *æqualis Autographa* fine inſcriptæ: Πυθμὴν, *Cordi ana-* 10
loga in Plantis.

Sectiuncula 7,8,9,10,11, exceptâ Periodo poſteriore, fere integra ex ea- 11
dem, ſed Philoſophorum ætatibus non diſtinctis, *Dioſcoridem* Ariſtoteli &
Theophraſto *præmittit*. Alia æqualis omnia fere repetit. 12

Πυθμὴν (ἀπὸ τοῦ πυθ. i.e. putr. Euſtath.) fundus.

Dioſc. l. 1 c. 133.

Theophr. Cauſ. l. 3 c. 18.

“ Ariſt. Gen. An. l. 1 c. 20. ἐξ ἑνὸς &c. εἰς Πυθ. (ſed plures Caules ex un. F.) 13
“ ὥσπερ &c.

Sectiuncula 12 *ex alia* æquali. 14

Sectiunc. 13 in fine *proxima ab antecedente*. 15

De *Ordine nihil* attinet monere. 16

FINIS ANNOTATIONUM
AD PARTEM II.

M. F. H.

INDICES QUATUOR

IN

ANNOTATIONES SUAS

TAM GENERALES,
QUAM SPECIALES,

SECUNDUM ALPHABETI ORDINEM.

I. HISTORICUS.
II DIDACTICUS.
III AUCTORUM EXPLICATORUM, EMENDATORUM, & NOTATORUM.
IV GRAMMATICUS.

L. S.

In quærendo, quæ ex his Indicibus cupis cognoſcere,
Lector Benevole, ne hæreas,

A. G. ſcias ſignificare *Annotationes Generales*,
P. *Partem*,
S. *Sectionem*,
A. *Annotationem*,
Numeros Barbaros denique *Sectiuncularum* eſſe. Vale.

INDEX

INDEX HISTORICUS.

A.

A*miantus* etiam hodie *texitur*. ad P.II S.II A.IX,2,3,4,5,6.
Argentoratenſes Editiones Recentiores *Latinæ Linguæ Auctorum laudantur*. A. G. V,5.

B.

Bauhini Pinax commendatur, ad P.II S.III A.III,23,24.
Belgicæ Editiones Latinæ Linguæ Auctorum, quamvis Nitidiſſimæ, *Argentoratenſibus poſtponendæ*. A. G. V,5.
Bernecceri Juſtinus a Jungio commendatur, ibid..
eidem (Berneccero) debetur *Inſtitutum in Sectiunculas dividendi* Auctores. ibid..
Braunus Auctor eſt *Religionis Medici*. A.G.III,9.
ejuſdem *Pſeudodoxia Epidemica* cujus argumenti ſit, ibid..
Bunkii laus ad P.I A. I,15.
idem in *conatu Jungianas Schedas de Plantis edendi mortuus*. ad P. II S.III A I, 2.
ejuſdem *Schedæ, quæ iſtas Jungii deſcriptas exhibent*, memorantur ad eand. S.A.II,6,7, & A.V,76.

C.

Comenii elogium A. G.II,6.
ejuſdem *Judicium de Jungii Logica Apodictica* A. G. II, 12.
ejuſdem *Panſophiæ Prodromus, Titulo Præludiorum* Oxoniæ editus. A.G.II, 31.
Commata Geminata, Verba Auctorum ab alienis *in Margine* diſcernentia, *quis primus* videatur introduxiſſe, A.G.VIII, 14.
Conringiana Editio Politicorum Libr. *Ariſtotelis a Jungio commendata eſt*. A.G.V, 6.
quid in iiſdem *deſideraverit* Jungius, ibid..

D.

Dodonæi Hiſtoria Stirpium 1583 edita *diſcrepat* ab ea, quæ 1616 prodiit, ad P.II S.III A.V,15,16.

X 2 E.

E.

Eichſtadii Humanitas laudatur ad P.II S.II A.XL,1,2.

F.

Fagetus, Gæfers torpas, *Jungii Domeſticus*, *ordinabit Prælectionum* Phyſicarum P*artem*. ad P.II S.I A.II, 1.
F.,H.,*Diatriba de* Germanorum Literis ʒ,& ꝧ *promittitur* A.G. VII,10.

J.

JUNGII *Amicus* Laurentius *Eichſtadius*. ad P.II,S.II,A.XL,1.
item Joannes P*ellius*, A.G.II,9 & 10.
[Vide etiam Diſcipulos mox nominandos].
Ejuſdem *Ariſtoteles Interpretationibus*, & *Notis* eruditiſſimis refertus, digniſſimis, quæ colligerentur. ad P.I A.XXXVI,14.
Apodicticus idem *accuratiſſimus* Joanni Pellio A.G.II,8.
Apodictes Incomparabilis eidem A.G.II,9,10.
Burgersdicii Phyſicum Collegium prælegit publice 1650, & *Ideam*, 1653, & *Theſes contra* illum dictavit,ad P.I, A.I,21,23, & 24; item ad P. II S. I A. I, 8,9.
Ejuſdem *Diſcipuli* quidam
Bunkius,ad P.I A. I,15,& ad P. II S,III A. I,2, & A.II,6.
Fagetus,ad P.I A.I,24,& ad P.II S,I A.II,1.
Fiſcherus,ad P. I A.I, 17.
F. ,ad P.I A.I, 23.
Ploenniis,ad P.I A.I,21.
Poltſii duo, ad P.I A.I,11.
Seldenerus, A.G.I,5.
Suarzius,ibidem.
Velandus Diſcipulorum omnium præcipuus, ad P.II S.III A.II,1. [vid.in V.].
Epiſtola ad Eichſtadium 1636.24 Februar. integra fere exhibetur ad P. II S.II A.XL,1,2,3, ſeqq..
ejuſdem *mentio* fit ad P.II S.II A. I,3.
ex ea, quæ *ad Seldenerum* 1641, 22 Sept.ſcripta eſt, *Particula* producitur A,G,I,5.

quæ

quæ *ad Suarzium* ſcripta eſt ejuſdem anni 11 Septembr., memoratur ibidem.

Foſſilium Hiſtoria mentio ad P. II S.II A.I,2. & ad P.II S.II A. VI, 1. & A. XXVIII, 1.

de Geometrica Stœcheoſi Diatriba eximia, ad P.I A. LV,3.

Jacchæi Phyſicam legit, & Theſes ad illam privatim dictavit. ad P. I A. I, 19, & ad P.II S.I A. I,7.

de Jungio *Judicia Pellii & Comenii* A.G. II,7 & ſeqq.

de Latina Lingua Scheda ad P.II S.II A.VI,2.

Librorum ſuorum *Marginibus* plurima *egregii argumenti adſcripſit*, verbi gratia

Georg. Agricolæ, ad P.II.S.II A.XXIX.

Ariſtotelis, v. ſupra.

Caſalpini, ad P.II S. II A. XXVI,2.

Sennerti Epitoma Phyſicæ, ad P.II S.II A.XXIX,2

Tabernæmontani, ad P.II S.III A.II, 9.

LOGICAM *ad quantam Perfectionem Jungius* evexerit, *Comenii judicio*, A.G II,12.

Λογικώτατος omnium Mortalium Joanni *Pellio*. A.G II,7.

Logicæ Doxoſcopiæ. A.G.III,19.

Logicorum Gymnaſmatum Recenſionem M.F. *curæ* commiſit. A.G.I,3.

Logicâ Hamburgenſi Sententiam ſuam in Logicis *ex parte* expreſſit. A.G I,4.

Logicæ Hamburgenſis I. 5 c.14 § 52 & ſeqq. *Cauſæ Efficientis Doctrinam accuratiſſime* tradidit, præcipue ejus Cauſæ, quæ *per Accidens efficere* dicitur. ad P.I A.XLVI,3.

eandem Doctrinam 1650 *interpretatus* eſt, ibid.

Logicæ Phyſicæ Faſciculus memoratur A. G. III,7.

METAPHYSICÆ *Doxoſcopiæ*. A.G. III, 19.

PHILOSOPHIA *quomodo hodie* a multis *doceatur*, Sententia memorabilis. ad P.I A. XLVII,3.

de Philoſophia Studio recte incheando Oratio promittitur ad P. I A.III,3.

PHYSICI *nihil cur ediderit* Jungius A. G. I,1.

Antidoxa Minora, ſive *Antidoxorum Theſes Prodroma*. A. G. III, 21, 23.

eædem *Dialogi modo ſcriptæ*. A.G III,24,25.26.

Antiſagogicum Opus in Protophyſicis olim ab Auctore *promiſſum*. A.G. III, 30.

Collegium Phyſicum *Diſputatorium* privatum 1640 habitum. ad P. I A.I, 19.

 Colle-

Collegium aliud *Diſputatorium*, *& Obſervatorium* ſimul, 1650, ad P. I A. I. 21, 17.

Collegium *Phytoſcopicum* 1651, ad P. II S. III A. II, 10.

Corollaria Phyſica Diſputationum Impreſſa Operi huic inſerta. ad P. I A. I, 25, & ad P. II S. I A. I, 7, & ad S. III A. I, & A. II, 8.

Definitiones Phyſicæ *pro Peripato* dictatæ, ad P. I A. XIII, 3. A. XXIII, 3. A. XXV, 2. A. XXVI, 1.

earundem *Exemplar recentius*, ad P. I A. XXVI, 12, 17.

Definitiones *Syndiacritica initia Phyſici* ipſius *Syſtematis*, ad P. I A. I, 18.

Doxoſcopiæ Phyſicæ

Fernelii A. G. III, 8.

Galeni ibid..

Mercenarii ibid..

Zabarellæ

Generalis, Specialis, ad l. 8 Phyſ. } ibid..

Doxoſcopiarum Phyſicarum *Reſiduum*, *quale* Opus, A. G. IV, 18, 19, 20.

Exercitationes Phyſicæ *nondum editæ* A. G. I, 6, & ad P. I A. XXII, 6.

Exercitationes *Protophyſicæ impreſſæ* A. G. I, 4.

Iſagoge Phyſica *ſub finem Vitæ meditata* A. G. I, 1, & ad P. I A. XLVIII, 2.

ejus Particula de SONO ARTICULATO, ad P. II S. I A. I, 9.

Iſagoges *Phytoſcopicæ Ordo*, ad P. II S. III A. III, 29.

Prælectionum Phyſicarum *ætas* inquiritur ad P. I A. I, 12, 13, & A. IX, 8.

earundem *Apographum* Poltſianum *auctius Autographo*, ſed *vitioſiſſimum*, ad P. I A. I, 6, 7, & ad P. II S. I A. I, 5, 6, & ad S. II, A. I, 6, 7, 8.

eædem *hujus Operis maxima* Pars. A. G. I, 6, & IV, 3.

Schedæ Apographæ cum Autographis eodem loco habendæ, ad P. I A. I, 1.

ex Quercetano aliisque collectæ, ad P. II S. III A. II, 2.

Autographa Patavina, Collectæ ex *Spigelii Methodo Herbariæ*, ad P. II S. III A. VI, 2.

Patavinæ *alia*, ad eand. S. A. II, 4.

[Vid. etiam in Veland.].

VITÆ & Mortis *Hiſtoria*, quæ *Argentorati* prodiit, *auctior* eſt eâ, quæ *Hamburgi*, præcipitatâ tamen ejus Editione A. G. II, 1.

alia *juſtæ Magnitudinis promittitur*, A. G II, 3.

P.

P.

Pellius ad Jungium ſcribit Amſtelodamo 1645 bis. A.G.II,9,10.
ad Taſſium ex eodem loco 1645. A.G.II,7.

S.

Stephanus (Roberti prænomine) videtur *primus Commata Geminata Marginis adpoſuiſſe*. A.G.V,6.

T.

Taſſii laus. A.G.II,7, & ad P.I A.I,12.
Ejus *Compendia Mathematicarum Scientiarum quis ſervet*, ad P.I A.I,12.

V.

Volandus inter omnes *Jungii Diſcipulos præcipui nominis*. ad P. II S, III A.II, 3.
ejus *mors* ibid.
ejus *Schedæ* ad P.II S. III A. II,11, ſeqq.
ejus Studia ejuſd. A. II,12.

INDEX

INDEX DIDACTICUS.

A.

Annotationes ad Auctorem, ab ipſius Textu *ſejunctæ*, *ubi exſpectandæ* ſint, *quali Signo* commode *indicetur*, A.G.XI, 1, 3.
ad Marginem Prolixiores improbandæ. A.G.XIV, 1.
a Textu per aliam Scripturam diſtinguendæ. A.G. VI, 4.
Argumenta Capitum Commentarii vice quandoque funguntur. A.G.X, 2.
Epitomæ ſunt. A. G. X, 1.
Indicis Uſum ſupplent. A.G.X, 3.
a Textu per aliam Scripturam diſtinguenda. A.G.VI, 4.
Ariſtoteles reformandus e Phyſica. A.G.I, 5.
Auctorum, qui *primi* aliquid tradiderunt, *Loca* præcipue *indicanda* ſunt. A.G.IX, 3, 4, 5, 6. Confer ad P.II S.III A. V, 32.
Loca allata, ſed proxime *vicina an Diverſorum* ſint, an *Unius* Auctoris, quomodo *celeriter cognoſci* poſſit A.G.VIII, 14, 15, 16.
Verba ſingula, ſi Locus producendus eſt, *enarrare*, *non ſemper opus* eſt. A.G.IX, 7.

B.

Brevius primum legere, quæ *prolixius alibi tractata* ſunt, *Intellectui gratum* accidit. A,G.I, 10.

C.

Commata Geminata Marginum, *Verba Auctoris ab Alienis*, & *Aliena inter ſe*, diſtinguentia, A.G.VIII, 14, 15, 16.

D.

Definitiones quo Ordine proponendæ ſint, ad P.I, A. II, 10, 11.
Earum *Ordinis Anomalia* quomodo quandoque *tolli* poſſit, ad P.I A.II, 12.
Dictatum eſſe *Scriptum*, quibus Argumentis poſſit *probari*, ad P.I A, I, 6, 7, 8, 9; & ad P.II S.I A, I, 5; & ad S.II A. I, 7, 8.

Dige-

Digerendi modus per Alphabetum uſurpandus, ubi *Ordo alius non* poteſt facile ſervari. ad P.II S.III A.III, 22.
digeri *Schedæ diſperſæ* poſſunt, ſi *Papyro affigantur*. ad P.II S.III A.II, 7.
Doxoſcopiæ Majores Excurſionibus, aut *Diexodis* ſe diffundunt. A. G. III, 27.
Minores Exemplis interdum *extendi* poſſunt. ibidem.
Doxoſcopiam *omnium Opinionum* inſtituere *ſanius* eſt, (ex Ariſtotele). A.G.III, 31.
Doxoſcopiæ à Syſtematicis opponuntur. A.G.III, 7.
Eadem *non una cum Syſtematicis tradenda* A.G.III, 17.
Eadem *a Syſtematicis neceſſario inſperſis ſeparandi modus* A.G.III, 18.

E.

Edita diverſis Temporibus, & ſejuncta *Libris*, at *ejusdem argumenti*, *Memoriam diſtrabunt*. A.G.IV, 21.
Editor Operis Alieni, & præcipue *Poſthumi*, quæ *Falſa*, aut contra Auctoris edendi Dogmata *pugnare* deprehendit, ſi de mutatâ Sententiâ ipſi non conſtet, *non mutare* debet. A.G IV, 30.
Editori Operis Alieni, præſertim *Poſthumi*, & *non ex uno Autographo*, aut *Emendato Apographo congeſti*, monendum, *quo modo* in Contextu emendando, & Schedis ſeligendis *verſatus* ſit. A.G.IV, 1, & XIV, 1.
eidem *Regulæ* quædam præſcriptæ, circa iſtud negotium obſervandæ. Videlicet
I. *Apographa* Scheda *Recentior potius exprimenda* quandoque, quam *Autographa Vetuſtior*. A.G.IV, 2, & ad P.I A.I, 1.
II. Quæ in *Apographo* ab Auctore ſuo *non exactè recognito*, *omiſſa*, *Senſus integritati* tamen *nihil officientia*, deprehenduntur, eidem ex Autographo *inſerere* licet. A.G.IV, 4, 5, 6.
III. Apographo *præter mentem Auctoris adjecta*, *ejicienda* ſunt. A.G.IV, 7, 8.
IV. ſi Apographum tale *conjectando* quaſi *Auctor correxit*, *Autographum* Editor *ſequi* debet. A G.IV, 9, 10.
V. item, ſi *Autographum* Intellectui *Diſtinctione magis* ſuccurrit, quam Apographum tale. A.G.IV, 11, 12.
VI. Autographum, *ubi Auctor* aliquid alibi minus poſtea probavit, *corrigere* licet. A.G.IV, 13, 14, 15.

Digitized by Google

Editori talis Operis *quomodo, in augendo* eo ex Schedis, verſandum ſit, A. G. IV, 16, 17, 18, 19, 20, 22, 23, 24; & ad P. I A. I, 4; & ad P. II S. II A. XXI, & A. XXVIII, 5, & A. XXXVI, 1, 2; & ad P. II S. III A. I, 3, 4, 5, & A. V, 70.

Idem *ubi Contextum auxerit*, quâ ratione, *abſque Typorum Mutatione*, Lector *cognoſcere* poſſit, A. G. XI, 1.

idem *Auctorum Loca* in Libro edendo *omiſſa*, inprimis quæ illius Auctor maxime probaſſet, *tenetur indicare*. A. G. IX, 1, 2.

in *Epiſtolis tractata* plenius *Argumenta præſtat* in *perfectius Digeſto Libro legere*, quam inter eas digerenda inveniri. ad P. II S. II A. I, 3, 4.

Exempla quandoque *qualia exſpectanda* ſint, *ante cognoſcere*, quam ipſa ponantur, *Intellectui commodius* accidit. A. G. IV, 27.

H.

Ex *Hiſtoriâ Vitæ Auctoris legendi* recte perceptâ *non parum Utilitatis* in Lectorem redundat. A. G. II, 1.

I.

Intellectui gratæ:

brevius primum legere, quæ *prolixius alibi tractata* ſunt; A. G. I, 10.

Exempla quandoque *qualia exſpectanda* ſint, *ante cognoſcere*, quam ipſa ponantur. A. G. IV, 27.

Periodorum Similium Initia Conformia. ibid.

Situs rei legendæ ornate diſpoſitus, A. G. VI, 1, & VIII, 1.

L.

Lectio Libri multum *acceleratur*, ſi *Scripturâ Variâ diſtinctus* fuerit. A. G. VI, 1.

Lectionis pravæ in Græca Lingua occaſio ꝟ Κάππα *h*. ad P. I A. LIV. 61

Libri in Sectiunculas ſive Tmemaria *cur dividendi* ſint, A. G. V, 3, & 8.

Lineæ Rubræ, aliterve *Coloratæ*, quibus inter legendum *Liber* a Peritioribus *diſtinguitur*, adhibentur iis *Partibus* Orationis *deſignandis*, *quæ ad Auctoris Senſa* ſignificanda *præcipue* valent. A. G. VI, 2.

eædem *exprimendæ* in *Impreſſis* Libris *per Obliquam Scripturam*. ibidem.

Literis Majuſculis Nomina Communia, Particulæ, & *Verba* quandoque *cur inchoanda*, A. G. VI, 6.

Literæ

Literæ *Unciales Objectum Primarium*, & hujus *Species*, *Partes* &c. deſignare debent. A.G. VI, 2.
Loca Auctorum v. in *Auctor.*

M.

Memoriam diſtrahunt Edita diverſis Temporibus, & *ſejuncta Libris*, at *ejuſdem argumenti*, A.G. IV, 21.

N.

Nominum Uſus apud Philoſophos tantum *ſecundarius* eſt. ad P. II S. III A. III, 32.

O.

Opinio v. *Doxoſcopia.*
Orthographia quæ in *dubia Scriptura* eligenda ſit, A. G. VII, 1, ſeqq..

P.

Plantarum Ordo quomodo hactenus *neglectus* ſit, ad P. II S. III A. III, 13, 14.
Plantarum *Partibus quis* Ordo *debeatur*, ad P. II S. III A. III, 27, 28, 29.
Plantæ *Perennes cur præmittenda non Perennibus*, ad P. II S. III A. V, 82, 83, 84.
de Plantarum *Vitâ Doctrina abſtruſa* eſt. ad P. II S. III A. III fine.
Propoſitio Principalis a minus Principali *per aliam Scripturam ſecerni* debet. A.G. VI, 4.
ut & *a* ſuis *Cauſis* vel *Explicationibus*. A. G. VI, 5.
eadem (Principalis) *Cauſa* vel *Cauſis* ſuis *præmittenda*. A G IV, 28.

S.

Schedæ ætas circiter, deprehenditur quandoque *ex ætate rei*, quæ *adverſa pagina* inſcripta eſt. ad P. II S. III A. V, 64.
Schedæ ætatis ejusdem cognoſcuntur
ex Atramento eodem, ad P. II S. III A. VI, 14.
ex *Literarum Ductibus ſimilibus*, ad P. I A. XIV, 3; ad P. II S. III A. V, 9, & A. VI, 14.
Schedas Apographas, *ex alterius Autographo* deſcriptas, *ab Autographis* ejuſdem, *qui Apographas* deſcripſit, *diſcernendi* Signa, ad P. II S. III A. II, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17.

Schedæ, deſcriptæ ſæpius, Errata cumulant, ad P.I A.I,16.
Schedæ *neque digeſtæ, neque* facile *digerendæ, Egregiæ* tamen, *quomodo, ne pereant*, commodiſſime poſſint edi. A.G.XIV,2.3.
Scholia a Notis quomodo diſtingui queant. A.G.V,9.
Scriptura, quæ *Currens* ſive *Curſiva*, vulgo, rectius *Obliqua* dicitur. A.G. VI,2.
quibus Partibus Orationis deſignandis *adhibenda* ſit, ibidem.
Scriptura *Recta rectius* dicitur, quæ vulgo *Stans*. A.G.VI,3.
quibus Partibus Orationis *ea* adhibenda ſit, ibidem.
Scripturâ Variâ diſtinctus Liber Lectorem, ne multum quærendo, aut *legendo fatigetur, adjuvat*. A.G.VI,1.
Sectiuncularum, in quas Liber ſecandus, *Magnitudo*, A.G.V,7.
Earum *Numerus* in *Argumentis Magnitudinem Propoſitionum docet*, A.G.X,4.
Earundem *Uſus*, A.G.V,8.
*Signum * ad Convenientiam Dogmatum* adhiberi poteſt. A.G.XII,1.
ad *illuſtrandum omiſſa, quæ inſerta* Lectionis Curſum *remorarentur*, ibidem.
Ejuſdem *Poſitura duplex*. A.G.XII,2.
Idem *Uſum Diverſum* tam *apud Veteres*, quam *Recentiores* invenit. A.G. XII,1.
Signum ☞ *a Criticis ad Loca Notabilia* apponi ſolitum. A.G.XI,1.2.
ad Annotationes Lectorem *relegare* poteſt. ibidem, & 3,4,5.
Situs rei legendæ ornate diſpoſitus *ad faciliorem* in Intellectu efficiendam *Apprehenſionem haud parum* præſtat A.G VI,1.
ad Situm talem etiam pertinent *Novi Verſus crebro* uſurpati. A.G.VIII,1.
de Stylo Euthyphraſtico duo *Loca Galeni*, ad P.I A.III,1,2, ſeqq.
Subpartitionibus apta Vocabula, ad P.II S.III A.III,1.
Syſtematica v. *Doxoſcopica*.

T.

Titulus Operis identidem reſpiciendus eſt, qui vel *ſcripturus* aliquid, vel alienum Opus eſt *aucturus*, A.G.III,17.
Titulus Operis *Geminus, Platonis more* factus, *quem Uſum* habere poſſit. A.G.III,19.

Tmema-

Tmematia v. Sectiunc...
Typi v. Scriptura.

V.

Verſa Auctorum Loca debent *per Columnas accurate reſpondere Verbis, quæ Vertuntur.* A. G.IX, 9, 10.

Verſus, (Lineæ vulgo) *Nobi crebro uſurpandi.* A. G.VIII, 1, 2.

quinam Æqualia Initia, quinam *Inæqualia* habere debeant. A. G. VIII, 6, 7, 8, 9, 10, 11.

Eorum *Initia Spatiis Majoribus* quandoque *diſcernenda,* A. G.VIII, 12. 13.

INDEX

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM
EXPLICATORUM, EMENDATORUM, & NOTATORUM.

A.

Æginetæ Locus ex l.3.c.63 *Edit. Baſileenſis emendatur*, ad P.I A.LIV,4 5,6.

C.

Ciceronis Locus ex *Caton. Major. c.* 15 *emendatur* in Corrigendis majoris momenti in fine.

D.

Dioſcoridis l.4 c. 157 Locus *rectius vertitur*, quam a *Ruellio*, & Jano Antonio *Saraceno* verſus eſt, ad P.I A.LIV, 12, 13.

G.

Galeni Locus ex l.1 *de Methodo Medendi* c. 5 *Aldin. Edit. corrigitur*, ad P.I A. III,5.

H.

in *Herodoto* l. 4 c.52 *Ἀμμξαμπίη* Nomen *contra* Novam Iſaci *Voſſii Lectionem* defenditur. ad P.II S.II A. XXXI,9.

J.

Jungii Abbreviatio explicata, ad P.II S.II A.XV,6.

eidem qui non ſuccurrit, Theophraſti locus, affertur ad P.II S.III A. V. 55.

minus recte aliquando ſcripſit, *Additamenti vocem* eſſe *Barbaram*, ad P.II S.II A.VI, 1 ſeqq..

L.

Laurembergius, (Petri prænomine), *notatur*, quod *Horticulturæ* l. 1 c. 13 *Auctorem*, unde Melones in Peruvia adoleſcere didicit, *non indicaverit*, ad P.II S.III A.V,32.

P.

Platonis Locum *ex Timæo* (de Saporum Differentiis), *rectius verti*, oſtenditur, quam *Ficinus* & *Cornarius* verterunt, ad P.II S.II A. XXII.

Plinii l.31 c. 10 *Nitrum Rufum Ægyptium* quale fuerit, *ex Alpino explicatur*, ad P.II S.II A.XX,3, 4, 5.

ex ejuſd. cap. fine Locum: *Sal Nitrum Sulfuri concoctum* &c. *corruptum eſſe*, ad P.II S.II A.XVI,8, ſeqq..

V.

Vitruvii l.8 c.3 *Fonticulus per Venas Sandarachæ labens* quale *Nomen* apud alios habeat, ad P.II S.II A.XXXI,8, 9, 10.

INDEX GRAMMATICUS

A.

Additamenti Vox ſatis *Latina* eſt. ad P.II S.II A.VI, 2, 6, 7, 8.
Auctor cur ſcribendum, A.G. VII, 8.

B.

Baurac (vox eſt Mauritanica) ſcribendum, *non Baurach*. A.G.VII, 12.

C.

Caſura rectius quam *Camphora*. A. G.VII, 12.
Chemici cur ſcribatur. A. G.VII, 9.

D.

Diſcurſus vox, pro Argumentatione, Barbara. A.G. IV, 15.

M.

Muzarectius quam *Muſa* (Arbor Annua). ad P.II S.III A. V, 60.

P.

P poſt M *in Sumſi, Promſi* &c. *non exprimendum* videtur. A.G.VII, 2, 3, 4, 5.

Q.

Quam primum confunditur cum Ut primum, ad P.I A.LXIII, 2.

S.

S *poſt Ex* in Verbis *Compoſitis*, quorum *Simplicia ab* S incipiunt, *cur inſerendum*, A.G.VII, 7.
Slak *præſtat* ſcribere, quam Schlak. A.G.VII, 6.

T.

Terminus Barbare, pro Vocabulo Privato, dicitur. ad P.I.A. IV, 3.
Thymallus cur ſcribendum duplici l, ad P.II S.II A.XXXV, 2.

V.

V male pro F in quibuſdam *Nominibus Propriis Germanorum* adhibetur, A.G.II, 5. ad P.I A.LXIV, 5.

FINIS.

Erinnerung an die Buchbinder.

Erſtlich der Titulbogen ſamt dem Kupfer / welches nach dem Titul ſtehen ſol / (iſt gezeichnet *)

Hierauf **.

Nach dieſem *)(*.

Hernach A,B,D,E,F,G,H,I,K,L.

Nach dieſem Aa,Bb,Cc,Dd,Ee,Ff,Gg,Hh,Ii,Kk,Ll,Mm,Nn,Oo,Pp,Qq,Rr,Ss,Tt,Uu,Xx,Yy,Zz; Aa II, Bb II, Cc II, Dd II, Ee II, Ff II, Gg II.

Darauf Aaa,Bbb,Ccc,Ddd,Eee,Fff,Ggg,Hhh,Iii,Kkk.

Nach dieſem Aaaa,Bbbb,Cccc,Dddd,Eeee,Ffff,Gggg,Hhhh,Iiii,Kkkk,Llll,Mmmm.

Nun folget a,b,c,d,e,f,g.
aa,bb,cc.
aaa,bbb,ccc,ddd.
aaaa,bbbb,cccc.

Endlich)(,)()(.

Digitized by Google

Digitized by Google

[redacted] Google